


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

DA. Box

No 2057.



M. Tuscher fecit

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

=LN 676
ex. 2

GRA
TICA LA
SVM DAN
TIS VN
TI
HERMAN
TINI COMM
mam pa
Iohannis D
Eiuſdem De
Grammat
Anthonij M
Addita eſt Pra
tri
Extat Venalis apud
& Bibliopol
VVITTEB
M. D

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

GRAMMATICA LATINA IN VSVM DANICÆ IVVENTVTIS VNIFORMITATIS CAVSA.

HERMANNI TORRENTINI COMMENTARIA IN PRImam partem *Alexandri.*

Iohannis Deſpauterij Syntaxis.

Eiuſdem Deſpauterij de Figuris Grammaticalibus Libellus.

Anthonij Mancinelli Proſodia.

Addita eſt Præfatio Doctoris Petri Palladij.

Extat Venalis apud Nicolaum Fôerd, ciuem & Bibliopolam Haffnienſem.

VVITTEBERGÆ ANNO M. D. LVIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

E LIBRIS
CHRISTOPHORI
WØLDIKE.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

PRÆFATIO.

PETRVS PALLADIVS, DOCTOR, SELANDICARVM ECCLESIARVM SVPERINtendens, omnibus Triuialium Scholarum in Dania, Noruegia, Islandia, & Farenſibus Inſulis, moderatoribus, ſuis in Chriſto fratribus chariſſimis.

DEI GRATIAM ET PACEM per Ieſum Chriſtum. *Studendum eſt chariſſimi fratres uniformitati, tàm in Scholis, quàm in Eccleſijs Chriſti, quantum fieri poteſt, ne habeant utrinq;, quod de diſcrepantia & diuerſitate conquerantur. Sicut enim imbecilles adhuc exiſtentes in Eccleſia, non parum diſsimilitudine rituum & ceremoniarum offenduntur, ita Scholaſtici quoq; prælectionum Grammatices diuerſitate, paſſim in Scholis, mirum in modum commouentur, & de loco, ad locum, de Schola, ad Scholam, ſubinde, migrare compelluntur, donec affecti tædio, uerberibuſq; adacti tandem, in uniuerſum literis extremum Vale dicere cogantur. Nam communis hodie querela eſt in Scholis Triuialibus, non prælegi pueris unum aliquem certum Grammatices Autorem, ſed diuerſos, in quibus legendis,*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

conſtruendis ac ediſcendis examinentur, ac exerceantur. Quæ diuerſitas ſeu diſcrepantia, non tantùm confuſionem ingeniorum, ſed etiam Scholarum & Scholaſticæ pubis ac iuuentutis diſsipationem parit.

Poſtquàm enim Scholaſticus aliquis, Grammaticales, huius aut illius Autoris regulas, exempla, ſententias, ſub ferula ſui Præceptoris, ſumma diligentia & ſedulitate perdidicerat, & ea Schola quacunq; tandem neceſſitate urgente, relicta (liberum eſt enim Scholaſticis locum & Scholam commutare, nuncq; ſub hoc, nunc ſub illo Ludimoderatore, prout eis commodum uiſum fuerit, militare) uicinam, uel aliam quamcunq; Scholam Triuialem uiſitare propoſuerit, ibi, quia non eſt prælectus ille Autor Grammatices, quem ipſe didicerat, dum examinatur in regulis, ſententijs & exemplis, mox ultra reliquos omnes uerberibus afficitur & flagellatur, ut ſunt interdum pleriq; Præceptores, & ij præſertim, qui cùm alios doceant, ipſimet bonas artes non fideliter didicerunt, in tantum plagoſi & feroces, ut Oreſte & Orbilione ſeueriores eſſe uideantur. Hic Scholaſticus in ea Schola tanquàm in alieno foro uerſatur, ignarus uidelicet illius Grammatices, quam Scholæ illius gubernator ſuis diſcipulis prælegere ſolet, libellus uerò, quem ipſe perdidicerat, ſub alio præceptore, non prælegitur in ea Schola, cui ſe addixit, ita fit, ut in alienis regulis exami-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

examinatus & uerberibus affectus tædio quoq; Scholaſticæ diſciplinæ tandem afficiatur, & aliud uitæ genus eligendum ſibi proponat. Hæc iniuria multos profectò mouet, ut à literis deficiant, non ſine magno Religionis ac Reipub: detrimento. Ideò præſtat, ut ſit concors aliqua ſimilitudo & uniformitas in Scholaſticis prælectionibus præſertim Grammaticalibus, quàm ut tanta diuerſitate Scholæ diſſipentur, & Reſpub. detrimentum patiatur. Qua de cauſa ſinguli quoq; Superintendentes huius regni Daniæ duas tabulas ex Antuorſchoenſi Synodo ſecum domum reportauerunt, & ſuis Scholis Triuialibus, ut uniformitati locus non deeſſet, obtulerunt.

Quapropter & nunc etiam,ut occurratur huic diuerſitatis malo, non ſolùm precamur uos Ludimoderatores in Dania, Noruegia, Islandia & Farenſibus Inſulis, ut tabulas illas, in Scholis ueſtris obſeruare, ſed etiam unum, præ alijs, Autorem Grammatices, in cuius regulis, pueri perpetuo ſunt examinandi, ueſtræ Scholæ prælegere uelitis. In quem uſum ſingularem offerimus uobis denuò correctam, editam & ad utilitatem puerorum ueſtrorum accommodatam, Hermanni Torrentini Grammaticam, Iohannis Deſpauterij Syntaxin, unà cum libello eiuſdem de Figuris Grammaticalibus, & Proſodiam Antonij Mancinelli, non ut uel colendiſſimi noſtri Præceptoris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Philippi Melanthonis,uel aliorum libellos Grammatices,pueris è manibus excutiamus,ſed ut in Torrentino, ſeorſim, propter uniformitatem ſeruandam, pueri Triuialium Scholarum examinentur & exerceantur, ne diuerſitate nimia deterriti,& confuſi cœtum Scholaſticum deſerere,diſciplinam contemnere, totumq́; illud, ad quod apti natiq́; eſſe uideantur, omittere cogantur. Quod ſi uos ueſtra prudentia & diligentia, quantum fieri poteſt, auerteritis, Deo rem gratam, & utilem Reipu: Chriſtianæ præſtabitis, mercedem promiſſam (de qua Daniel, Cap. 12. ſic ſcribit: Qui alios docent, ſplendebunt, ut ſplendor Firmamenti,& qui multos ad iuſticiam adducunt, ut ſtellæ ſempiternis temporibus) reportaturi. Fœliciter omnes in Chriſto Ieſu Saluatore noſtro (qui dixit: Sinite paruulos uenire ad me) Valete. Haffniæ in die Apoſtolorum Simonis & Iudæ, Anno 1552.

PARAENESIS EX D. ERASMO, BAPTISTA GVARINO ET aliјs excerpta, qua Tempus ſtudendi, Ratio & Ordo diſcendi, Modus item repetendæ lectionis, compendio explicantur.

Tempus

TEMPVS LITERARVM ſtudio cum primis idoneum.

AVRORA MVSIS AMICA eſt, apta ſtudijs, & ad eruditionem ac ſapientiam parandam nulla diei pars accommodatior, quam diluculum, cum ſol nouus exoriens uigorem & alacritatem adfert rebus omnibus, ac diſcutit nebulas e uentriculo exhalari conſuetas, quæ mentis domicilium ſolent obnubilare. Vnde homo matutinis horis totus eſt homo, dum habile eſt ad omne miniſterium corpus, dum alacer uiget animus, dum omnia mentis organa tranquilla ſunt ac ſerena, dum denicꝫ auræ diuinæ, ut ait ille, particula ſpirat ac ſapit originem ſuam, rapiturcꝫ ad honeſta. Expertum eſt etiam in ſtudijs plus effici una hora matutina & antemeridiana quam tribus pomeridianis, idcꝫ nullo corporis detrimento. Audi quid apud Salomonē cœleſtis illa ſapientia nobis dicat: Qui mane ad me uigilauerint, me inuenient.

ORDO STVDENDI.

ORDO potiſſimum in ſtudendo adhibendus eſt. Hic autem & in temporis & in authorum partitione conſiſtit.

Statas igitur horas habere, ac ſingulas ſingulis authoribus accommodare oportet: alioqui animus iſta tum horarum tum authorum confuſione ita diſtrahitur, ut nullibi certum ſibi domicilium conſtituere, nec memoria ſuo ſatis officio fungi queat. Mens enim non poteſt ſe commode in diuerſa intendere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Porro in quauis arte literaria, unum e multis, qui in illa, quam diſcere cupis, arte, præ alijs floruerit, tibi deligas, quem pro ingenij uiribus imitari coneris. Optima enim ab optimis diſcuntur.

Hos igitur authores, quos legendos ſelegimus, familiares nobis facere oportet, adeo ut omnes eorum ſententias ac præcepta, tanquam digitos ac ungues noſtros, teneamus, ut ſi quando diſputatio inciderit, penitus notos habeamus, quos in conſilium hac de re adhibeamus.

ORDO IN LVDO ſeruandus.

IN LVDO cum uerſaris, toto tibi agendum eſt pectore, quod is locus poſtulat. Eſt autem Ludus ſiue Schola locus bonis tum literis tum moribus ac caſtis Muſis omnino dicatus.

1 Ante præceptoris ingreſſum lectioni tuæ totis, ut dicitur, neruis incumbito, ac modis omnibus operam dato, ne merito uapules, ne quid dicto factoue uel præceptorem offendas, uel condiſcipulos tuos.

2 Docere aut interrogare commilitones tuos prodeſt plurimum.

3 Præceptorem interpretantem non attentus modo, ſed & auidus auſcultato.

4 Charta & calamus cum atramento in lectione ſemper ad manum ſunto, ut ſi quid præceptoris ore dictatum fuerit, illico excipiatur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

5 Interrogatus a præceptore, diſtincte ac clare apertisq; tibijs, ut aiunt, reſpondeto, quo & tuæ claſſis pueri omnes te audire ac percipere queant.

6 Hoc itidem inter exponendum agito. Quod ſi præceptor proxime te ſedentem interrogauerit, caue illi quicquam inſuſurres, id enim neutiquam beneficium ſed ueneficium eſt, nam hoc pacto per ſemet nihil ipſe eſt repetiturus, ſed ſemper ab ore tuo pendebit. Hand forlader ſig altid paa dig.

7 Latine loqui aſſidue, quantum adferat commoditatis nemo ſtudioſorum non nouit.

8 Si quid interpretandum eſt Vernacula lingua, quod pudorem aut horrorem inijciat, figurate ac ciuiliter efferendum eſt.

9 Tum uoces Vernaculæ ſint & ipſe emunctæ, nec ruſticitatem ſed urbanitatem ſapiant.

10 Inter legendum non prius pedem figere oportebit, quam curſus periodi metam attigerit.

11 Vitanda, cane peius & angue, ut eſt in prouerbio, quæ per ſonos accidunt, uicia oris & linguæ, Iotaciſmos dico, Iſthnothetas, Labdaciſmos, Metaciſmos, Cœloſtomiam, Plateaſmos, ac cætera id genus uicia, quæ demonſtrari ſcripto uix poſſunt, id quod & præceptoris officium eſt, ut uidelicet imprimis uicia, ſi qua ſunt, oris in ipſis pueris diligenter emendet, ut expreſſa ſint uerba, ut ſuis quæq; literæ ſonis enuncientur. Vide Fab. lib. 1, cap. 10. & 19.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ludouicum Cęlium lib. antiquarum lectionum ſeptimo cap. 22. Et Marcianum Capellam lib. 5. de elocutione. Diom. libro 2. inter Barbariſmi uicia recenſet.

POST PRAECEPTORIS interpretationem.

Mox a præceptoris prælectione, audita ne effluant, aut apud temetipſum, aut cum alĳs retracta. Nam alĳs quæ ipſe audieris, exponere, nihil hoc erit utilius, uel Fabio teſte, qui aſſerit optimum proficiendi genus eſſe, docere quæ ipſe didiceris.

Nec ſciſcitari, ſi quid dubitabis, nec caſtigari, ſi quid errabis, ſit pudor.

Præterea memineris aliquam temporis partem tacitæ cogitationi tribuere. Quam unam D. Aurelius, tum ingenio tum memoriæ imprimis conducere ſcripſit.

MODVS REPETENDAE lectionis.

1 Lectio a præceptore audita, e ueſtigio tibi relegenda eſt, ita, ut uniuerſam ſententiam paulo altius animo infigas.

2 Deinde a calce rurſus ad caput redibis, ſingula uerba excutere incipies, ea duntaxat inquirens, quę ad Grammaticam curam attinent.

3 Hoc ubi egeris, rurſum de integro percurrito, ea iam potiſſimum inquirens, quæ ad artificium rhetoricum ſpectant.

4 Hoc diligenter curato, ne pigeat quarto iterare, ac quæ ad philoſophiam, maxime uero

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ethicen referri poſſe uideantur, circumſpicies, ſiquod exemplum, quod moribus accommodari poſſit. Quid autem eſt, ex quo non uel exemplum uiuendi, uel imago quædam, uel occaſio ſumi queat? Nam in aliorum pulchre ac turpiter factis, quid deceat, quid non, iuxta uidemus. Hæc ſi facies, iam uel edidiceris, quanquam aliud egiſti.

5 Tum demum, ſi libet, ad ediſcendi laborem accedito, qui tum aut nullus erit, aut certe per quam exiguus.

6 Reſtat ut cum ſtudioſis congrediaris, tuas annotationes in medium proferas, uiciſſimq; illorum audias, alia laudabis, alia reprehendes, tua partim defendes, partim caſtigari permittes.

7 Poſtremo quod in alijs laudaſti, tuis in ſcriptis imitari conaberis. Hæc D. Eraſmus.

PRECATIVNCVLA AD Deum patrem.

DEVS Patrum noſtrorum & Domine miſericordiarum, qui omnia uerbo feciſti tuo, Da mihi ſedium tuarum aſſeſtricem Sapientiam, mitte illam de cœlo ſanctitatis tuæ, & à ſede magnitudinis tuæ, ut mecum ſit, ac mecum laboret, ut ſciam quid acceptum ſit coram te omni tempore.

Qui uiuis ac regnas Deus in æternum benedictus, Amen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

GRAMMATICA EST RECTE ſcribendi loquendiq́; ars, cum enarratione authorum. Hæc teſte Fabio in receſſu plus habet quàm in fronte promittit, quæ niſi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid ſuperſtruxeris, corruet: neceſſaria pueris, iucunda ſenibus, dulcis ſectatorum comes. Dicta eſt à Græco nomine γράμμα, id eſt litera, quod à literis incipiat, quas in ſyllabas cogit, unde partes orationis prodeunt, quæ orationem abſoluunt. Huius porrò officium eſt, referente Capella, doctè & ſcribere & legere, tum eruditè intelligere ac probare.

GRAMMATICÆ ARTIS DIVISIO.

ARS Grammatica duplex eſt, Methodice & Hiſtorice. Μεθοδικὴ, id eſt, Doctrinalis ſiue præceptiua, eſt quæ præceptis compendio comprehenſis orationis partes, illarumq́; accidentia conquirit: Syntaxim præterea & orationis ſtructuram rimatur. Hæc à Diomede ὁριστικὴ, id eſt finitiua, nuncupatur. Ἱστορικὴ uero enarratiua, eſt quæ iudicium ſumit de metrica & oratione pedeſtri. Hæc à Diomede ἐξηγητικὴ, id eſt expoſitiua appellatur.

Partes Methodicæ Grammatices numero ſunt quatuor, Orthographia, Etymologia, Syntaxis, & Proſo=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Proſodia. Quibus ſubijciuntur ueluti partes materiales, Litera, Syllaba, Dictio & Oratio.

DE ORTHOGRAPHIA.

ORTHOGRAPHIA pars eſt Grammatices, quæ recte ſcribendi formam tradit. Hæc circa literarum poteſtatem uerſatur: Et tribus conficitur partibus, Aſpiratione, Diphthongo, & conſonantium recta diſtributione, ut hymnus non ympnus, Hodœporicum, cum œ in ſecunda ſyllaba, re= gnum, ſan= ctum, em= ptum. Tribus contrà modis corrumpitur, Adiectione, ut ammo pro amo, ſolempnis pro ſolennis. Detractione, ut ordeum pro hordeum. Immutatione, ut ſet pro ſed, ptiſis pro phthiſis. Huic parti ſubiecta eſt litera, quæ ita definitur:

Litera eſt uox quæ ſcribi poteſt, indiuidua. Dicta eſt autem litera, uel quaſi legitera, quod legenti iter præbeat: uel potius à litura, quod antiquitus in ceratis ſcribebatur tabulis, in quibus literæ plerunq; lituram patiebantur.

Literas etiam elementa nominant, hoc tamen diſcrimine, quòd elementa ipſa pronunciationes ſint ſiue literarum ſoni, notæ autem ſigna aut figuræ earum literæ. Id tamen authores, ueluti quoq; plurima, uertunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Literæ porrò adinuentæ ſunt propter rerum memoriam, ne obliuione tradantur.

Literæ apud Latinos duæ ſunt & uiginti, A b c d e f g i k l m n o p q r ſ t u x y z. H præter figuram ac in uerſibus ſitum, literæ nihil habet, ſed aſpirationis eſt nota. Quæ quidem omnibus uocalibus præponi, conſonantibus duntaxat quatuor c t p r poſtponi poteſt, ut uel ſonus earum uegetior ac robuſtior eſſet, uel uocis ambiguitas tolleretur. Vt, eſt hara porcorum, diuorum dicimus aras. Porrò y & z Latini propter Græcas dictiones à Græcis mutuo acceperunt. K quoq; litera alioqui ſuperuacanea, à quibuſdam in fronte Græcæ dictionis uſurpatur, ut Kalendæ, Kyrios, Katharina &c. Kappa Græcum eſſe uidetur.

Literæ accidunt quinq;, Nomen, Figura, Poteſtas, Cognatio, & Ordo. **Nomen** eſt uocabulum, quo litera nominatur, & à qualibet alia diſcernitur, ut, A B C. **Figura** eſt qua litera depicta cernitur. **Poteſtas** eſt literæ uis ac officium, quod habet, ut A uocalis, B conſonans. **Cognatio** eſt qua litera una in aliam per affinitatem atq; adeo euphoniæ gratia tum in deriuatione, tum in compoſitione demigrat: ut aucupis ab auceps, e in u: imperitare, a in i: aufero, b in u: imbibo, n in m, &c. Quæ literarum mutationes naturali quadam uocis ratione ob celeriorem

leriorem linguæ labiorumq; motum ac faciliorem pronunciationem excogitatæ ſunt. Ordo eſt in dictione genuina literarum ſeries, ut a e o uocales præpoſitiuæ ſunt: ſubiunctiuæ e i u, ut æ ei œ au eu &c.

LITERARVM DIVISIO.

Literarum aliæ Vocales ſunt, aliæ Conſonantes. Vocales quidem & per ſe mouentur ad perficiendam ſyllabam, & ſecum conſonantes commouent.

Conſonantes uerò ſine uocalibus, perinde ac corpora animabus deſtituta, per ſe moueri nequeunt.

Vocales ſunt quinq; a e i o u, & y Græca, quæ non niſi Græcis dictionibus intercalatur. Vocales dictæ, quòd uocem habeant ſonoram, nec his ſine ulla proferri ſyllaba poßit. Ex his diphthongi conflantur.

Eſt autem Diphthongus geminus unius ſyllabæ ſonus. Et ſunt quatuor, æ œ au & eu. Accedit ei, qua ueteres Latini utebantur ubiq; loco i longæ: nunc autem huius ferè uſus eſt in accuſatiuis nominum aliquorum pluralibus tertij declinatus: ut parteis, omneis, treis, &c.

Conſonantes ſunt ſedecim, b c d f g k l m n p q r ſ t x z. Sic appellatæ, quòd uocalibus conſonent, cùm ipſæ per ſe uocem perficere articulatam nequeant. Ex his, aliæ ſemiuocales, aliæ Mutæ, aliæ uerò Liquidæ.

Semiuo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Semiuocales ſex ſunt, l m n r ſ x, Sic dictæ, quod plenam uocem non habeant, perinde ac uocales: quantum tamen ab his uincuntur, tantum ſuperant mutas.

Mutæ ſunt nouem, b c d f g k p q t. Mutæ uocantur, quòd ad aliarum comparationem literarum uocem edant exiliorem.

Liquidæ ſunt quatuor, l m n r. Hæ uocalem breuem cum muta præcedente ancipitem ac communem efficiunt: unde & nomen ſumunt. Vt, Nox tenebras profert, Phœbus fugat inde tenebras. Ouid. Metam. 13. Et primo ſimilis uolucri, mox uera uolucris.

Duplæ ſiue duplices ſunt tres, x z & i poſita inter duas uocales. Sic dictæ, quòd pro duabus ponantur literis: nam x pro cs ſiue gs: z pro ſs: i pro geminato ponitur, ut nex, grex, patrizo, Troia, maior.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

DE PRIMA DECLINATIONE NOMINVM.

RECTIS as es a dat declinatio prima. Ntũs as es a
Atque per am propria quædam ponuntur Hebræa.

Prima declinatio tres habet terminationes Latinas & Græcas. ſ. a. as. es. & unam barbaram & Hebraicam, ſ. am. ut Adam & Abraham, nec plura ſunt talia quæ declinantur. Declinatio eſt dictionum per caſus in fine uariatio. Declinatio Partes declinabiles ſunt quatuor, Nomen, Pronomen, Verbum & Participium. Participium habet tres declinationes ſimiles tribus primis nominum declinationibus: ideo nihil ſingulariter agitur de illis. Nominum declinationes ſunt quinq;: quæ maxime diſcernuntur per genitiuos & datiuos ſingulares: aut alios obliquos. Etiam diſcerni poſſunt per terminationes nominatiui: ſed non tam luculenter. Omnia in a deſinentia non neutri generis, ſunt primæ declinationis, ut Poeta, Arca, Nauta. Neutra uero in a ſunt tertiæ declinationis, præter tria barbara, Paſcha, Mammona, Manna, quæ primæ ſunt, nec plura ſunt eiuſmodi, ut quidam falſo ſcripſerunt. Paſcha tamen & Manna etiam tertiæ declinationis, leguntur. In as terminata nomina primæ declinationis, omnia ſunt maſculini generis, & omnia ſunt propria uirorum, ut Aeneas, Dametas, Eſaias: præter Boreas & Satanas, nam Dorcas tertiæ nõ primæ eſt. Deſinentia in es primæ declinationis omnia ſunt aut Græca aut barbara, ſemper maſculini generis. Eorum alia ſunt propria nomina uirorum: ut Alcides, Anchiſes, Manaſſes. Alia appellatiua: ut Prophetes, Leuites, Moabites, quæ etiam in a deſinunt ſecundum Latinos. Multa tamen propria uirorum in a, in as & in es ſunt tertiæ declinationis: ut Athlas, Calchas, Lenas, Dares, Chremes, Herodes. Poeta interpretatur Latine factor, & eſt qui facit poemata. Poeta. Arca .i. ciſta, uel ubi aliquid includitur. Arca. Inde arcula .i. parua arca. Arra.

Arra eſt pignus uel munus, quod datur in cõtractibus: Moabites. Gudspending. Inde uerbum ſubarrare .i. per ar-

ram firmare. Moabites uel Moabita eſt uir de regione Moab. Moabitis Moabitidis fœmininum eius eſt.

Gtūs æ Dtūs

Dans æ diphthongon genitiuis atq; datiuis.

Genitiuus & Datiuus primæ declinationis deſinunt in æ diphthongon, ut Muſæ, Aulæ, Caulæ. Diphthongus eſt duarum uocalium uim ſuam retinentium in una ſyllaba complexio, & ſunt quatuor apud Latinos, ſcilicet au, eu, æ & œ. ut Aurum, Eurus, Muſæ, Cœna. Nota quod Poetæ poſuerunt ai Græcam diphthongum diuiſam pro æ, ut aulai pro aulæ, nepai pro nepæ, aquai pro aquæ. Virgili. Aulai in medio libabant pocula Bachi. Lucre. Commoda præterea patrai prima putare. Cicero. Atq; oculos urget pedibus pectusq; nepai. Prudent. Non dedignatum medicæ purgamen aquai. Item nomina fœminini generis in a apud ueteres habebant as in Genitiuo more Græco, ut apud Neuium, Filij terras, id eſt, terræ. Virgil. Nihil ipſa nec auras, nec ſonitus memor. Sic in uſu eſt familias pro familiæ, ut Paterfamilias, Materfamilias, &c. Nota quod hæc nomina, una, ulla, nulla, ſola, &c. nō habent æ in Genitiuo & Datiuo, ſed ius, ut ibi dicetur, Vnus & Vllus, &c. Muſa eſt carmen uel poetica Dea carminis. Aula eſt domus Principis. Inde aulicus, qui moratur apud Principem. Caula eſt ſtabulum ouium. Nepa eſt animal uenenoſum cauda aculeata, ſcilicet Scorpio. Aura eſt uentus aut ſplendor aut fauor. Patria eſt locus natiuitatis, ut natale ſolum.

Muſa. Aula. Caula. Nepa. Aura. Patria.

am Actūs an en

Am ſeruat quartus, tamē an aut en reperimus.
Cū rectus fit in as uel in es, uel cū dat a Græcus.
Rectus in a Græci facit an quarto breuiari.

Accuſatiuus nominum primæ declinationis deſinit in am, ut Cellam, Cameram, Peltam. Sed Græca nomina primæ declinationis in as, habent in accuſatiuo am more Latino, uel an productam more Græco. Ouid. Horriferum cōtra boream ouis arma miniſtrat. Idem. Aeneam animo nocte dieq; refert. Et Græca nomina in es habent an uel en, ſed magis en, Verg. Anchiſen facio

certum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

certum. Item Græca nomina in a habent [illegible]n curtam.
Vergil. in Aetna. Peliō Oſſa creat, ſummus premit Oſſan
Olympus. Statius. Namq́; ferunt raptam proprijs Aegi- Sella
nam ab undis. Sella, ſtoel. Plaut. Date iſti ſellam ut aſſi- Cella
deat. Cella, Kammer. Cellarius, qui præeſt cellis uel Camera
procurator peni. Camera eſt teſtudo templi, ut domus. Pelta
Pelta eſt paruum & rotundum ſcutum. Boreas eſt uen- Boreas
tus aquilonis. Oſſa eſt altus mons in Græcia. Aegina Oſſa
eſt nomen mulieris & Inſulæ. Aegina.

Quintus in a dabitur, poſt es tamen e reperitur. Vctũs a
A ſextus, tamen es quandoq; per e dare debes. Abltũs a
Am recti repetes, quinto ſextum ſociando. Barbarum am.

Vocatiuus huius declinationis deſinit in a breue, niſi
fuerit à nominibus in as, quæ producunt a in uocati-
uo. Ablatiuus in a productum ſemper deſinit. Sed Græ-
ca in es quandoq́; e habent in Vocatiuo & Ablatiuo. At
nomina in am deſinentia in his duobus caſibus habent
am, nam cum ſint barbara, non declinantur niſi in Ge-
nitiuis & Datiuis, quandoq́; etiam prorſus ſunt indecli-
nabilia, ut, Filius Abraham. Fiunt etiam Latina cum ad-
ditur us, ut Adamus, Abrahamus. Baptiſta. Lanigeras
Abrahamus oues per littora paſcens. Sagena eſt mag- Sagena.
num rete piſcatorum. Lagena eſt uas in quo uiatores Lagena.
potum deferunt. Fidelia eſt amphora fictilis, Stenkrus Fidelia.
eller leer gryde. Perſius. Tumet alba fidelia uino.

PRimo plurali decet æ quintoq; locari. Ntũs æ
Atq; ſecũdus habet arum, niſi ſyncopa fiet Vctũs
Gtũs arũ.

Nominatiuus & uocatiuus plurales primæ declina-
tionis deſinunt in æ diphthongon, ſicut genitiuus &
datiuus ſingulares. Genitiuus autem pluralis terminatur
in arum, niſi fuerit ſyncopa, quia tunc a & r ſubtrahun-
tur, ut cœlicolum pro cœlicolarum, Aeneadum pro Ae-
neadarum. Vergil. Quis genus Aeneadum? quis Troiæ
neſciat vrbem? Idem cœlicolum regi mactabam in litto-
re taurum. Syncope interpretatur conciſio, & eſt ablatio

literæ uel ſyllabæ de medio dictionis cauſa metri. Nota hic quod multa nomina carent numero plurali, ut fama, uita, gloria, &c. de quibus dicitur in heteroclitis. Item Manna, Paſcha & Mammona carent numero plurali. Baſilica eſt domus Regis uel templum. Cataracta eſt aquæductus, id eſt, per quod aqua fluit cum impetu. Eſt etiam ferratum oſtium pendens in portis, Skodport. Palpebra e curta, eſt pellicula ſuper oculum, & ponitur pro oculo. Dolabra eſt lata ſecuris, uel ferramentum planandi ligna, Høuel.

Baſilica · Cataracta · Palpebra · Dolabra

Tertius & ſextus habet is, tamē abus habēt hæc,
Filia, nata, dea, liberta, equa, mula, duæ, ambæ.
His animā, dominā, famulam cōiungit abuſus.
Accuſatiuis pluralibus as ſociamus.

Dtūs is · Abltūs · Abus. · Famula · Dea · Aſina · Filia · Liberta · Mula · Anima · Nata · Equa · Ambæ · Duæ

Datiuus & ablatiuus plurales habent is productam: exceptis octo nominibus in uerſu poſitis: quæ habent abus: ut filiabus, deabus. Sic etiam ſecundū uſum indoctorū habent anima, domina & famula, quæ tamen melius faciunt is ſecundum doctores. Nota quod ſecundum Laurentiū Vallam, non ſunt plura nomina, quæ habent abus in his caſibus, quod & Priſcianus & Sulpitius approbant. Focas Grammaticus adiūgit his aſinabus, quod Valla negat: quia & in ſacris literis legitur aſinis ab aſina. Accuſatiuus in as productum deſinit: ut ualuas, maluas. Liberta eſt mulier, quæ fuit ſerua, ſed eſt libera facta. Libertus eſt uir liber factus ex ſeruo. Anima eſt ſubſtantia ſpiritualis uiuificans corpus, & ponitur pro uento, pro anhelitu & pro uita. Valua eſt ianua, & proprie duæ fores coniunctæ dicuntur ualuæ: ut in templis & penarijs. Malua eſt quædam herba mollis, Kattoſt. Martialis: Vtere lactucis & mollibus utere maluis.

Liberta · Anima · Valua · Malua

ER uel ir urq; uel um, uel us aut eus pone ſecunda.

er · ir · ur · Ntūs um · eus · us

Secunda nominum declinatio ſex terminationes

habet

habet er, ir, ur, us, eus, um. Multa in er deſinentia ſunt tertiæ declinationis: ſed omnia quæ ſecundæ ſunt, maſculini generis ſunt, ut ager, caper, Magiſter, &c. In ir tria ſunt ſecundæ declinationis, Treuir, Leuir & Vir cũ compoſitis, reliqua ſunt tertiæ. In ur unum tantum ſecundæ declinationis eſt, ſcilicet ſatur, alia ſunt tertiæ. In us deſinentia nõ facile diſcerni poſſunt. Nam multa in us maſculini generis ſunt declinationis ſecundæ, multa etiam quartæ, pauca tertiæ. Neutra uero in us omnia ſunt tertiæ declinationis præter uulgus & pelagus, quæ ſecũdam habent declinationem. In eus & um deſinentia omnia ſecundæ ſunt, ſi tamen declinantur. Nam centum & pedum ſunt indeclinabilia, & nullius declinationis. Pedum eſt baculus Paſtorum, Hiurdeſtaff, & Foca teſte non declinatur. Pedum

I genitiuus erit, ſed quando rectus habebit
Ir aut ur aut eus, genitiuus eum ſuperabit.

Genitiuus id eſt, qui aliquando nominatiuum ſuperat aliquãdo non.

Genitiuus nominum ſecũdæ declinationis in i longum deſinit, ut huius magiſtri. Sed nomina in ir ur & eus, ſemper creſcunt in genitiuo, quia genitiuus illorum eſt una ſyllaba longior nominatiuo, ut uir uiri, ſatur ſaturi. Et nota quod iſti genitiui breuiant penultima ſyllaba. Vergilius, Saltus & ſaturi petito longinquã tarenti. Vir eſt homo maſculus. Semiuir eſt mediusuir. Duumuir, id eſt, unus de duobus uiris habentibus ſummam poteſtatem. Triumuir unus de tribus uiris ſummis. Prudent. Vltima ſanguineus quaſſauit ſecla triumuir. Decemuir unus de decem uiris habentibus aliquam poteſtatem. Item centumuir unus de centum uiris. Leuir eſt frater mariti uel uxoris, Suager. Treuir eſt aliquis de ciuitatte Treuirenſi. Luca. Tu quoq; lætatus mutari prælia Treuir. Satur, id eſt, ſatiatus cibo. Vergil. Ite domum ſaturæ, uenit heſperus, ite capellæ. Inde uerbum ſaturo as are, id eſt, facio ſaturum. In Pſalmo, Pauperes eius ſaturabo panibus. Tydeus eſt nomen uiri.

Vir · Satur · Tydeus

Vm par fiet & us, ſed quod fit in er uariamus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nomina in us & in um definentia non creſcunt in genitiuo, ut hircus hirci, circus circi, colum coli, ſolum ſoli. Ab hac regula excipiuntur quædam nomina compoſita, ut monſclarus, iuſiurandum, &c. quæ creſcunt in genitiuo. Excipiuntur etiam hæc nomina, unus, ullus, nullus, ſolus & totus, quoniam creſcunt. Circus eſt locus rotundus & circularis, in quo fiunt ludi gladiatorij, qui Circenſes uocãtur. Hircus eſt mas caprarũ, buck. Circinus i curta eſt inſtrumentum acutũ, quo formãtur circuli, circkel. Colum eſt uaſculum, per quod funditur liquor ut purgetur, ſie. Vnde colare perfundere cauſa purgãdi, at ſie. Solum, id eſt, terra. Naſo, Omne ſolum forti patria eſt ut piſcibus æquor. Symbolum eſt collatio uel contributio, ut fit in conuiuijs, ubi quiſq; dat aliquid. Terent. Pamphilus ſymbolum dedit. Ita dicitur ſymbolum fidei, quia quiſq; Apoſtolorum unum articulum cõtulit.

Circus. Hircus Circinus Colum Solum Symbolũ

Er ſp iuncta ſuperabit & er ſine muta.

Nomina quæ habent ſp ante er, creſcunt in genitiuo, ut aſper aſperi, proſper proſperi. Et nomina, quæ non habent mutam immediatè ante er, etiam creſcunt in genitiuo, ut gener generi, tener teneri, puer pueri, miſer miſeri. Et hæc nomina corripiunt penultimam in obliquis. Mutæ ſunt nouem literæ, ſcilicet b.c.d.f.g.k.p.q.t. Aſper dicitur non planus uel durus uel acutus uel amarus uel iratus, Huas. Inde uerbum aſpero, id eſt, aſperum facio. Vergil. Et glacialis hyems aquilonibus aſperat undas. Sta. Conſtitit & ſacras ita uocibus aſperat iras. Exaſpero, id eſt, moleſto, uel iratum facio. Sapient. Maledictus à Deo qui exaſperat matrem. Proſper eſt fortunatus uel fœlix. Vnde aduerbium proſperè, ut, eatis proſpere. Proſperare, id eſt, facere proſperum, ut Deus proſperet opus tuum. Gener eſt maritus filiæ. Tener, id eſt, mollis uel non fortis, ut tener agnus. Inde tenellus a, um, nomen diminitiuum. Puer, Baarn, pro filio & pro famulo ponitur. Miſer, id eſt, infœlix. Plautus. Miſer eſt homo qui amat. Inde aduerbium miſerè. Miſere uidere ſatis eſt rogare. Miſellus diminutiuũ, id eſt, parum miſer.

Aſper. Proſper Gener Tener Puer Miſer

St ſi præſit, genitiuus non ſuperabit,
Huic normæ ſuberit, ternã ue ſequeſter habebit.

Nomina quæ deſinunt in ſter non creſcunt in genitiuis, ut auſter auſtri, oleaſter oleaſtri, ſudaſter ſudaſtri, ſequeſter ſequeſtri, quod ultimum nomen etiam tertiæ delinationis eſt, & tunc genitiuum habet ſequeſtris. Nota quod plura ſunt nomina in er ſecundæ & tertiæ declinationis, ut mulciber, cancer & iber, & ſecundum aliquos ludicer. Auſter eſt uentus flans à Meridie, Syndenueer. Etiam eſt illa pars mundi, quæ eſt inter Orientem & Occidentem, ut in Euangelio, Regina Auſtri, id eſt, Aethiopiæ. Surdaſter dicitur aliquantulum ſurdus. Recaluaſter, id eſt, aliquantulum caluus, ſcil. qui caret capillis in anteriore capitis parte. Magiſter, id eſt, qui docet uel regit. Sequeſter, id eſt, mediator inter litigantes, Forliger. Sequeſtrare, id eſt, ſeparare.

Auſter
Surdaſter
Recaluaſter.
Magiſter
Sequeſter
Sequeſtrare.

Par eſt cum mutæ ſubit er, per a dans muliebre.
Hinc tamẽ excipias quę de gero uel fero formas.
Creſcũt quæ dant us, ſed adulter erit ſuperãdus.
Celtiber atq; lacer, liber, ſocer, ac Iber, atq;
Præsbyteri cũ mulcibero memor eſſe memẽto.
Dexter format eri, poteris quoq; dicere dextri.

Nomina quæ habent mutam ante er, & formant fœmininum genus per a, non creſcunt in genitiuo, ut faber fabri, glaber bri, ſcaber bri, ſacer, pulcher, uafer, æger niger, piger, ater, teter, &c. Excipiuntur ea quæ formantur à uerbis gero & fero, ut clauiger, corniger, laniger, dapifer, ſignifer, opifer, ſtellifer, crucifer, lucifer, &c. Quorum genitiui creſcunt. Excipiũtur etiam quæ habent us, ut alter & uter. Item Adulter Celtiber & reliqua in textu poſita creſcunt in genitiuis, quibus adduntur hæc quatuor, gibber, ceter, deter & exter. Dexter autem habet dextri uel dexteri. Nota quod omnia nomina in er huius declinationis, quæ habent creſcentiam, corripiunt e in

 obliquis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

obliquis, præter Iber & Celtiber, quæ producunt e in
obliquis & er in rectis. Vergil. Aut impacatos à tergo
Faber horrebis Iberos. Faber dicitur qui fabricat non ſolum de
ferro ſed etiam de ligno uel alia materia. Vnde dicitur
faber ferrarius & faber lignarius. Etiam capitur adiecti-
Glaber ue. Glaber, id eſt, caluus & ſine crine. Inde glabretum,
Scaber id eſt, locus caluus in capite uel in agro. Scaber, id eſt,
Vafer ſordidus & quaſi ſcabioſus. Vafer, id eſt, callidus. Ci-
cero, Non ſunt in diſputando uafri. Vaframentum, id
Apher eſt, calliditas. Apher, id eſt, aliquis de Aphrica. Aeger,
Aeger id eſt, infirmus uel non contentus animo. Caper eſt
Caper hircus, ſed proprie caſtratus. Inde capra. A quo Capella,
Ater quod eſt magis in uſu, & ſignificat fœminã capri, Gied.
Ater, id eſt, ualde niger, Suort. Atrare, id eſt facere atrum,
Atramentum, id eſt, ater liquor quo ſcribitur, & non di-
citur encauſtum pro atramentum, nam encauſtum ſigni-
Tener ficat muſtum. Teter, id eſt, turpis uel deformis. Cla-
Clauiger uiger qui gerit clauam, unde Hercules ita uocatur. Ouid.
Emenſus longi clauiger orbis iter. Idem, Quanta claui-
geri pæantis Herculis hæres. Vulgo etiam dicitur claui-
ger qui claues gerit, ut B. Petrus dicitur eſſe clauiger cœ-
Laniger li. Laniger qui lanam gerit, ut aries. Setiger qui gerit
Setiger ſetas, id eſt, duros crines, ut porcus. Corniger qui cor-
Corniger nua gerit, ut bos. Belliger qui bella gerit. Lact. Belliger
Belliger ad cœlos ampla trophea refers. Signifer qui fert ſignum
Signifer bellicum. Lucifer, id eſt, ſtella matutina, quaſi ferens
Lucifer lucem. Opifer, id eſt, adiutor uel qui fert opem. Salu-
Opifer tifer, id eſt, ſalutem ferens. Chriſtus uenit ſalutifer
Salutifer orbi. Letifer, id eſt, ferens letum uel mortem, ut letifer
Letifer arcus. Somnifer ſomnum afferens, ut ſomnifer potus.
Somnifer Caducifer, id eſt, ferens caduceum, hoc eſt, uirgam pa-
Caducifer cis. Adulter qui uiolat matrimonium. Celtiber aliquis
Adulter de Celtiberia, quæ eſt regio Hiſpaniæ. Iber, id eſt, Hiſ-
Celtiber panus uel aliquis de Iberia. Iberia eſt regio quæ & Hiſ-
Iber pania uocatur. Lacer, id eſt, laceratus uel qui lacerat.
Lacer Liber adiectiuum ſignificat non ſeruum. Liber ſubſtan-
Liber tiuum ſignificat Bachum, id eſt, Deum uini. Et pro iſtis
duobus ſignificatis prima producitur & creſcit in geniti-
uo. Li-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uo. Liber prima curta ſignificat corticem, tunc non
creſcit in genitiuo. Socer eſt pater uxoris,Suager,& re- Socer
fertur ad generum. Ouidius, Viuitur ex rapto,non hoſ-
pes ab hoſpite tutus, Non ſocer à genero, fratrum quoq;
gratia rara eſt. Præsbyter Græce, ſenior Latine, ſed Præsbyter
Græce dicitur Præsbyteros. Mulciber dicitur Vulcanus, Mulciber
id eſt, Deus ignis ſecundum Poetas. Gibber qui habet Gibber
gibbum,id eſt,tumorem in dorſo. Cæter,id eſt, alius. Cæter
Vergilius.Pars cætera pontum pone legit. Deter,id eſt, Deter
detritus uel malus, unde deterior comparatiuus. Exter, Exter.
id eſt, externus uel extraneus. Exter honos, ait Statius.

Cætera cum muta dic eſſe frequentius æqua.

Alia nomina habentia mutam ante r, faciunt geni-
tiuum æqualem nominatiuo, ut aper apri,coluber colu-
bri, ager agri, &c. Nota quod hæc regula intelligitur de
ſubſtantiuis,& quæ non habent fœmininum per a, alio-
quin eſſet regula ſuperflua, ut fiber, liber, onager, Me-
ander, &c. Aper eſt ſylueſter porcus. Vnde aprinus ad- Aper
iectiuum, ut aprinus callus. Coluber eſt ſpecies ſerpen- Coluber
tis, quaſi colens umbra. Fiber eſt animal aquatile,Beff- Fiber
uer. Ager eſt terra circa ciuitatem ubi aratur uel paſci- Ager
tur, uel pars ruris, quæ colitur. Inde agellus, id eſt,par-
uus ager. Onager eſt ferus uel ſylueſter aſinus. Nam Onager
onos Græce dicitur aſinus,& agrios agreſtis. Vmber eſt Vmber
canis uenaticus,uel aliquis ex Vmbria. Meander eſt flu- Meander
uius Aſiæ flexuoſus & curuus. Vnde ponitur pro flexura
uel fraude. Prudentius. O tortuoſe ſerpens,qui mille per
meandros,&c. Culter, Knyff. Inde cultellus, id eſt,par- Culter
uus culter. Cancer eſt animal aquatile octo pedibus, Cancer
etiam eſt ſydus cœleſte. Vergilius. Aethiopum uerſemus
oues ſub ſydere cancri. Eſt etiam morbus quidam, &
pro illo ſignificato putatur eſſe tertiæ declinationis.

Vnus & ullus uter & nullus ſolus & alter.
Totus, dant in ius genitiuos, addis alius.
Namq; tenet normã pronominis iſta ſecũdam.

Octo nomina in textu poſita habent ius in genitiuo,

 quia de-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quia declinantur ſicut pronomina ſecundæ declinationis. Nota quod omnia nomina adiectiua in us uel in er deſinentia, quæ habent fœmininum per a, ſunt ſecundæ declinationis, præter hæc octo: Vnus & ullus, &c. quæ habent ſecundam declinationem pronominis, apud ueteres tamen habebant i in genitiuo & o in datiuo, quod Priſcianus multis probat exemplis. Terenti. Quandoquidem tam iners, tam nulli conſilij ſum. In Euangelio, Dico uni, uade, & uadit, & alio, ueni, & uenit, ibi alio eſt datiui caſus. Nota quod iſti genitiui in proſa producunt i ante us, præter alterius quod corripit i. In uerſibus autem penultima ponitur ad placitum. Corripis alterius ſemper producis alius. Rectus uult alius, ſed uult genitiuus alius.

Vllus. Vllus, id eſt, aliquis, ſed ſemper ponitur uel interrogatiuè uel cum negatione, ut ibi: Non haberes in me poteſtatem ullam, niſi tibi datum fuerit deſuper. Vergilius, Non ulli paſtos illis egere diebus. Vter eſt quis de duobus. Horati. Vter eſt inſanior horum? Vter etiam ſignificat uas, ſed eſt tertiæ declinationis. Ab uter ſit neuter, quod eſt nullus duorum, ſed habet i in genitiuo. Nota quod alter & alius ita differunt ſecundum Priſcianum: Alter dicitur de duobus. Alius uero de pluribus. Item, Alius in neutro genere habet aliud, cum reliqua nomina habeant neutra per um.

Apocope i. Cum datur ij bina, iacitur quandoq; ſuprema.
Eus eos ei. Eus dat ei uel eos genitiuo more Pelaſgi.

Nomina quæ habent duo ij in fine genitiui, quandoq; abijciunt ultimum i per apocopen, ut Antoni pro Antonij, oci pro ocij. Et iſtud fit tantum in metris. Vergil. Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. Idem, Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi, pro peculij & tugurij. Iuue. Antoni gladios potuit contemnere, ſi ſic. Subdit Alexander quod nomina in eus nō ſolum habent in genitiuo ei, ſed etiam eos, quia ſunt Græca nomina, ut Tydeus Tydei uel Tydeos, Tereus Terei uel Tereos, Sta. 3. Thebaidos. Tydeos egregij perfoſſum pectus & arma. Martialis, Flet philomela nephas inceſti Tereos, &

quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quæ Muta puella fuit, garrula fertur auis. Tugurium eſt domuncula ruſtica paſtorum. Peculium ſignificat proprium bonum. Religioſis non licet habere peculium. Inde peculiaris adiectiuum, id eſt, proprius. Tydeus & Tereus ſunt propria nomina uirorum, & omnia in eus terminata ſignificant uiros, & habent Græcam declinationem & Latinam. Tuguriū Peculium

Tertius o poſuit, ſextumq́ ſibi ſociabit. Dtūs o
Sed dabis i terno cum feceris us genitiuo. Abltūs

Datiuus & ablatiuus ſingulares ſecundæ declinationis definunt in o productum, ut magiſtro, domino. Excipiuntur ea, quæ habent us in genitiuo, quia illa in datiuo habent i, ſed o in ablatiuo, ut unus unius uni uno. Nota quod datiuus in hac declinatione formatur à genitiuo mutando i in o. Sed datiuus in i deſinens formatur à genitiuo deponendo us, ut totus, totius, toti. Alius tamen mutat us in i, quia habet alij in datiuo. Bolus eſt fruſtum rei comeſtibilis, Styck eller byd. Terent. Doleo tantum bolum mihi ereptum è faucibus. Dolus, id eſt, deceptio, Suig. Vergil. Ille dolum ridens. Inde ſubdolus a, um, id eſt, callidus. Tholus eſt pertica in templo, ad quam dona ſuſpenduntur. Pertica eſt longum lignum. Botulus eſt farcimen de carne ſuilla, Metiſter. Inde botellus idem. Dtūs i Bolus Dolus Tholus Pertica Botulus

Vm retinet quartus, ſed neutris prouideamus. Actūs um
Primum cum quarto quintoq́ ſono dabis uno.

Accuſatiuus ſingularis ſecundæ declinationis in um definit, ut ſcrupulum, ſcopulum. Sed neutra notanda ſunt, quæ ſemper habent accuſatiuum & uocatiuum ſimiles nominatiuo, ut uulgus, pelagus, &c. Nota quod in omni declinatione nomina neutri generis, faciunt accuſatiuum & uocatiuum nominatiuo ſimiles in utroq́ numero, quæ regula nullam habet exceptionem. Scrupulus eſt lapillus in arena pedes ambulantium lædens, unde ponitur pro dubio uel moleſtia. Terent. Vnus mihi ſcrupulus Scrupulus

pulus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Scopulus pulus reſtat, qui me male habet. Scopulus eſt mons la-
Capulus pideus in mari uel prope mare. Capulus eſt quo capi-
Temetum tur uel tenetur aliquid, ut capulus cultri, Handfang. Etiam
Temulen- eſt uas, in quo cadauer ſepelitur. Temetum ſignificat
tus uinum bonum. Temulentus, uinoſus uel ebrius. To-
Tomentũ mentum eſt lana quæ detondetur panno. Tomaculum
Tomaculũ eſt farcimen factum ex epate ſuillo, Leuerpøls. Vulgus
Vulgus eſt inferior pars populi, Almue. Claudianus. Mobile
Pelagus mutatur ſemper cũ Principe uulgus. Pelagus eſt mare.

On in Græcis — On iunges Græcis, Menelaon erit tibi teſtis.
Eus a. — Cũ tenet eus rectus, aliquando fit per a quartus.

Quædam Græca nomina in us habent in accuſatiuo more Græco, ut Menelaus Menelaon, Pergamus Pergamon, Rhodus Rhodon. Vergil. in Aene. Quis non Argolico defleuit Pergamon igni? Ouid. Ardet amore tui, ſic & Menelaon amauit. Pſalmus. Dilexi mandata tua ſuper aurum & Tapazion. Addit Alexander, quod nomina in eus quandoque faciũt accuſatiuum per a, ut Orpheus Orphea, Tydeus Tydea. Vergilius, Orpheaq́ in medio poſuit ſyluaſq́ ſequentes. Horatius, Quo teneam uultus mutantem Protea nodo. Stat. Tydea magnanimum, ſtimulis ingentibus agunt. Nota quod omnia hæc nomina & ſimilia etiam faciunt accuſatiuos in um more Latino, ut Anteus Antea uel Anteum. Vergilius, Antea Sergeſtumq́ uidet. Boetius, Strauit Anteum Liby-
Pergamus cis arenis. Pergamus eſt nomen urbis Troianæ. Me-
Menelaus nelaus eſt nomen uiri, qui fuit maritus Helenæ. Topa-
Topazius. zius eſt lapis precioſus uiridis colore.

er / Vtũs / um — Rectus in r uel in um ſimilem faciet ſibi quintũ
Er re — Ex er quandoq́ per metatheſim reperies re.
Eus eu — Recti dyphthongon dabit eu quinto quaſi Græcus.

Nomina ſecundæ declinationis quæ deſinunt in r literam & in um, faciunt uocatiuum ſimilem nominatiuo, ut ô magiſter, ô uir, ô ſatur, ô Euſtochium. Sed nomina in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

mina in er quandoq; habent uocatiuum in re per metatheſim, id eſt, per tranſpoſitionem literarum, ut o Teucre pro Teucer, o Timbre pro Timber. Vergil. Nam tibi Timbre caput Euandrius abſtulit enſis. Item nomina in eus dyphthongon deſinentia faciunt Græcum uocatiuum eu. Ouid. Quo fugis exclamo ſcelerate reuertere Theſeu. Item, Flecte ratem Theſeu uerſoq; relabere uento. Nota hic regulam de Græcis uocatiuis. Omnia nomina Græca in s literam deſinentia, cuiuſcunq; declinationis, faciunt uocatiuũ deponendo s, ut Anchiſes o Anchiſe, Achilles o Achille, Panthus o Panthu, Melampus o Melampu. Vergilius. Quo res ſumma loco Panthu quam prendimus arcem? Metatheſis eſt ſpecies metaplaſmi, quãdo literæ tranſponũtur cauſa metri. Euander, Teucer & Timber, ſunt propria nomina uirorum. Dicitur etiam Euandrus, Teucrus & Timbrus, teſte Priſciano.

Metatheſis

Euander

Cum propriũ dat ius, tenet i quinto iaciens us. ius i
Vs mutabis in e, ſed filius excipe fili. us e
Quinto dãt us & e populus fluuius Deus agnus

Propria nomina in ius faciunt uocatiuum in i deponendo us, ut Fabius Fabi, Lucius Luci, Laurentius Laurenti, &c. Alia nomina in us deſinentia mutant us in e, ut ſocius ſocie, primarius primarie. Excipitur filius, quod facit o fili, tamen antiqui dicebant filie ſecundum Priſcianum, quod nunc exoleuit. Item Deus, agnus, populus, fluuius, habent us & e in uocatiuo. Plura his addere non oportet, nam quis legit annus, chorus uel infernus in uocatiuo? Vulgus autem & pelagus cum neutra ſint, e habere non poſſunt, & quod us habent ſuperius patuit ibi (Sed neutris prouideamus) Nota quod uocatiuus proprij nominis in ius deſinentis, erit una ſyllaba breuior nominatiuo, ut Pompeius eſt triſyllabum, ergo Pompei uocatiuus habet duas tantum ſyllabas. Horatius, Pompei meorum prime ſodalium. Item, uultei habet tres ſyllabas, uultei uocatiuus habet duas. Horati. Durus ait uul-

Exceptio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ait uultei nimis attentusq́; uideris. Caius eſt dictio diſſyllaba, Cai monoſyllaba, legitur tamen Caius per tres ſyllabas, & Cai in uocatiuo per duas. Martial. Peruigil in pluma Caius ecce iacet. Idem, Quod peto da Cai, non peto conſilium. Caius quamuis ſcribatur per c, tamen per g profertur.

Canterius — Canterius eſt equus caſtratus.
Lanius — Lanius qui laniat carnes pecorum, & eas uendit.
Tabellarius — Tabellarius qui defert tabellas, id eſt, epiſtolas.
Cementarius — Cementarius qui parat cementa, id eſt, lapides cedit.
Statuarius — Statuarius qui facit ſtatuas, Billedeſnider.
Populus — Populus prima correpta ſignificat homines. Inde popularis adiectiuum, id eſt, pertinens ad populum. Populus prima longa ſignificat arborem quandam, & hoc habet tantum in uocatiuo. Naſo, Popule uiue precor. Inde adiectiuum populeus, ut populea uirga. Vergilius. Qualis populea merens philomela ſub umbra.
Agnus — Agnus eſt fœtus ouium. Inde agninus adiectiuum. Item, agnus habet fœmininum Agna. Ouid. Et placeat cæſo non minus agna boue.
Deus — Deus eſt mens uniuerſi, uel omnium optimus maximus conditor & rector.
Fluuius — Fluuius eſt aqua ſemper fluens. Inde fluuialis, id eſt, pertinens ad fluuium, ut, aqua fluuialis eſt melior ſtagnali.

Nūs i
Vūs
Neutra a

PRimo plurali quinto ſimul i ſociabis.
Hos caſus neutri quartumq́; decet per a poni.

Nominatiuus & uocatiuus plurales ſecundæ declinationis deſinunt in i productum, ut palus pali, talus tali. Sed nomina neutri generis, faciunt nominatiuum accuſatiuum & uocatiuū plurales in a, ut fercula, ſecula, &c. Nota quod nominatiuus & uocatiuus plurales ſecundæ declinationis ſunt ſimiles genitiuo ſingulari, ut clare patet. Tamen Deus habet duplicem nominatiuum pluralem & uocatiuum, ſcilicet Dij & Dei. Similiter habet duplicem datiuum & ablatiuum, ſcilicet Dijs & Deis. Vergil. Dijq́; Deæq́; omnes ſtudium quibus arua tueri. Luca. Et ueniam meruere Dei. Idem, O utinam cœliq́; Deis erebiq́; licere. Vergil. Dijs aliter uiſum eſt. Nota quod multa ſunt

ta ſunt

ta ſunt nomina huius declinationis carentia numero plurali, ut, mundus, pontus, aurum, argentum, &c. ut dicetur in ſecundo capitulo. Palus eſt craſſus ſtipes. Vnde paxillus, id eſt, paruus palus. Qualus eſt ſporta. Quaxillus uel quaſillus, id eſt, ſportula. Talus eſt os quadratum, etiam eſt tuber circa imum pedis, Anckel, Inde talaris, ad talum pertinens, ut tunica talaris. Ferculum eſt in quo fertur aliquid, ſcilicet ſcutella, & ponitur pro cibo, etiam eſt ſedile, in quo portatur homo, roſsbar. Sarculum eſt inſtrumentum fodiendi. Seculum eſt tempus humanæ uitæ, ut, hoc factum eſt ſeculo noſtro. Ephippium eſt ſella equina, ſaadel. Horat. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Palus / Qualus / Talus / Ferculum / Sarculum / Seculum / Ephippiũ.

Dic (niſi conſciſſis) orum fieri genitiuis.
Tertius is finit, ſextuſq; ſibi ſociabit,
Os faciet quartus, niſi neutris a damus illis.
Excipis ambo duo, tamẽ hæc heteroclita pono.

orum Gtũs / um Dtũs / is Abltũs / Actũs os / Ambo Duo.

Genitiuus pluralis huius declinationis in orum deſinit, ut diuus diuorum, lituus lituorum. Sæpe tamen abbreuiatur per Syncopen, ut Deum pro Deorum, diuum pro diuorum, lituum pro lituorum, & hoc apud Poetas. Verg. Chara Deum ſoboles. Idem, Diuum pater atq; hominum rex. Inſequitur clamorq; uirum ſtridorq; rudentum. Luca. Concinuit ſtridor lituum clangorq; tubarum. Nota quod aliqui genitiui ſyncopantur, etiam in proſa, uel in oratione ſoluta, ut Deum pro Deorum, liberum pro liberorum, nummum pro nummorum, denarium pro denariorum, centenum pro centenorum, duum pro duorum. Hæc apud Tullium & Liuium & Plinium ſæpe leguntur. Datiuus & ablatiuus in is productũ deſinunt. Accuſatiuus autem in os productum, ut uitulos, catulos, pullos. Sed accuſatiuus neutrorum definit in a, ut prædictum eſt. Hæc nomina ambo duo excipiuntur à duabus regulis, Primum ab illa regula. Primo plurali, &c. Hos caſus neutri, quia nominatiuus pluralis

iſtorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Diuus. Lituus. Nummus. Nummularius. Denarius. Catulus. Pullus.

iſtorum nominum deſinunt in o tàm in maſculino genere, quàm in neutro. Secundo excipiuntur ab illa regula, Tertius is finit. Nam datiuus & ablatiuus iſtorum deſinit in bus. Sed de illis dicetur in heteroclitis. Diuus eſt Deus uel beatus, ut diuus Paulus, diua Barbara. Inde adiectiuum diuinus a, um. Lituus eſt tuba curuata qua utebãtur in prælijs. Nummus, Pending. Inde nummatus, id eſt multos nummos habens. Nummulus, id eſt, paruus nummus. Nummularius, Veſſeler. Denarius eſt nummus argenteus ualens decem nummos æreos. Denarius etiã eſt adiectiuũ ſicut binarius, ternarius, &c. ut numerus denarius, id eſt, decem rerum. Catulus nõ ſolum dicitur iuuenis canis, ſed etiam fœtus cuiuslibet feri animalis, ut catulus Leonis, catulus Lupi, catulus muris uel murinus. Pullus eſt fœtus auium, & omnium manſuetorum animalium, præterquam boum & ouium, ut pullus anatis, anſeris & gallinæ. Item, pullus equi, aſini & muli. Dicitur etiam pullus anatinus, pullus anſerinus, pullus gallinaceus, pullus equinus, &c.

Ntũs a e o. Ac, ec, id, Al, el, il, ol, ul. An, en, in, on.

O Dabit ecꝗ uel a tibi declinatio terna.
C iunges a uel e, d uult i ſola præeſſe.
L cum uocali patietur qualibet addi.
N u non iunge, reliquis uocalibus adde.

Hic ponuntur terminationes nominum tertiæ declinatonis, quæ ſecundum Priſcianum & Donatum ſunt ſeptuaginta octo uel paulo plures. Tertia declinatio habet tres terminationes uocalium, ſcilicet, a ut poema, e ut cubile, o ut homo. Litera c facit duas terminationes, ſcilicet ac & ec, ut lac halec. d facit unam, ſcilicet id, ut Dauid. Priſcianus dicit ud ſicud Bogud, quod eſt nomen uiri. Donatus autem non ponit d inter literas terminales tertiæ declinationis, eò quòd eiuſmodi nomina non ſunt Latina, ſed barbara. Litera terminalis l facit quinꝗ terminationes, ſcilicet, al, el, il, ol, ul, ut ſal, fel, nil, ſol, conſul. Nota quod tertia declinatio habet 11. literas terminales,

minales,quæ ſunt,a, e, o, c, d, l,n,r,s,t,x. Donatus dicit decem,quia non ponit d,ut prædictum eſt. Litera terminalis dicitur ultima litera dictionis. Sed terminatio dicitur ultima litera cum uocali præcedente. Litera n facit quatuor terminationes,ſcilicet, an, en,in,on,ut titan, ſemen,delphin,dæmon. Et hæc nomina pleraq; ſunt Græca.

Cuilibet r iunges. S inſuper omnibus addes.
B quoq; præpoſita datur omnibus s ſociata.
Vls ut puls ſequitur,ſed ems ut hyems reperitur
N ſi præponas s omnibus addere debes.
Non u ſed reliquis s p præeunte locabis.
Non i ſed reliquæ præeunt r s ſociatæ.
Dicimus aes ut praes,aus ut laus iungere debes.
Irps ut ſtirps iunges, ut ſolam t ſociabis.

ar, er, ir or ur.
as, es, is, os, us.
abs, ebs, ibs, obs, ubs.
uls, ems, ans, ens, ins, ons, uns.
aps, eps, ips, ops.
Ars, ers, ors, urs.
Aes, aus,
Irps, ut.

Litera terminalis r facit ſex terminationes, ſcilicet ar, er,ir,or,ur,& yr,ut Cæſar,pater,gaddir,doctor,ſulphur, martyr. Litera terminalis s facit nouem & uiginti terminationes, quarum ſex ſunt,ubi uocalis præcedit s, ſcilicet, as, es, is, os, us,ys, ut mas,pes,ignis,honos,corpus, erinnys. Quinq; ſunt in bs, ut arabs,plebs,calybs,ſcobs, urbs. Vna in ls, ut puls. Vna in ms, ut hyems. Quinq; in ns, ſcilicet, ans, ens, ons, uns, yns, ut glans, mens, mons, quincuns, tiryns, cuius genitiuus eſt tirynthos, & eſt nomen urbis. Quatuor terminationes ſunt in ps, ut daps, adeps, ſtyps, cyclops. Item quatuor in rs, ut ars, iners,mors, tyburs nomen gentile. Item duæ ſunt terminationes in s præcedente dyphthongo , ſcilicet , aes & aus, ut praes & laus. Item una eſt terminatio in irps, ut ſtirps. Et ita ſunt uiginti nouem terminationes de litera s, & poſſent plures formari, ſi uelimus cum Priſciano diſtinguere as longum & as breue, es longum & es breue. T facit tantum unam terminationem,ſcilicet ut, quod

 probat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

probat caput. Nam alia nomina in t, u non præcedente, non declinantur, ut gith, ſcharioth, ſabaoth, &c.

Ax, ex, ix, ox, ux. Alx, anx, arx, unx.

X cum uocali patietur qualibet addi.

Alx dabit anx, arx, unx, ut calx, lanx, arx, quoq; coniunx.

Litera terminalis x facit decem terminationes ſecundum Alexandrum, ſcilicet, ax, ex, ix, ox, ux, yx, alx, anx, unx, arx. Vt fornax, cilex, ilix, uelox, redux, ſtyx, falx, lanx, coniunx, arx. Adduntur quatuor terminationes, ſcilicet, aex diphthong. ut fax, aux, ut faux, erx, ut merx, inx, ut ſyrinx. Vocabulorum interpretationem dicemus de genitiuis.

Gtūs nominis in a facit tis.

FORmat nomen in a genitiuum tis ſibi iuncta.

Nomina tertiæ declinationis in a aſſumunt tis in genitiuo, ut dogma, huius dogmatis, aroma aromatis. Nota quod nomina tertiæ declinationis in a ſic debent agnoſci, quia omnia ſunt neutri generis, habentia m ante a, ſuntq; Græca uerbalia. Veteres tamen uſurpabant aliqua ſecundum primam declinationem, ut poema & ſyrma & ſchema, autore Priſciano. Drachma eſt adhuc primæ & tertiæ declinationis, ſed ſecundum diuerſa ſignificata diuerſamq; ſcripturam, nam Drachma per ch pro pondere uel nummo, eſt primæ declinationis, & fœminini generis. Dragma uero per g pro manipulo eſt tertiæ declinationis, & neutri generis. Drama matis eſt genus carminis uel actio, quod nomen illiterati ſcribunt per g. Doma, id eſt, domus. Salomon, Melius eſt ſedere in angulo domatis, quam cum muliere litigioſa. Aroma ſignificat unguentum uel odoramentum. Dogma ſignificat decretum uel ſtatutum, nō ſignificat doctrinam, nec formatur à doceo, cum ſit Græcum nomen.

Drachma

Dragma

Drama

Doma

Aroma

Dogma

E is

Is facies ex e, ueluti mare ſiue cubile.

Nomen in e deſinens mutat e in is in genitiuo, ut

mare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

mare maris, cubile cubilis. Nota quod hæc regula intelligitur de Latinis nominibus, quia Græca habent es in genitiuo, ut phebe phebes, &c. de quibus infra. Item aliqua in e ſunt indeclinabilia, ut quinq́ʒ, mille & cepe. Mantile eſt peplum quo manus terguntur, uel quodlibet peplum. Ouile eſt ſtabulum ouium, ſicut bouile ſtabulum boum. Equile ſtabulum equorum. Porcile ſtabulum porcorum. Conclaue a producta eſt cella concluſa, lønligt herbere. Alia quære de generibus. Mantile Ouile Equile Porcile Conclaue

Onis habes ex o, ſed inis do perficit & go.
Fœmineo genere, nemo ſociatur homoq́ʒ,
Ordo uel margo cardo cum turbine uirgo
Sic & Apollo facit, britonis brito caroq́ʒ carnis,

In o deſinentia nomina, onis faciunt in genitiuo o producta, ut aquilo aquilonis, ligo ligonis, prædo prædonis, &c. Sed fœminina deſinentia in do & go habent inis, ut albedo albedinis, cupido, grando, arundo, fartago, uorago, &c. Item homo, nemo, ordo, margo, cardo, uirgo, turbo, & Apollo habent inis, caro facit carnis. Gentilia in o breuiant onis, ut Macedo, Brito, Saxo, hæc tamen interdum o producunt. Luca. Longiſq́ʒ leues Saxones in armis. Martia. Quam ueteres bracce Britonis pauperis & quam. Sed hic Brito uidetur proprium nomen uiri. Nota quod ab iſta regula, Sed inis do perficit & go, excipitur hoc nomen Dido, quia cum ſit fœminini generis, habet tamen onis in genitiuo. Etiam habet Didus, quia (ut ait Priſcianus) Græca nomina in o longum habent in genitiuo us more Græco, uel onis more Latino, ut calypſo, huius calypſus uel calypſonis, clio clyus uel clionis. Ouidius. Nec mihi ſunt uiſæ clio cliuſue ſorores. Item præſto, pondo, argo, echo & pſeudo non declinantur. Aquilo eſt uentus quidam, Nordenueer, uel eſt illa pars mundi. Paro eſt nauis prædatoris, Røffſkib. Pero eſt calciamentum ruſticum & magnum. Peronatus, id eſt, peronibus indutus. Prædo, id eſt raptor, qui prædam aufert. Cerdo qui uendit corium Aquilo Paro Pero Prædo Cerdo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ligo · Mango · Capedo · Intercapedo · Crepido · Libido · Formido · Grando · Hirudo · Teſtudo

corium, uel mercator quilibet. Ligo eſt ferramentum curuum quo purgantur foſſæ. Mango qui uendit homines uel alias res. Spado qui caſtratus eſt. Capedo eſt uaſculum fictile,id eſt,de terra factum. Intercapedo, id eſt, diſtantia uel differentia. Crepido i longum, eſt magnus lapis, ſicut ponitur ſupra ſepulchra. Libido, id eſt,delectatio, & proprie carnalis. Formido, id eſt,timor. Inde formidoloſus, id eſt,timidus. Grando, Haffuel. Vergilius, Tam multa in tectis crepitans ſalit horrida grando. Arundo,Røer. Hirudo eſt uermis aquaticus ſugens ſanguinem, ijll. Teſtudo eſt animal teſta tectum, ſnegel. Ponitur pro cithara. Horatius, Saxa mouere ſono teſtudinis & prece blanda. Accipitur pro camera, id eſt, lapideo tecto, Huelling. Indago eſt inquiſitio. Vnde uerbum indagare, id eſt, inquirere. Propago eſt ramus uitis infixus terræ. Eſt etiam progenies. Prud. O clari ſaluete duces generoſa propago. Inde propagare, id eſt, dilatare, at forøge. Fuligo eſt craſſus fumus, Suod. Caligo, id eſt, obſcuritas uel ignorantia. Iuuenalis. Et genus humanum damnat caligo futuri. Albugo eſt albedo uel alba macula. Ferrugo eſt color ferri ut purpura uel nigredo. Erugo eſt rubigo aeris, uel uiride ſuper pecuniam antiquam, Ruſt. Salſugo eſt ſalſus humor, Saltuand. Salſilago idem.

Indago · Propago · Fuligo · Caligo · Albugo · Ferrugo · Erugo · Salſugo · Salſilago

Lac lactis ponit, halec halecis habebit.

Lac · Lactare · Halec

Lac in genitiuo habet lactis, halec halecis. Alia nomina in c terminata non declinantur, ut Iſaac, Melchiſedec, Amalec. Tamen Baptiſta declinauit Melchiſedec. Pectore ſacrifici Melchiſedecis erat. Lac eſt ſuccus uberum, Inde lacteus, id eſt, de lacte factus uel albus. Lactare, id eſt, lac dare uel decipere. Antiqui dicebant lacte in nominatiuo ſecundum Priſcianum. Halec eſt quidam piſcis, & quidam liquor ciborum,Sild. Alia ſunt propria nomina uirorum.

L lis · Al alis

Is poſt l pone, ſed lis mel felq; dedere,
Al alis longam dat neutro, cætera curtam.

Curtam

Curtam pone ſalis, longam dant elis & olis, El elis
Vl dat ulis, il ilis, conſul, pugil eſt tibi teſtis. Vl ulis
Il ilis

Nomina deſinentia in l in formando genitiuo ac-
cipiunt is, ut animal animalis, ſol ſolis. Sed mel & fel ac-
cipiunt lis in genitiuo, ut mellis fellis. Subdit Alexander
de quantitate uel accentu dicens, quod nomina neutri ge-
neris in al producunt a in obliquis, ut uectigal, puteal,
reliqua in al corripiunt a in obliquis, Hannibal, Haſ-
drubal. Sal quoq; corripit a. Verg. Et ſalis occultum re-
ferunt in lacte ſaporem. In el & ol deſinentia producũt
penultimam genitiui, ut Daniel Danielis, ſol ſolis. In il
& ul terminata corripiunt penultimam obliquorum, ut
uigil, conſul. Nota quod multa nomina in l terminata
ſunt indeclinabilia, ut nil nihil, & multa barbara, ut Baal,
Tubal, Betel, Bel, Micol. Item Abel, Iſrael, Michael, Saul,
quandoq; leguntur declinata, quandoq; non, ut rex Iſrael
uel Iſraelis. Bap. Pinguibus & priſcum donis immittet
Abelem. Saul inuenitur u producere in obliquis. Sed uſus Animal
corripit. Animal eſt corpus animatum ſenſibile, uel quic- Vectigal
quid habet animam ſenſitiuam. Vectigal eſt tributum
uel reditus. Tullius, Non intelligunt homines quantum
uectigal ſit parſimonia. Vectigalis, id eſt, dans uectigal. Minutal
Minutal eſt quidam cibus ex oleribus aut carnibus minu- Puteal
tim conciſis. Puteal eſt operculum putei. Subtel eſt ca- Subtel
uum pedis. Mel & fel nota ſunt, & hæc duo nomina du-
plicant l in obliquis cauſa differentiæ. Nam melis & felis Melis
ſunt alia nomina. Melis eſt animal magnitudine uulpis, Felis
duro corio, de quo fiunt pharetræ. Felis eſt animal quod Pugil
uulgo Cattus uocatur. Pugil qui pugnat ſingulari cer- Mugil
tamine. Mugil eſt quidam piſcis, qui in metu caput ab- Conſul
ſcondit. Conſul eſt qui uulgo dicitur magiſter ciuium. Proconſul
Proconſul qui foris gerit conſulatum. Præſul dicitur Præſul
Epiſcopus. Exul qui exulat uel expulſus eſt urbe. Exul

An erit is iuncta, fiet penultima longa. An anis

Nomen in an deſinens, in genitiuo accipit is, & pro-
ducit a in obliquis, ut titan titanis, pæan pæanis, quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

etiam habet pæantis, ut mox dicetur, ſicut euan euantis. Hæc omnia ſunt Græca, quare etiam habent os in genitiuo, ut Pan panos. Vergil. Parrhaſio dictum panos de more lycei. Sunt & barbara in an, quæ non declinantur, ut Aman, Laban. **Titan** Titan fuit frater Saturni, alio nomine Titanus, & ponitur pro ſole. Ouidius. Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan. **Pęan** Pęan dicitur Apollo, etiam ſignificat carmen aut laudem. Vergil. Lætum pęana canentes. Pęana eſt Græcus accuſatiuus. Item Pęan eſt nomen proprium uiri, & tunc genitiuum habet pęantis. **Pan** Pan huius panis uel panos, eſt fabuloſus Deus naturæ uel paſtorum. Pan huius pantos ſignificat omne. Inde pantomimus, id eſt, ioculator omnia geſtibus imitans, **Pandecta** Pandecta, id eſt, omnia continens. **Euan** Euan eſt nomen Bachi. Vergil. Illa choros ſimulans euantis origia circum. Item & pellican non legitur.

En inis enis. E ſuper n dat inis curtam, ſed deme lienis,
In inis Renis, Syrenis, ſplenis, ſed in dabit inis.

Nomina deſinentia in n, habent inis curtam in genitiuo, ut numen, ſumen, flumen, inguen. Sed lien, ren, ſyren, ſplen, habent enis productam, quibus adduntur hyemen, ſeben, damen, anien & trezen, quæ etiam habent enis productum, teſte Priſciano. Quorum nominatiuus eſt in, producunt inis in genitiuo, ut ſalamin, delphin, quæ ſunt Græca. Cain & reliqua barbara non declinantur. **Numen** Numen eſt Deus uel diuina poteſtas. **Sumen** Sumen eſt uber ſuis cum lacte ſuo aſſatum. Perſius. Calidum ſcis ponere ſumen. **Abdomen** Abdomen o longa ſignificat id quod ſumen, uel eſt pinguedo uentris. **Inguen** Inguen eſt pudenda pars corporis. Iuuenalis, Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit. **Gluten** Gluten eſt uiſcus. Liim. Inde glutinare, id eſt, coniungere. **Bitumen** Bitumen eſt tenax humor. **Lien** Lien & ſplen, idem ſignificant, ſcilicet, quoddam inteſtinum, Milt. Lienoſus & ſpleneticus, id eſt, qui male habet in ſplene. **Ren** Ren uel rien quoddam inteſtinum, Nyre. Renunculus, id eſt, paruus ren. **Syren** Syren dicitur monſtrum marinum, ſuperne mulier, inferne piſcis. Accipitur pro

meretrice.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

meretrice. Horat. Vitanda eſt improba Syren. Damen & Seben ſunt uirorum nomina. Anien eſt quidam fluuius prope Romam. Lucan. Quas Anienis aquas, &c. Etiam dicitur anio in nominatiuo. Reliqua uocabula quære de generibus.

On ſibi copulat is,ſed quædã propria dant tis.

On onis ontis.

Nomina quæ deſinunt in on, accipiunt is in genitiuo, ut Simon Simonis. Sed quædam propria uirorum nomina aſſumunt tis,ut Stilbon Stilbontis, Demophon, Charon,Leon. Et quædam propria nomina fluuiorum, ut acheron,phlegeton. Item quædam habent ontis, ut horizon,chameleon, byſon. Nota quod multa nomina in on producunt o in obliquis, ut agon, artemon, lacon, pyton, trigon, triſton. Item quædam nomina urbium & locorum, ut Babylon, Sydon, Ancon, Aſcalon, Helicon, Citheron. Item multa propria uirorum, ut Symeon, Damon, Abſalon, Gedeon, Salomon, Solon, Egon,Dion, Endymeon, Simon, Chyron. Sequentia nomina corripiunt o, ut canon, dæmon, ſyndon, lacedæmon,gnomon,hyperion, gorgon, halcion,ſtrymon. Item multa propria uirorum, ut Acteon, Arion, Memnon, Agamemnon,Echion,Pandon,Iaſon,Eſon,Amphion,Machaon, Licaon, Palemon, Philemon,quæ omnia producunt penultimam nominatiui, & corripiunt penultimam genitiui. Orion inuenitur quandoq; o producere, quandoq; corripere. Lucan. produxit o. Enſiferi nimium fulget latus Orionis. Statius corripit o. Atq; auro rude fulmen habent Orionis alti. Sic Ouidius, Aut helicen iubeo ſtrictumue Orionis enſem. Simo quoq; quod uſus corripit, quandoq; productum legitur. Iuuencus, Ille Simonis erat tectis quem lurida lepra. Nota quod dicitur Simon uel ſimo, Pluton uel Pluto, Caton uel Cato, &c. Agon, id eſt, certamen. Artemon eſt genus ueli. Pyton eſt ſpecies ſerpentis. Triton animal marinum. Trigon quidam piſcis uenenoſa cauda. Lacon aliquis de Laconia, ſed Laocoon ontis nomen uiri. Aedon per tres ſyllabas e longa Græce dicitur

Agon
Artemon.
Pyton
Tryton
Trigon
Lacon
Aedon

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Canon
Dæmon
Cacadæmon
Lacedæmon
Gnomon
Halcyon
Hyperion
Orion
Horizon
Byſon
Chameleõ
De qualitate nominis
Propria qualitas.

philomela. Canon, id eſt, regula. Dæmon, id eſt, peritus uel ſciens. Cacodæmon, id eſt, malus dæmon. Lacedæmon quædam urbs. Gnomon interpretatur cognitor, & eſt ſtilus in medio horologij, umbra ſua indicans horas. Halcyon eſt auicula marina, quæ in hyeme oua producit & pullos, vintelfuel. Hyperion ponitur pro ſole. Tullius, Vt cum luna means hyperionis officit orbi. Orion quoddam ſydus uel cœleſte ſignum. Horizon dicitur terminus uiſus noſtri. Byſon quoddam animal ferum ſimile tauro, ſed iubas & pilos habens, vild oxe. Chameleon eſt animal, quod ſolo uento paſcitur.

Quod nomẽ propriũ, quod nõ ita ſit tibi notũ,
Id proprium dices, quod non notat uniuoce res
Plures, nanqꝫ duo ſenſu non ſignat in uno.
Non licet uniuoce proprium tibi plura notare.
Appellatiuis uarias res uniuocabis.

Nomen eſt duplex, proprium & appellatiuum. Proprium nomen eſt, quod uniuoce ſignificat unam rem, ut Petrus, Ioannes, Paulus. Nam licet proprium nomen quandoqꝫ plura ſignificat, hoc non eſt uniuoce, ſed æquiuoce. Vniuoce, id eſt, uno nomine & una ratione. Et æquiuoce, id eſt, uno nomine, ſed diuerſa ratione, ut quod Petrus ſignificat plures homines, non eſt una ratio, ſed diuerſa. Appellatiuum nomen eſt, quod uniuoce plura ſignificat, ut homo, lapis, lignum. Nota ſecundum Priſcianum propriorum nominum quatuor ſunt ſpecies, ſcilicet, prænomen, nomen, cognomen & agnomen. Prænomen eſt, quod præponitur nomini cauſa differentiæ, & ſæpe ſcribitur una litera, ut Caius Marcus, Publius. Nomen eſt cuiqꝫ ſuum proprium, ut Verg. Tullius. Cognomen eſt quod ſignificat cognationem uel totam familiam, ut Scipio, Cæſar. Agnomen eſt, quod imponitur ex aliquo euentu, & Africanus, Creticus, Atticus. Quandoqꝫ tamen cognomen pro agnomine ponitur apud autores. Nota quod idem nomen

quandoqꝫ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quandoq; eſt prorium & quandoq; eſt appellatiuum, ut murena, ſcipio, lupus, catulus. Murena cum eſt appellatiuum ſignificat piſcem quendam. Scipio cum eſt appellatiuum, ſignificat baculum, quo ambulantes utuntur. Catulus prædictum eſt. Et hæc omnia etiam ſunt nomina propria uirorum. Alia his ſimilia habes de generibus, ibi (maſcula ſunt.) Murena Scipio. Ar aris.

Is poſt ar pone, ſed far facit r geminare.

Quæ primaria ſunt, niſi naris, curta manebunt.

In deriuatis neutro producitur aris.

Excipias iubaris, dic nectaris, epatis epar.

Simplicium norma formabis compoſitiua.

Nomina in ar terminata, accipiunt is in genitiuo, ut par paris. Sed far aſſumit ris, quia habet farris. Ab hac regula (Is poſt) excipitur epar, cuius genitiuus eſt epatis. Et lar cum eſt proprium nomen habet lartis, teſte Priſciano. Excipiuntur etiam indeclinabilia, ut inſtar, & nomina barbarorum, Tamar, Agar, Baltaſar, quod tamen quandoq; declinatur. Inſtar ueteres declinabant. Subdit Alexander de quantitate horum obliquorum dicens, quod primitiua in ar breuiant a in obliquis, ut arar par baccar laſpar aſpar boſtar, & cætera propria. Excipitur nar, quod producit a. Deriuatiua uero neutri generis, producunt a in obliquis, ut altar exemplar ſpecular ſubligar cochlear calcar lupanar, &c. Hic excipitur iubar, quod a cor: Epar autem & nectar quamuis a breuiant, tamen hic non ſunt excipienda, quia non ſunt deriuata, cum ſint Græca. Cæſar uero quamuis deriuatum tantum ſit, tamen non continetur ſub regula, cum non ſit neutri generis. Item ille uerſus, Aſparis uſus habet, eſt ſuperfluus, quia aſpar & boſtar continentur ſub regula, quæ primaria ſunt, & ſunt propria uirorum. Nec boſtar ſignificat ſtabulum boum, ut indocti delirant. Far eſt ſpecies frumenti, quod uulgo ſpelta uocatur. Lar eſt domus. Lares olim dicebantur dij domeſtici. Arar quidam fluuius Galliæ. Baccar quædam herba. Far Lar Arar Baccar

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Dicitur etiam araris & baccaris in genitiuo. Altar, id
Altar — eſt, altare, Pruden. Altar tepeſcit fletibus. Calcar, ſpa-
Calcar — re. Ouidius, Expedit admiſſo ſubdere calcar equo. Ex-
Exemplar — emplar eſt ad quod facimus aliud, unde ponitur pro li-
Lupanar — bro, ex quo ſcribimus. Lupanar eſt domus lupæ, id
Puluinar — eſt, meretricis. Puluinar, hoeddvne, uel lectus. Iuuena-
Specular — lis: Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem. Specular
Torcular — eſt per quod ſpeculamur, ſcilicet feneſtra. Torcular eſt
Subligar — prælum, quo torquentur uuæ, vinpers. Subligar i cur-
Laquear — ta uelamen, quod circumligatur lumbis. Laquear, Id
Lucanar — eſt, teſtudo domus uel connexio trabium. Lucanar
Inſtar — idem. Inſtar eſt magnitudo uel imago. Etiam ſignifi-
cat ad imaginem. Verg. Inſtar montis equum diuina Pal-
ladis arte Aedificant. Ad inſtar non recte dicitur, ſecun-
Nectar — dum Seruium, tamen aliqui uſurpant. Nectar eſt dul-
Epar — cis potus. Naſo, Flumina iam lactis, iam flumina necta-
Iubar — ris ibant. Epar Græce, iecur Latine, & Græce ſcribi-
Nar — tur per ita in principio, quare primam ſyllabam produ-
cit. Iubar eſt ſol, dictus quod iubas, id eſt, radios emit-
tat, ponitur pro ſplendore. Nar eſt fluuius quidam. Sed
naris dicitur foramen naſi.

Er tibi præbet eris, cer molibe uertitur in cris.
Er eris, Cer cris, Ter tris — Ter per tris forma, ſint Iupiter ac iter extra.
Ether eris dat ſibi later, cliſterq́ꝫ character.
Ver, crather, panther, mulier, ſtater, eris habe-
bunt.
Ber bris — Imber cmu natis, celeberq́ꝫ ſaluber habent bris.

Nomina in er deſinentia habent in genitiuo eris e curta, ut aer, agger, carcer, anſer, celer. Sed adiectiua in cer faciunt cris, acer acris, alacer alacris, uolucer uolucris. In ter exeuntia tris habent, ut pater, mater, uenter, uter. Excipiuntur later, ether, character, cliſter & luter, quæ habent eris e curta ſecundum abuſum, quamuis ultima tria uerius producant e in obliquis. Item ſtater, alter

præſter

præſter, ſoter,panther, phyſeter,habent eris e producta,
& ſunt Græca nomina. Excipitur etiam iter is,uel itine-
ris, de quo infra. Et Iupiter tris uel teris ſecundum Priſ-
cianum, ſicut opiter, dieſpiter, marſpiter habent tris uel
teris in genitiuo, ſed ſecundum uſum Iupiter habet ge-
nitiuum commodatum ſcilicet Iouis, qui etiam nomi-
natiuus eſt apud Apul. Quem tremit ipſe Iouis, quem
numina terrificantur. Item uer & mulier producunt
e in obliquis. Imber, ſeptember, october, nouember,
december, celeber, ſaluber, habent bris in genitiuis.
Aer lufft. Inde aerius adiectiuum, id eſt, ad aerem per- Aer
tinens uel altus. Agger eſt alta terra oppoſita aquæ, Agger
a uerbo aggero. Anſer eſt auis latis pedibus, quam in- Anſer
docti uocant aucam. Inde anſerinus, a, um, ut anſeri- Carcer
nus pes. Carcer eſt locus clauſus, ubi coercentur & in- Acer
cluduntur aliqui. Acer ſubſtantiuum eſt arbor quæ-
dam, & tunc facit aceris in genitiuo. Acer adiectiuum
id eſt, fortis uel durus uel acutus, & ſic habet acris in Vter
genitiuo. Vter eſt uas, de corio factum, uel ſaccus de
pelle. Vtriculus, id eſt, paruus uter. Vnde utricula-
rius dicitur, qui canit tibijs infixis utriculo, & uocan- Later
tur tibiæ utriculares. Later eſt lapis coctilis, tegel-
ſteen, ſed ſingulare non eſt in uſu præter accuſatiuum, Ether
propter hoc nomen latus. Ether eſt ſupremum ele-
mentum, ſcilicet ignis, & ponitur pro cœlo. Chara- Character
cter, id eſt, forma uel ſignum, Græcum nomen eſt, ſicut Cliſter
ether. Cliſter eſt inſtrumentum, quo aqua proijcitur, Luter
uel quo fit purgatio corporis, criſteer. Luter eſt la- Crather
uacrum. Sed lutra eſt animal quoddam, Odder. Cra- Stater
ther eſt uas amplum, cui potus imponitur. Stater Panther
quoddam pondus, uel quidam nummus. Panther Preſter
eſt quædam fera, alio nomine panthera. Preſter eſt
turbo ardens & quidam ſerpens, qui quod mordet adu- Soter
rit. Lucanus, Oraq; diſtendens auidus ſpumantia pre-
ſter. Soter, id eſt, ſaluator, Græcum nomen eſt, pro-
ducens utranq; ſyllabam. Inde ſoteria pluraliter tan-
tum, id eſt, dona quæ offeruntur pro ſanitate recepta.
Martialis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Martialis, Aegrotas uno decies aut ſæpius anno. Nec tibi, ſed nobis hoc Policarme nocet. Nam quoties ſurgis ſoteria poſcis amicos. Sit pudor ægrota iam Policarme ſemel. Phyſeter media longa eſt marina belua. Ruf- Phyſeter fus. Delphinos uirides & phyſeteras anhelos. Iupiter eſt Iupiter unus Planetarum, & ſummus Deus ſecundum Poetas, quaſi iuuans pater. Opiter idem ſignificat quaſi opis, id Opiter eſt, auxilij pater. Dieſpiter, id eſt, Iupiter uel dies, quaſi Dieſpiter pater diei. Horatius, Sæpe dieſpiter neglectus inceſto ad- Marſpiter didit integrum. Marſpiter, id eſt, Mars, Deus belli fabuloſus.

Ys iris — Yr breuiabit iris, martyr fiet tibi teſtis.

Nomina in yr habent in genitiuo iris uel iros i curta, & ſunt Græca, ut martyr, pyr, gaddyr. Sed abadyr uel abdyr & hyr non declinantur autore Priſciano, quamuis Chariſius hyr declinauerit. Martyr Græce, teſtis Lati- Martyr ne. Inde martyrium, id eſt, teſtimonium. Hyr eſt uo- Hyr la, uel interior pars manus, à uerbo hæreo ſecundum Pyr Pontanum. Pyr Græce ignis dicitur. Vnde pyra a- Chir pud nos idem ſignificans. Chir Græce dicitur manus, unde chirotheca, id eſt, theca chiros, handſke. Chirurgus, Chirurgus id eſt, medicus uulnerum. Martialis, Chirurgus fuerat nunc eſt ueſpillo Diaulus. Chiragra eſt morbus uel Chiragra dolor manuum.

Or oris — Is poſt or pone, cor cordis debet habere,

Mas aut commune dabit oris, fœmineumq;.

Format oris rhetor, memor, arbor, neutraq; caſtor.

Et quædam propria uelut hectoris aſſociantur.

Nomina quæ deſinunt in or aſſumunt is in genitiuo, ut amor amoris. Sed cor aſſumit dis, ut cordis. Maſculina & communia in or producunt oris, ut uapor, ſapor, olor, fragor, nidor, pedor, autor, melior. Similiter fœminina ut uxor & ſoror. Excipiuntur rhetor, caſtor, arbor, memor, indecor, dedecor, bicorpor, tricorpor,

quia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quia corripiunt o in obliquis. Similiter neutra, ut æquor, marmor. Item propria nomina Græca in or breuiant o, ut Hector, Neſtor, Mentor, Nicanor, Actor, &c. Latina uero producunt o, ut uictor, melior, Nabor. Nota quod aliqua in or terminata non declinantur, ut ador, de quo in heteroclitis. Item hoc nomen quatuor & multa barbara, ut Nachor, Nabuchodonoſor, Tabor, quod ultimum Baptiſta declinat. Aſſyrij colles aſſurrexere Taboris. Si iuga flexerunt. Rancor dicitur corruptio carnium, quæ ex uetuſtate habent ingratum ſaporem. Inde rancidus a um, harſt. Rancor accipitur pro odio. Mucor eſt corruptio panis ex uetuſtate. Vnde panis mucidus uocatur, non muſcidus, forſkimmelt. Vapor, id eſt, fumus. Inde uaporare, id eſt, fumigare. Vergilius, Succedunt matres & templum thure uaporant. Pedor eſt ſordes uel immundicia uel fœtor. Marmor eſt lapis duriſſimus & precioſus, & ponitur quandoq; pro mari. Aequor eſt mare, & accipitur pro campo. Vergilius, At prius ignotum ferro quam ſcindimus æquor. Rhetor Græce, orator Latine, uel qui ſcit aut docet Rhetoricam. Iuuena. Si fortuna uolet, fiam de Rhetore conſul. Si uolet hæc eadem, fiam de conſule Rhetor. Caſtor eſt animal, alio nomine fiber, Beffuer. Etiam eſt uiri nomen. Caſtoreum eſt quoddam medicamen de teſticulis caſtoris. Indecor, id eſt, inhoneſtus. Dedecor idem ſignificat. Et hæc duo nomina non formantur à decor, quod o producit in obliquis, ſed à decus, nam corripit o. Virgil. Non tamen indecorem tua te regina relinquet. Bicorpor, id eſt, habens duo corpora. Tricorpor habens tria corpora. Vergilius, Et forma tricorporis umbræ. Tabor eſt quidam mons in Galilæa. Reliqua ſunt propria nomina.

Rancor
Mucor
Vapor
Pedor
Marmor
Aequor
Rhetor
Caſtor
Caſtoreũ
Indecor
Dedecor
Bicorpor
Tricorpor
Tabor

Vr tibi curtat uris, ſed fur longat tibi furis. — Vr uris
Robur præbet oris, ebur, iecur, & femur adde. — Vr oris

Nomina quæ deſinunt in ur, corripiunt uris in genitiuo, ut guttur, ſulphur. Sed fur producit u in obliquis.

Item

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Item robur, ebur, iecur & fœmur habent oris o curta.

Guttur — Guttur eſt fiſtula colli. Sed guttus eſt uas fictile ſuperius anguſtum, dictum à gutta, quia liquor inde per guttas effunditur.

Sulphur — Sulphur, Suaffel. Inde ſulphureus adiectiuum, id eſt, de ſulphure factus.

Fulgur — Fulgur, Blix. Inde uerbum fulgurat, at blixe. Dicitur etiam fulgur, quod oris producit. Horati. Vrit enim fulgore ſuo, qui prægrauat arces.

Robur — Robur, id eſt, fortitudo. Inde adiectiuum robuſtus, id eſt fortis. Roborare, id eſt, fortificare. Robur etiam eſt ſpecies arboris glandiferæ ſimilis quercui. Inde roboreus, a, um, ut roboreus aſſer. Etiam accipitur robur pro magno ligno.

Ebur — Ebur eſt os uel dens Elephantis. Inde adiectiua eburnus, eburneus & eboreus de ebore factus.

Iecur — Iecur quoddam inteſtinum, Læuer. Apud Plinium legitur genitiuus iecinoris. Iecuſculum eſt paruum iecur.

Fœmur, Fœmen — Fœmur ſuperior pars cruris à coxa uſq; ad genu. Vnde dicitur fœmur gallinaceum, fœmur anſerinum uel olorinum. Fœmen idem quod fœmur.

As atis, antis — Ex as eſt atis, elephas gigasq; dat antis.
Et garamas adamas, ueterum quoq; nomina quædam.

As aris, ſis, dis — Mas maris, as aſſis, uas uaſis, uas uadis, iſti
Iunges & Pallas, ſic formant lampas & Arcas.
His ſimilem formam dant patronimica quædam.
Sic breuis as format, genitiuus Græcus os addit.

Nomina in as exeuntia in genitiuo habent atis a producta, ut abbas abbatis, facultas, ſimultas, probitas, &c. Sed elephas, gigas, garamas & adamas habent antis, in genitiuo. Similiter propria nomina, Græca, ut Abas Abantis. Athlas, Bias, Calchas, Thoas, &c. Latina uero propria atis habent, ut Mecenas, lenas, &c. Mas

genitiuum facit maris, as aſsis, uas pro continente, uaſis,
uas pro ſponſore uadis habet. Item Pallas pro Dea gen-
tili habet Palladis, ſed pro nomine uiri Pallantis. Item
lampas lampadis, Arcas Arcadis uel Arcados. Et patro-
nymica in as, & multa Græca in as breue deſinentia ha-
bent adis & ados in genitiuo, ut olympias, decas, dipſas,
hebdomas, cyclas, dorcas, ogdoas, hymnas. Nota quod
nomina in as, quæ habent adis in genitiuo, breuiant a
in obliquis, ſed quæ habent atis, producunt a, præter
anas quod corripit. Macer, Anſeris aut anatis mixta
pinguedine thuri. Ruffus, Latipedemq́; anatem cernes
excedere poto. Simultas eſt odium. Iuuenalis. Inter fini- Simultas
timos uetus ac antiqua ſimultas. Prauitas eſt malitia uel Prauitas
iniquitas. Probitas eſt honeſtas. Elephas eſt maxi- Probitas
mum animalium terreſtrium. Etiam dicitur elephantus Elephas
elephanti. Terentius, Quem rex elephantis præfece-
rat. Gigas dicitur grandis homo. Inde giganteus ad- Gigas
iectiuum e producta. Petrus eſt gigantea ſtirpe progeni-
tus. Garamas dicitur aliquis de Garamantibus. Gara- Garamas
mantes ſunt populus in finibus Aphricæ. Diamas autem
quod loco huius nominis poſitum fuit, Latinum non
eſt. Adamas eſt lapis duriſsimus, qui nec igne caleſcit, Adamas
nec ferro frangi poteſt, niſi cruore hircino leniatur, dee- Mas
mant. Mas eſt animal maſculini ſexus. As eſt pon-
dus duodecim unciarium, & accipitur pro nummo, & As
pro tota poſſeſsione, ut iſte eſt hæres ex aſſe, id eſt, hæ- Vas
res omnium bonorum. Vas uadis, id eſt, qui ſpondet Vadimoni
pro alio, forloffuer. Vadimonium eſt pignus. Pal- um
las adis, filia Iouis, quæ habebatur Dea ſapientiæ. Pal- Pallas
las antis nomen uiri. Lampas Græce fax aut ſplendor Lampas
Latine, lichnus penſilis, lampe. Arcas dicitur aliquis Arcas
de Arcadia, quæ eſt regio Græciæ. Olympias eſt tem- Olympias
pus quinq́; annorum. Ouidius, In Scythia nobis quin-
quennis olympias acta eſt. Cyclas eſt precioſa ue- Cyclas
ſtis deauratis circulis. Etiam eſt inſula. Nam cyclades
ſunt inſulæ in circulo poſitæ. Decas eſt numerus dena- Decas
rius, ett tal paa ti. Hebdomas eſt numerus ſeptenari- Hebdomas
us, quod etiam dicitur hebdomada dæ. Ogdoas eſt Ogdoas

numerus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Trias Monas Dipſas Dorcas Gymnas

numerus octonarius. Trias numerus ternarius uel trinitas. Monas, id eſt, unitas. Dipſas ſerpens ſitim faciens percuſſo. Dorcas ſpecies capræ ſylueſtris. Errant qui putant eſſe primæ declinationis. Gymnas ſignificat exercitium ſiue certamen. Vnde ludus Gymnicus, id eſt, certamen luctandi.

Mas aut commune ſi ſiet in es breuiatam,
E mutans dat itis, miles, ſtipes tibi teſtis.

Es itis

Nomina quæ deſinunt in us breue, & ſunt maſculini uel communis generis, habent itis in genitiuo i curta. Maſculina, ut Palmes, trames, limes, ſomes, ceſpes, gurges, poples, ames, merges. Communis generis, ut eques, miles, pedes, diues, ſoſpes, hoſpes, ales. Trames eſt tranſitus, dictus à tranſmeare. Ames eſt ſtipes, quo ſuſtentatur rete aucuparium. Palmes eſt ramus uitis. Vergil. Turgent in palmite gemmæ. Ceſpes dicitur quadratum uel rotundum fruſtum terræ graminoſæ, Tørff. Limes eſt uia diſtinguens agros, aut lignum aut lapis agros determinans. Fomes, id eſt, nutrimentum, ut ligna ſicca ſunt fomes ignis, uinum eſt fomes libidinis. Poples eſt genu, uel curuatura ſub genu. Merges eſt manipulus ſegetum. Errant qui putant etis habere in genitiuo. Gurges eſt locus profundus in flumine poſitus. Ouid. Quo minime credis gurgite piſcis erit. Ingurgitare eſt replere. Reliqua uocabula quære de generibus.

Trames Ames Palmes Ceſpes Limes Fomes Poples Merges Gurges Ingurgitare.

Vt præpes dat etis diphthõgus in ante ſuprema
Quæ deriuantur a uerbis, aſſociantur.
In quibus e curta reperitur in anteſuprema.
Inquies eſt curta, tamen etis erit ſibi longa.
Fœmineum dat etis curtam, ſeges eſt tibi teſtis.

Triplicia nomina habent in genitiuo etis curtam. Prima, quæ diphthongum in penultima habent ſyllaba, ut præpes præpetis. Vergilius, Et uolucrum linguas, &

præpetis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

præpetis omina pennæ. Nec plura ſunt talia. Altera
nomina, quæ habent etis, e curta, ſunt quæ deriuantur
à uerbis, teres hebes perpes impes interpres. Tertia ſunt
duo fœminina, ſeges & teges, quæ etiam corripiunt etis.
Inquies autem habet etis e producta, ſicut & quies, ſed
illud deſinit in es longum. Præpes quandoq; eſt adie- Præpes
ctiuum, ſignificans id, quod uelox uel in altum tendens.
Etiam eſt ſubſtantiuum ſignificans auem. Teres, id eſt, Teres
longus & rotundus, ut teres haſta. Hebes autem acu- Hebes
tus uel non intelligens. Hebetare facere hebetem. Cru- Hebetare
da poma hebetant dentes. Perpes, id eſt, perpetuus. Vnde Perpes
aduerbiũ perpetim, id eſt, perpetuo. Impes dicitur impe- Impes
tuoſus, uel impetens aliquem. Ponitur etiam pro impe-
tu. Ouidius, Impete nunc uaſto ceu concitus imbribus Interpres
amnis. Interpres qui interpretatur, id eſt, declarat ali- Seges
quid de una lingua in aliam. Seges eſt frumentum in Spica
ſpicis. Spica, axæ. Teges eſt quo tegitur lectus, ſcilicet, Teges
uile ſtragulum. Iuuel. Auſa palatino tegetem præferre Tegeticula
cubili, hoc eſt, maluit iacere in lecto uili quam precioſo. Inquies
Tegeticula, id eſt, parua teges. Martialis, Dat tibi ſecu-
ros uilis tegeticula ſomnos. Inquies adiectiuum dicitur
inquietus. Inquies ſubſtantiuum dicitur inquietudo uel
non quies.

A pede compoſitum dat edis, ſed apes remoue- Es edis
bis,
Quod præbet ſedeo, formabit idis genitiuo. Es idis

Nomen pes cum ſuis compoſitis habet edis, e curta
in genitiuo, ut compes, ſonipes, cornipes, &c. Excipitur
apes, quod habet in genitiuo apis. Sequitur quod no-
mina in es formata à compoſitis uerbis ſedeo habent idis
in genitiuo, ut præſes deſes reſes obſes obſidis. Sedes
autem habet ſedis, quia hoc terminatur in es longum.
Pes quoq; cum compoſitis producit es, quamuis hic po-
natur inter es breue. Ouidius, Et puto pes illi longior
alter erat. Præſes dicitur, qui præſidet loco, ſcilicet, iu- Præſes
dex uel rector. Deſes qui deſidet, id eſt, deorſum ſedet Deſes
ſcilicet piger. Claudian. Deſidis aurigæ non audit currus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Reſes habenas. Reſes, id eſt, reſidens uel quietus. Verg. Ocia
qui rumpet patriæ reſidesq; uocabit Tullus in arma ui-
Obſes ros. Obſes, qui obſidem ſedet. Obſides ſunt homines,
qui dantur pignori. Pes & cõpoſita habes in generibus.

Es longum mutabis in is, ſed deme quietis.
Es is Hæredis Cereris mercedis uel locupletis.
Magnetis iunges, Agnetis dicere debes.

Nomina in es longum deſinentia mutant es in is in
genitiuo, ut labes, nubes, pubes, clades, ſtrages, cædes, mo-
les, proles, rubes, uulpes, &c. Excipiuntur quies quietis,
hæres hæredis, Ceres Cereris, merces mercedis, locuples
locupletis, Agnes Agnetis, magnes magnetis. Nota quod
plura ſunt nomina in es, quæ producunt etis in geniti-
uo, lebes, tabes, manſues & cres. Item multa propria ui-
rorum, ut Thales, Chremes, Hermes, quod etiam primæ
declinationis eſt. Laches, copres, ramnes, dares. Sed hæc
propria etiam habent is in genitiuo ſine creſcentia.
Labes Labes dicitur macula uel ruina. Clades eſt occiſio uel
Clades mors. Verg. Quis cladem illius noctis, quis funera fan-
Strages do, Explicet? Strages eſt proſtratio, ut uentus fecit ſtra-
Cædes gem arborum. Cædes eſt occiſio. Tullius, Cædem in
Lues foro feciſti. Lues dicitur corruptio uel peſtilentia. Oui-
dius, Dira lues quondam Latias uiciauerat urbes. Reli-
qua exempla regulæ quære de generibus. Hæres dici-
Hæres tur qui capit hæreditatem, id eſt, bona de mortuis. Ho-
Ceres ratius, Parcus ob hæredis curam nimiumq; ſeuerus, Aſ-
ſidet inſani. Ceres fuit filia Saturni, quæ dicitur inue-
niſſe uſum ſerendi fruges, unde ponitur pro frumento,
& etiam pro pane. Vergilius, Dant famuli manibus lym-
phas Cereremq; caniſtris Expediunt, id eſt, exponunt
Merces panem de ſportis. Merces dicitur præmium. Iuuenal.
Noſſe uolunt omnes, mercedem ſoluere nemo. Merces
etiam eſt pluralis numeri, a nomine merx, de quo in-
fra. Locuples, id eſt, diues, qui habet multos agros.
Locuples Agnes eſt nomen uirginis. Dicitur etiam in nominatiuo
Agnes Agne, cuius genitiuus eſt Agnes. Magnes eſt quidam
Magnes lapis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

lapis attrahens ferrum. Tapes eſt precioſus pannus & Tapes
depictus. Lebes eſt olla ærea. Verg. Viginti fuluos ope- Lebes
roſo ex ære lebetes. Manſues, id eſt manſuetus. Cres Manſues
huius Cretis, id eſt, Cretenſis, uel aliquis de Creta in- Cres
ſula.

Cum præit i formabit etis, paries tibi teſtis. Ies ietis

Nomina quæ habent i ante es, habent etis in genitiuo e curta, ut abies, aries, paries. Hinc excipitur quies cum compoſitis, quæ producunt etis, ut prædictum eſt. Nota quod requies & abies indifferenter ſunt tertiæ declinationis & quintæ. Dicitur enim requies requietis uel requiei. Tullius, Tantum requietis habeo. Abies in quinta declinatione. Lucanus, Et ſectas abies. Abies eſt arbor excelſa, quę naſcitur in montibus. Inde adiectiuum abiegnus, ut abiegnus aſſer. Aries eſt mas ouium. Vergilius, Aries ſua uellera ſiccat. Etiam eſt inſtrumentum bellicum, quo muri franguntur, ſcili. magna trabs cum acutis ferramentis. Paries eſt murus domorum de quacunq; materia. Abies Aries Paries

Is correpta ſibi ſimilem faciet genitiuum. Is is gtũs
Cuſpidis & lapidis & caſſidis excipiantur. ntõ ſimilis
Sanguinis & dices, exanguis & aſpidis addes. Exceptio

Nomina quæ deſinunt in breue is, habent genitiuũ nominatiuo ſimilem, ut cratis, bilis, ouis, clauis, auis, nauis, &c. Excipiuntur cuſpis, lapis, caſſis, quæ habent idis, & ſanguis quod habet ſanguinis, ſed exanguis eius compoſitum habet genitiuum ſimilem nominatiuo, quia eſt adiectiuum, & nullum adiectiuum in is habet creſcentiam, ut pinguis, dulcis, uiridis, &c. Nota tamen quod caſſis habet duplicem genitiuum ſecundum duplex ſignificatum, ut habetur in heteroclitis (Caſſis idis galea, &c.) Nota quod omnia fere nomina in is corripiuntur, præter ſex, ſcilicet, dis, lis, uis, ſamnis, quiris, glis, ergo ualde multa ſunt ibi exempla. Is correpta quorum ſignificata quære de generibus. Cuſpis eſt acies haſtæ uel Cuſpis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

alterius rei acutæ. Sanguis eſt cruor & progenies. Ponitur pro uita & pro peccato. Exanguis, id eſt, carens ſanguine, ſcilicet pallidus uel mortuus. Aſpis eſt ſpecies ſerpentis, & interpretatur ſcutum. Reliqua quære poſterius.

Exanguis

Egidis atq; notes, ſic patronimica formes.
Thetyos & thetydis dices. Paris is dat idisq;.
Sardis inis, dat iaſpis idis, ſic ibidis ibis.
Iſidis adiunges, indeclinabile ſemis.
Eſt pro dimidio, pondus ſemiſſis habeto.
Tigridis et Trigris Tibriſq; quiriſq; quiritis.

Multa nomina Græca in is habent idis uel idos in genitiuo, ut egis, pixis, Pyramis, chlamys, endromis, bolis, paropſis, abſis, diplois. Item nomina librorum, ut Aeneis, Thebais, Achilleis. Et nomina gentilia, ut Colchis, Sunamitis, Moabitis. Item nomina uirorum, ut Paris, Adonis, Alexis, Daphnis. Et nomina mulierum, ut Miſis, Chryſis, Bacchis, Thais, & nomina idolorum, ut Apis, Seraphis, Oſiris, Anubis, Iſis. Item nomina fluuiorum, ut Tybris, Tygris, Phaſis, &c. Sed hæc propria nomina quandoq; habent ios in genitiuo, ut Tethys os, pro maxima Dea, Memphis Memphios, &c. de quibus poſtea apud Patronymica. Semis pro dimidio, non declinatur, & ſic ſæpe componitur, ut ſemiuir, ſemibos, ſemipaganus. Semis pro medio aſſe habet in genitiuo ſemiſsis, ita quoq; legitur declinatum cum ſignificat mediu n. Egis ſignificat ſcutum tectum pelle caprina. Pixis, id eſt, uaſculum cui aliquid imponitur, boicke. Pyramis eſt forma ignis, ſicut turris. Chlamys eſt ueſtis militaris. Endromis o curta eſt ueſtis piloſa & hirſuta. Bolis eſt iaculum. Paropſis eſt ſcutella cibaria, & ſcribitur in medio per o, quia fit a Græco nomine opſon, quod ſignificat cibum, unde & obſonium. Abſis eſt curuatura uel arcus in muro. Diplois dicitur ueſtis

Semis
Egis
Pixis
Pyramis
Chlamys
Endromis
Bolis
Paropſis
Abſis
Diplois

ueſtis duplex. Nebris eſt pellis damæ. Sardis eſt quidam lapis precioſus, ſed apud autores legitur ſardius. Iaſpis eſt quædam uiridis gemma. Ibis quædam auis Aegyptia ſimilis ciconiæ. Sardis Iaſpis Ibis

Quod dedit r dat eris, uomis puluiſq; ciniſq;,
Et cucumis pariter prædictis annumerabis. Is uel er eris

Nomina in is, quæ olim deſinebant in r, habent eris in genitiuo, ut uomis, puluis, cinis & cucumis. Inueniuntur & alia, quæ in is & in er deſinunt, ut aſsis & aſſer, impubis & impuber. Sed hæc duo cum deſinunt in is, non habent eris in genitiuo, ſed habent is ſine creſcentia. Verg. Comitemq; impubis Iuli. Cucumis quoq; poteſt facere genitiuum ſimilem nominatiuo. Nam apud Plinium legitur, Cucumim ſylueſtrem. Vomis uel uomer eſt ferramentum aratri. Ouidius, Sauciat ut duram uomer aduncus humum. Puluis eſt res contrita, puluer. Puluerulentus, id eſt, plenus puluere. Puluerare eſt condire puluere aromatico. Cinis, aſke. Incinerare, eſt in cinerem redigere uel comburere. Cucumis eſt quædam herba, cuius fructus dicitur melo uel pepo, uel etiam cucumis. Verg. Totusq; per herbam, Creſceret in uentrem cucumis. Cucurbita eſt alia herba, quæ profert lagenas, quæ etiam cucurbitæ uocantur. Vomis Puluis Cinis Cucumis Cucurbita

Is itis producta dabit, glis excipe gliris. Is itis

Nomina deſinentia in is productum habent itis in genitiuo, ut lis litis, dis ditis, ſamnis, quiris quiritis. Excipitur glis, quod habet gliris, nam gliſsis aut glitis Latine non dicitur. Excipitur etiam uis, quod ſecundum aliquos habet uis in genitiuo, ſecundum alios caret genitiuo. Errant qui ponunt hic Memphis Memphitis, & metis metitis. Nam Memphis in genitiuo habet Memphios, ut in prophetia legitur, Principes Memphios. Memphitis autem non eſt genitiuus a Memphis, ſed nomen factum a Memphis forma patronymica, & ponitur quaſi adiectiuum fœminini generis, ut apud Lucanum, Conſeritur bibula Memphitis cymba papyro. Memphitis cymba,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſis cymba, id eſt, Memphitica nauis. Metis metitis plane non legitur. Hamis quoq; hamitis non dicitur, ſed amis itis ſine h, ut prædictum eſt. Lis eſt diſcordia uerboſa. Latigare, at træde. Glis eſt animal ſomno pingueſcens. Samnis quidam populus Italiæ. Legitur etiam Samnitis in nominatiuo apud Prudentium. Quiris dicitur ciuis Romanus. Quidam dicunt Quiritis in nominatiuo. Memphis fuit urbs Aegypti.

Lis
Glis
Samnis
Quiris
Memphis

Os oris
Os otis
Os ouis
Os oſsis

Oris formabit os pro more, deme nepotis.
Cætera dant oris, ſed compotis impotis effer.
Sed bouis et gloris demantur os oſſis et oris.
Cuſtodis ſimul herois ſociabitur iſtis.

Maſculina in os terminuta habent oris in genitiuo, ut mos moris, flos floris, ros roris, honos lepos. Excipitur nepos, quod habet nepotis. Similiter excipiuntur monoceros, ægoceros & rhinoceros, quæ habent otis in genitiuo. Martialis, Et pueri naſum rhinocerotis habent. Alia nomina in os, habent otis in genitiuo producta, ut cos cotis, dos dotis, icos, ſacerdos. Sed compos & impos habent otis curta. Cuſtos facit cuſtodis, & heros herois o longa. Baptiſta, Effigies herois erat, qui fortibus armis. Ita Tros habet Trois, & Minos Monois. Item tripos tripodis o curta, quod etiam dicitur tripus tripodis, ut infra. Sunt quoq; multa Græca nomina in os, quæ habent u in genitiuo, ut logos logu, &c. De quibus infra dicetur. Mos eſt conſuetudo. Inde moratus, id eſt, mores habens. Bene moratus, qui bonos mores habet. Male moratus, qui malos mores habet, Moroſus, qui peruerſos mores habet, & uulgo dicitur mirabilis. Morem gerere ſignificat facere uoluntatem alicuius. Lepos eſt iucunditas in uerbis aut factis. Inde lepidus eſt iucundus. Honos id eſt, honor. Nam ueteres quandoq; ponebant os pro or, ut colos pro color, labos pro labor. Nepos eſt filius filij uel filius fratris aut ſororis. Nepos etiam ſignificat prodigum. Horatius, Vincit enim ſtultos ratio

Mos
Lepos
Honos
Nepos

inſanire

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

inſanire nepotes. Aegoceros eſt cœleſte ſignum, quod Aegoceros
Latine dicitur capricornus, id eſt, capra cornuta. Mo- Monoce-
noceros eſt animal in fronte habens cornu, & Latine uo- ros
catur unicornis. Rhinoceros eſt aliud animal, quod Rhinoce-
cornu habet in naribus. Compos, id eſt, potens, ut ros
ſum compos uoti, id eſt, acquiſiui quod uolui. Impos, Compos
id eſt, impotens, ut impos animi. Glos eſt ſoror uiri. Impos
In genitiuo habet gloris ſecundum Priſcianum. Nam Glos
quod aiunt quidam gloſſis & gloris, deliramentum eſt.
Heros eſt magnus dominus. Dicitur etiam herus, id eſt, Heros
dominus, & hera, id eſt, domina. Sed heros producit
primam ſyllabam, herus & hera corripiunt. Heros habet
fœmininum herois, quod in genitiuo habet heroidis uel
dos, & ſignificat magnam dominam. Tros fuit qui- Tros
dam rex Troiæ, etiam id quod Troianus. Minos fuit Minos
quidam rex Cretenſis, & poetice dicitur iudex apud in- Tripos
feros. Tripos eſt menſa.

Vs curtam dat oris neutro, ſed eris damus illis. Vs oris eris
Quę dāt lus nus dus, ſed oris prębet tibi fœnus.
Et facinus pignus, intercus utis tibi præbet. Vs utis
Dat pecus hæc pecudis, pecus hoc pecoris ſibi
iungit.

Nomina quæ deſinunt in us curtam, habent in ge-
nitiuo oris o curta, ut corpus, littus, decus, nemus, ter-
gus. Sed quæ deſinunt in lus nus dus, habent eris, ut uel-
lus, ſcelus, olus, Venus, uulnus, ſidus, fœdus, rudus.
Excipiuntur fœnus, penus, facinus & pignus, quæ ha-
bent oris, quanquam pignus etiam habet eris ſecundum
Priſcianum, cum ſignificat, paandt. Intercus habet inter-
cutis in genitiuo u correpta. Pecus neutri generis facit Corpus
pecoris ſecundum regulam: Vs curtam dat oris. Sed pecus Decus
fœminini generis habet pecudis. Corpus eſt ſubſtantia Dedecus
ſenſibilis, id eſt, quicquid tangi uel ſentiri poteſt. Sæ-
pe tamen accipitur corpus pro carne. Decus, id eſt, ho-
nor. Sed decor eſt pulchritudo uel ornatus. Dedecus
ſkam. Vnde uerbum dedecoro o curta, id eſt, afficio de-
decore, at beſkeme. Plautus, Caſtiga hominem probe, qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nemus dedecorat te, meq; amicosq; alios flagicijs ſuis. Nemus
Tergus eſt amena ſylua. Vergil. In nemus ire parant. Tergus
ſignificat corium uel pellem. Verg. Tergora diripiunt
Littus coſtis & uiſcera nudant. Littus eſt terra prope mare.
Scelus Scelus, id eſt, peccatum. Tullius, Quid ego tantum ſce-
Vellus leris admiſi? Vellus eſt lana, ſic dicta, quod olim euel-
Holus lebatur, non tondebatur. Etiam eſt pellis cum lana. Ho-
lus eſt omnis herba qua ueſcimur. Inde holitor, qui ho-
Funus lus uenditat. Funus dicitur mors. Verg. Funeris heu ti-
bi cauſa fui. Etiam ſignificat corpus mortuum & exequi-
as defunctorum. Terent. Ego quoq; eius cauſa prodeo
in funus. Funebris, id eſt, pertinens ad funus. Funeſtus
Sydus funere pollutus. Sydus eſt ſtella uel potius ſignum cœ-
Fœdus leſte, quod multas ſtellas continet. Fœdus, id eſt, pa-
Rudus ctum, pact. Rudus ſignificat fruſta lapidum. Fœnus
Fœnus ſignificat lucrum pecuniæ, uel quodlibet lucrum. Inde
fœnero, id eſt, do pecuniam ad fœnus. Fœneror depo-
Penus nentale idem ſignificat. Penus dicitur cibus, Penari-
Facinus um, keller eller ſpiſkamer. Facinus id eſt, factum uel
opus bonum uel malum. Terentius, Non fit ſine pericu-
Pignus lo facinus magnum & memorabile. Pignus paandt.
Pignero, id eſt, pignus accipio. Iuuenalis, Cuius & al-
ueolus & lenam pignerat Atreus. Lena eſt ueſtis quædam.
Pecus Pecus eſt omne animal, præter hominem, ſæpe tamen
accipitur pro oue uel capra. Intercus quære de gene-
ribus.

Hæc forma in eris quæ ſunt confinia uerbis,
Vs eris In quibus e curta reperitur in anteſuprema.
Tempus frigus oris faciunt, lepus aſſociatur.
Neutrum producit, niſi plus quod cõparat oris.

Nomina in us, quæ formantur a uerbis habentibus e breue in penultima ſyllaba corripiunt eris in genitiuo, ut latus, uetus, glomus, opus, hulcus, uulnus, munus, acus. Excipitur tempus & frigus, quæ habent oris, quamuis dicatur tempero temperas, & frigeo friges. Compara-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Comparatiua in us habent oris productum , ſicut com-
paratiua in or, ut melius melioris. Excipitur plus pluris.
Latus ſide. Laterare coniungere latus lateri. Dicitur eti- Latus
am latus lata latum, id eſt, amplus , vijd , ut lata domus. Vetus
Inde dilatare, id eſt, latum facere. Vetus , gammel. Ve-
terare, id eſt , uetus facere. Vnde ueteraſco , id eſt, uetus
fio. Item a uetus fit diminutiuum uetulus a. um. Opus Opus
eſt res facta, unde & libri dicuntur opera. Opuſculum
eſt paruum opus. Operor aris , id eſt, opus facio. Opus
etiam ſignificat id quod neceſſarius , & ſic eſt adiectiuum
indeclinabile. Etiam eſt nomen urbis , & ſic genitiuum
habet Opontis,ut dicetur paulo poſt. Hulcus eſt colle- Hulcus
ctio corrupti ſanguinis in corpore , buld. Hulceroſus
plenus hulceribus. Hulcerare. Exulcerare capitur pro læ-
dere, ut epiſtola tua exhulcerauit animum meum. Scri-
buntur hæc omnia per h , quia fiunt a Græco nomine
helco, quod eſt hulcus. Munus , id eſt , donum. Inde Munus
munero uel muneror indifferenter , id eſt , munus do.
Munus etiam ſignificat officium uel opus. Verg. Suſce-
ptum perfice munus. Acus aceris,affn. Aceroſus plenus Acus
acere, ut frumentum eſt aceroſum. Tempus, tid, etiam Tempus
ſignificat partem capitis inter frontem & aurem. Vergil.
Cingite tempora ramis. Frigus, froſt eller kuld. Le- Frigus
pus haare. Lepuſculus , id eſt, paruus lepus. Leporinus Lepus
adiectiuum .

Vs producta tibi dabit utis, deme paludis, Vs utis producta
Tellus telluris, incus incudis habebit.
Formabunt uris monoſyllaba,grus gruis et ſus. Vs uris

Nomina in us productum habent utis in genitiuo,
ut ſalus,uirtus, ſeruitus. Excipiuntur palus paludis, in-
cus incudis u producta, & tellus telluris. Item monoſyl-
laba in us habent uris in genitiuo, ut ius iuris, rus, crus,
ſed grus habet gruis , & ſus ſuis. Excipitur etiam pus,
quod ſecundum Priſcianum non declinatur , tamen eius
obliqui leguntur, ut oſtendetur ibi, Aptota neutra tene.
Nota quod ſunt Græca nomina in us longum, quæ ha-

 bent odis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

bent odis in genitiuo, o curta, ut apus, tripus, chitra-
pus, ſciopus, antipus, melampus, œdipus, quod ultimũ
etiam eſt ſecundæ declinationis, & hæc omnia forman-
tur a Græco nomine pus, cuius genitiuus eſt podos. Alia
ſunt nomina locorum in us longum, quæ habent untis
in genitiuo, ut amathus amathuntis, opus opuntis, hy-
drus hydruntis, ſciopus ſciopuntis. Virtus eſt optimus
Virtus — habitus animæ. Tullius, Virtutis laus omnis in actione
conſiſtit. Accipitur uirtus pro fortitudine, ut ſæpius in
Pſalmis. Virtuoſus Latine non dicitur, ſed uirtute præ-
Salus — ditus. Salus, id eſt, ſaluatio, etiam eſt ſalutatio, ut Pe-
Iuuentus — trus dixit mihi tuo nomine ſalutem. Iuuentus eſt pro-
prie multitudo iuuenum. Poeta, Diſce bonas artes mo-
neo Romana iuuentus. Accipitur pro iuuenta, id eſt, æ-
Senectus — tate iuuenum. Senectus, alderdom. Tullius, Senectus eſt
Senecta — natura loquacior. Senecta idem ſignificat. Ouidius,
Seruitus — Iam ueniet tacito curua ſenecta pede. Seruitus eſt neceſ-
Palus — ſarius famulatus. Seruitus & libertas ſunt contraria.
Palus eſt aqua nigra, & non fluens. Dicitur etiam palus
Tellus — pali, id eſt, magnus ſtipes. Tellus, id eſt, terra, ſecun-
Incus — dum Poetas eſt Dea terræ. Incus, amboldt. Poetæ ſem-
per producunt u in obliquis huius nominis. Horatius,
Et male tornatos incudi reddere uerſus. Iuuenalis, Non
fornace graues qua non incude catenæ. Vergilius, Quinq;
adeo magnæ poſitis incudibus urbes. Statius, Non tam
Ius — grande ſonat motis incudibus Aetna. Ius, ret. Etiam
ſignificat aquam cibi lixati, ſaad. Sed ſemper habet iuris
Iurulentus — in genitiuo. Iurulentus, id eſt, iure plenus, ut carnes
Rus — iurulentæ. Rus, land, Inde ruſticus, qui rus colit.
Crus — Crus, læg, & dicitur a curro. Sus eſt porcus uel por-
Sus — ca. Vnde adiectiuum ſuillus, id eſt, porcinus, ut ſuillum
Grus — roſtrum, ſuilla caro. Grus eſt auis quædam, traane.
Tripus — Tripus eſt menſa trium pedum. Antipus quaſi contra
Antipus — pedem, nam Antipodes dicuntur homines ſub nobis, &
Chitrapus — contra nos pedes habentes. Chitrapus eſt ferreus tripes,
ſuper quem ponitur cacabus, uel eſt olla ærea tres pedes
Sciopus — habens. Sciopus, id eſt, umbram faciens pede, nam Scio-
podes ſunt monſtruoſi homines, ſinguli habentes unum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

pedem ita latum, ut ſupini iacentes umbram ſibi faciant pede. Apus eſt apicula ſine pedibus. Malumpus eſt nomen uiri & canis, & interpretatur niger pes. Apus Melampus

Aæs cris dabitur, pręs pręd ís, laus quoq; laudís. Aes æris æs ædis
Fraus fraudís iũges, ſed Emaus nõ flectere debes Aus dis

Hic ponuntur nomina habentia diphthongum ante s, & ſunt quatuor, ſcilicet, æs æris, præs prædis, &c. Sed Emaus eſt indeclinabile. Plinius tamen declinat Emaus Emai ſub ſecunda declinatione, ut non ſit diphthongus, ſed terminetur in us per tres ſyllabas, quod tamen uſus non ſeruat. Aes eſt quoddam metallum. Accipitur pro pecunia. Horatius, Mancipijs locuples eget æris Capadocum rex. Aes alienum, id eſt, pecunia debita. Hinc adiectiua æneus, æreus & ahænus. Item ahenum, id eſt, cacabus uel uas æneum. Præs eſt fide iuſſor, forloffuer. Laus loff. Fraus eſt dolus malus uel deceptio. Inde fraudulentus, id eſt, fraude plenus. Fraudare, id eſt decipere. Emaus nomen oppidi. Aes Præs Laus Fraus Emaus

Sí præit s b uel m uel p faciens genitiuum Bs bis
Interpones i, tamen e ſi b præit aut p, Ms mis
E mutatur ín i, ſi non monoſyllaba fiant. Ps pis
Aucupis excipitur, ex auceps quod reperitur.

Nomina quæ deſinunt in bs, ms & ps in formando genitiuo accipiunt i ante s, ut trabs trabis, hyems hyemis, daps dapis. Sed polyſyllaba quæ habent e ante bs uel ps, mutant illud e in i breue, ut celebs celibis, princeps principis, ſed auceps mutat e in u, ut aucupis. Excipiuntur etiam nomina in ceps, formata a nomine caput, quæ duplicem creſcentiam habent, ut præceps præcipitis, anceps ancipitis, de quibus infra dicit: Quæ das a capite. Nota quod polyſyllaba deſinentia in ps & bs, corripiunt penultimam genitiui, præter cyclops & hydrops quæ producunt o. Vergilius, Immemores ſocij uaſto Cycoplis in antro. Nam hæc nomina Græce habent o me-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

bent o mega, id eſt, o longum uel magnum. Trabs eſt
Trabs lignum craſſum, bielcke. Plebs eſt inferior populus.
Plebs Dicitur etiam plebes in nominatiuo, ſicut trabes & ſepes,
pro trabs & ſeps. Lucanus, Neſcit plebes ieiuna timere.
Inde plebeius, id eſt, pertinens ad plebem, ut plebeius
Stips homo. Plebecula, id eſt parua plebs. Stips eſt nummus
paruus. Pauper mendicat ſtipem. Inde ſtipendium, id eſt,
præmium militiæ. Paulus, Stipendium peccati mors. Au-
Auceps ceps qui aues capit. Horatius, Et ueluti merulis intentus
decidit auceps in puteum. Aucupor aucuparis, id eſt,
aues capio. Canis aucuparius. Cyclops dicitur gygas
Cyclops unoculus. Vide in Elucidario. Hydrops eſt aqua inter-
Hydrops cus, uel morbus creans malos humores & aquam ſuper-
fluam. Inde hydropicus, id eſt, qui patitur illum mor-
bum.

Ls aut ns aut rs, s remouebis.

Ls Ns Rs tis — Tis iunges, frondis lendis glandiſq; remotis.

Quæ cor uel pendo componit eis ſociando.

Nomina in ls & ns & rs, ablata s, habent tis in ge-
nitiuo, ut puls pultis, gens gentis, ars artis. Vnum dun-
taxat eſt nomen in ls, ſcilicet, puls pultis. In ns & rs per-
multa ſunt, ut amans, picens, Tyrins, Aruns, ars, iners,
mors, Tyburs. Nota quod frons & lens habent tis & dis
in genitiuo ſecundum diuerſa ſignificata, ut dicetur in
heteroclitis, ibi, Lens lentis capiti, &c. Sed glans habet
tantum glandis, & non glantis, ut quidam putant, cui
additur iuglans, quod habet dis. Similiter libripens &
compoſita a cor, ut concors, diſcors, excors, uecors dis
in genitiuo. Puls eſt cibus ex farina factus. Inde pul-
Puls mentum & pulmentarium, id eſt, puls uel mollis cibus.
Picens Picens eſt nomen gentile, ſcilicet aliquis de piceno, id eſt,
de illa regione. Tyrins eſt nomen urbis in Achaia, un-
Tyrins de Hercules dicitur Tyrinthius, quia ibi nutritus fuit aut
Aruns habitauit. Aruns eſt nomen uiri. Sulpitius ſcripſit,
quod habeat Aruncis in genitiuo, quod ei quidem non
Tyburs aſſentio. Tyburs dicitur aliquis de oppido Tybure, &
inde

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

inde adiectiuum Tyburtinus. Glans eſt fructus quer- Glans
cus, ilicis & fagi, & aliarum quarundam arborum. Etiam
eſt globus plumbeus. Eſt etiam tumor uel tuber colli,
unde glandium eſt ceruix porci, quia in illa ſunt multæ
glandes. Iuglans quaſi iuuans glans uel Iouis glans, eſt
maior nux, valnød. Concors, ſamdrechtig. Diſcors Concors
tuedrechtig eller vvenig. Excors, id eſt, ſtultus, quaſi Diſcors
ſine corde. Socors, id eſt, piger. Vecors, id eſt, ſtultus Excors
uel piger. Hinc concordia, diſcordia, &c. Vecordia, id Socors
eſt, tædium & pigritia. Socordia, id eſt, inertia, pigri- Vecors
tia. Libripens eſt ſtipis ponderandæ penſator, ut ait Libripens
Plinius, id eſt, qui tenet libram, uel qui ponderat, nam
pendo quandoq; idem eſt quod pondero.

Semper iens cum prole ſua formabit euntis, Iens euntis
Ambio lege caret, unciſq; quod uncia format.

Iens participium a uerbo eo, excipitur a regula prædicta, quia habet euntis in genitiuo cum ſuis decompoſitis, ut abiens abeuntis, exiens exeuntis, præteriens prætereuntis. Sed ambiens habet regulariter ambientis. Item quiens a queo, & nequiens a uerbo nequeo etiã habent untis, autore Priſciano. Vnciſq; quod uncia format, id eſt, nomina in uns, quæ formantur a nomine uncia, habent uncis, & non untis in genitiuo, ut quincuns, decuns, ſeptuns. Multi tamen hæc nomina ſcribunt per x in fine, ut quincunx, deunx, & id putamus eſſe melius, Nam Priſcianus inter nomina in us non meminit iſtorum nominum. Vncia eſt quoddam pondus ab uno di- Vncia
ctum, quia as habet duodecim uncias. Vnciola eſt parua uncia. Vnciatim, id eſt, per uncias, ut piper emitur unciatim. Alia uocabula ſunt in generibus. Et partes aſsis.

Vt tibi format itis, ſic per caput eſſe probabis. Vt itis

Solum unum eſt nomen in t declinabile, ſcilicet caput cum ſuis compoſitis, ſinciput, occiput. Nam quot &
tot, git, berit, &c. non declinantur. Caput hoed. Acci- Caput
pitur pro principio, ut caput libri, caput ieiunij. Item

pro prin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

pro principali parte. Item pro homine,ponendo partem pro toto, & pro uita. Capitulum,id eſt,paruum caput. Inde capitelium,quod idem ſignificat.Sinciput eſt anterior pars capitis. Plautus , Non ſanum eſſe tibi adoleſcens ſinciput intelligo.Occiput eſt poſterior pars capitis. Perſius, Occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ. Etiam dicitur occipitium & ſincipitium pro eodem.Plaut.Hæc anus in occipitio quoq; habet oculos.

Capitulū

X gis

A uerbis in go ueniens x gis tibi format.

Coniugis n remouet, cum rectus n ſibi ſeruet.

Nomen in x formatum a uerbo deſinente in go habet in genitiuo gis, ut lex legis, rex regis, grex gregis, remex remigis. Additur frux frugis, ſecundum Priſcianum. Excipitur coniunx, quod habet quidem gis , ſed remouet n in obliquis. Ouid. Coniugis ille ſuæ complexus colla lacertis. Addunt aliqui ſubiunx ſubiugis & iniunx iniugis. Lex eſt ius ſcriptum,ſcilicet , quod legi poteſt. Rex qui regit. Auſon. Qui recte facit, etſi non dominatur, erit rex. Regulus, id eſt,paruus rex. Grex eſt congregatio quorumlibet animalium. Remex qui remigat. Stultus qui puppim ſine remige ducit in altum. Remus eſt inſtrumentum quo nauigatur , aare. Inde remigare , at roo. Remigium eſt remigatio. Coniunx eſt maritus uel uxor. Subiunx , id eſt , ſubiugatus, uel ſub iugo poſitus. Iniunx ſine iugo, uel nondum ſubiugatus . Frux , id eſt , fruges. Auſon. Ante quidem campis quam ſpicea ſuppeteret frux.

Lex
Rex
Grex
Remex

Coniux
Subiunx
Iniunx
Frux

Cis iungunt alia , tamen x prius inde remota.

Omnia alia nomina in x , remota x accipiunt cis in genitiuo, ut faux faucis,arx arcis, lanx lancis, &c . Arx eſt caſtrum. Merx eſt res uenalis. Plautus, Proba merx facile emptorem reperit. Inde mercor aris, id eſt, merces emo. Faux eſt ſummitas gutturis. Lactanti. Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oues. Falx eſt ferramentum curuum , quo aliquid ſecatur uel amputatur , & eſt multiplex. Eſt enim fœnaria falx qua fœnum metitur. Arbora-

Arx
Merx
Faux
Falx

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

boraria falx qua putantur arbores. Lumaria falx qua ſpi-
næ ſecantur, nam luma eſt genus ſpinæ. Vineatica falx,
id eſt, qua uineæ putantur. Falcarij ſunt meſſores. Falca-
re & defalcare, id eſt, tollere uel amputare. Falcatus, id
eſt, curuatus ad modum falcis, uel falcibus armatus, ut
falcati currus. Fex eſt purgamentum cuiusq; rei. Lanx Fex
eſt lata ſcutella. Lanx

Et ſuper x, niſi ſint monoſyllaba cõpoſitumue. Ex icis
Ex ipſis e per i mutat, quæ uult breuiari.
Lodicis demas, ueruecis dicere debes.

Polyſyllaba in x mutant in obliquis e in i curtam,
ut apex apicis, codex codicis. Excipitur lodex lodicis i
producta, & ueruex ueruecis quod tenet e longam. Iuue-
nalis, Quis tecum ſectile porrum, Sutor & elixi ueruecis
labra comedit. Excipitur etiam uibicis i producta. Perſi.
Si puteal multa cautus uibice flagellas. Quidam etiam ex-
cipiunt larex, putantes, quod habeat larecis, ſed fallun-
tur, quia larex habet laricis regulariter. Lucan. Et larices
fumoſq; grauem ſerpentibus urunt. Apex eſt ſummi- Apex
tas. Vertex eſt ſummitas capitis uel arboris, & quæli- Vertex
libet ſummitas. Vortex eſt aquarum inuolutio uel flu- Vortex
ctus. Caudex eſt truncus. Codex, id eſt, liber. Etiam Caudex
eſt id quod caudex. Iuuen. Horrida quale facit reſidens in Codex
codice pellex. Podex, id eſt, culus. Pumex eſt lapis Podex
foraminoſus & leuis. Lodex eſt quod ſternitur ſuper Pumex
lectum. Priſcianus & Phocas ſcripſerunt lodix, unde fit Lodex
lodicula. Vibex eſt ſignum flagelli, ſtrim effter ſlau. Vibex
Veruex eſt caſtratus aries. Larex eſt ſpecies arboris du- Veruex
riſſima. Larex

Si mas fies in x dat icis, maſtix dabit icis,
Phœnix Phœnicis, bombix bombicis habebit. Ix icis

Maſculina in x deſinentia corripiunt in obliquis, ut
calix calicis, fornix, onyx, uarix, hiſtrix, eryz, ſardonix.
Excipiuntur maſtix, phœnix, bombix, ceyx, quæ pro-
ducunt,

ducunt i, Ouidius, in faciem ceycis abit ſumptaq́ꝫ figu-
ra. Maſtix tamen inuenitur corripere. Sere. Maſticis
Maſtix addentur iam fracti milia farra. Et ſæpius apud eun-
dem, Vbi nota quod in hoc uerſu ponitur generis fœmi-
nini. Maſtix autem eſt reſina lentiſci arboris. Quam
tamen Plinius nominat maſtiachi. Vnde & Perottus
ait, quod in nominatiuo dicitur maſtiche, pro hoc gum-
mi, & non maſtix. Maſtix huius maſtigos, Græcum
nomen eſt, ſignificans flagellum. Inde maſtiga, id eſt,
uerbero uel dignus flagellis. Item homeromaſtix dictus
Calix eſt Zoilus detractor Homeri Poetæ. Calix eſt uas poto-
rium. Horatius, Fœcundi calices, quem non fecere diſer-
Fornix tum? Fornix eſt arcus in muro, & ponitur pro lupa-
nari. Iuuena. Lenonum pueri quocunq́ꝫ in fornice nati.
Onyx Inde fornicari, id eſt, luxuriari. Onyx eſt quidam la-
Sardonix pis precioſus, & uaſculum unguentarium. Sardonix
Eryx eſt etiam lapis precioſus. Eryx eſt mons in Sicilia. Hi-
Hiſtrix ſtrix eſt ſpecies ericij. Calpharnius, Venit, & hirſuta ſpi-
Varix noſior hiſtrice barba. Varix eſt uena tumida in corpo-
re humano. Varicoſus tumidos habens uarices. Hinc præ-
uaricor, id eſt transgredior. Diuarico uel diuaricor, id
Phœnix eſt, pedes diſtendo. Phœnix eſt auis unica in Arabia, de
Bombix hac plura in generibus. Bombix eſt uermis texens te-
lam ſicut aranea, de quibus telis fiunt ſubtiles ueſtes, quæ
uocantur Bombicinæ. Iuuena. Quarum delicias pannus
Ceyx bombicinus vrit. Veſtis bombicina etiam dicitur ſerica,
licet origo diuerſa ſit. Ceyx uel Cæyx per dyphthon-
gum eſt nomen uiri.

Cętera quæ dant x, producunt ante ſupremam.
Sed gregis atq́ꝫ crucis facis & nucis et picis inde
Excipis, atq́ꝫ trucis ducis et ſalicis ſilicisq́ꝫ.

Omnia alia nomina in x deſinentia, id eſt, quæ non ſunt polyſyllaba in x, neq́ꝫ maſculina in x producunt penultimam genitiui, ut nomina in ax ox ux, & fœminina uel adiectiua in x, ut fornax, nycticorax, ferox, atrox, pollux, radix, ceruix, cornix, perdix, ibix, pernix, fœlix.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

lix. Ab hac regula excipit Alex. xi. nomina, ſ. grex, trux,
crux, fax, pix, dux, nux, ſalix, filix, nix & ſenex, quibus
addimus abax, ſimilax, ſtyx, phryx, oryx, lelex, allobrox,
gis, ilix cis cappadox, quæ omnia corripiunt penultimam
genitiui & obliquorum. Perſius, Cappadoces rigida pin-
gues pauiſſe cataſta. Fornax eſt in quo aliquid ſiccatur Fornax
uel coquitur, oon. Inde fornacula, id eſt, parua fornax. Nycticorax
Nycticorax eſt auis, & interpretatur noctis coruus, quia
nix huius nictos Græce dicitur nox Latine, & corax cor- Ferox
uus. Ferox, id eſt, animoſus. Atrox crudelis uel ter- Atrox
ribilis. Pollux proprium nomen uiri. Radix, rood. Pollux
Radicula, id eſt, parua radix. Radico, id eſt, radices Radix
mitto uel creſco. Eradico i longa, ſignificat radices tollo. Ceruix
Ceruix poſterior pars colli, homo duræ ceruicis, id eſt, Cornix
tenax propoſiti. Cornix eſt auis nigra. Cornicula, par- Perdix
uua cornix. Perdix aggerhøn. Ibrix eſt genus ſylue- Ibrix
ſtris capræ. Pernix eſt uelox, & proprie pedibus, & Pernix
producit i ſicut alia. Vergil. Nec fatur uirgo pernicibus
ignea plantis. Quidam putant quod pernix ſignificet id
quod nociuus, & tunc habeat i curtam in obliquis, quod
uanum eſſe cenſeo. Grex interpretatum eſt ante. Eius Grex
compoſita ſunt ſegrex, id eſt, ſegregatus uel ſeparatus.
Congrex, id eſt, congregatus, quæ etiam corripiunt pe- Congrex
nultimam obliquorum. Trux, id eſt, crudelis. Lucanus, Trux
Vangiones Batauiq́; truces, id eſt, Hollandini, quos ære
recuruo Stridentes acuere tubæ. Inde truculentus, id eſt,
ualde trux, & trucido i longa. id eſt, occido. Vergil. Fit
uia ui rumpunt aditus primosq́; trucidant. Fax eſt lu- Fax
men piceum in ſtipite. Inde facula. Nux eſt arbor & Nux
fructus pro arbore. Iuuenal. Annoſam ſi forte nucem
deiecerit Eurus. Item nux dicitur omnis fructus arboris
habens durum operimentum, ut auellana, caſtanea, amig-
dalum, iuglans. Nucula, id eſt, parua nux. Nucleus eſt
molle in nuce, quod comeditur. Pix eſt reſina combu- Pix
ſta. Inde piccus, id eſt, de pice factus uel niger. Et picatus,
id eſt, pice linitus. Dux qui uel quæ ducit. Inde tradux, Dux
id eſt, traductus uel traductio. Redux, id eſt, reducens Redux
uel reductus, nam actiue & paſſiue ponitur. Ouid. Litto-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ra Theſſaliæ reduci tetigiſſe carina. Idem, Sim reducis
Crux — coniunx ſicut euntis eram. Crux eſt pœna. Inde crucia-
Salix — re, id eſt, punire. Salix eſt arbor nota. Inde ſalicetum,
id eſt, locus ubi ſunt multæ ſalices, uel ipſæ ſalices. Inde
Filix — ſalignus adiectiuum. Filix eſt herba quædam noxia ſe-
geti. Horatius, Neglectis urenda filix innaſcitur agris.
Abax — Abax eſt menſa, alio nomine abacus. Pharnax eſt no-
Pharnax — men uiri. Silax eſt herba ſimilis hederæ, ſed albo flo-
Silax — re. Cappadox eſt aliquis de Cappadocia. Illix, id eſt,
Cappadox — illicens. Prudentius, Quo mage ſancta ducum corda il-
Illix — lice flecteret arte.

Nec g nec c tenent quę dant nix noxqꝫ ſupellex.
Dic ſenis & noctis niuis & ſphingis quoque ſphingos.
Crementum duplex debet formare ſupellex.
Quæ das a capite uelut anceps, iunge bicepsqꝫ.
Ac iter optat eris, ſed non ut regula quærit.
Per prædicta tibi patet exceſſus genitiui.

Omnia nomina in x deſinentia uel habent gis uel cis in genitiuo, præter hæc quatuor, nix niuis, nox noctis, ſenex ſenis, & ſupellex ſupellectilis, quod duplicem habet creſcentiam, ſicut iter itineris, & nomina in ceps a caput facta, ut biceps bicipitis, anceps itis, ita præceps triceps, &c. Item ſphinx habet in gtō ſphingis uel ſpingos, cui adduntur multa alia nomina Græca, ut phalanx, ſyrinx, lelex, oryx, iapix, ſtyx, ſtrix, phrix, quæ omnia habent gis uel gos in genitiuo. Statius, Audio iam rapidæ curſum ſtygis atraqꝫ ditis flumina. Sunt etiam Græca in ax, quorum genitiuus deſinit in ctis uel ctos, ut aſtyanax huius aſtyanactis uel actos, hypponax hypponactis uel actos.

Nix — Nix ſne, huius nominis genitiuum non expreſſerat Alexander, ſed autoritas docet eſſe niuis. Ouidius, More niuis lacrymæ ſole liquentis eunt. Niueus, id eſt, de niue uel candidus. Niuoſus, id eſt, plenus niue.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

niue. Niualis,id eſt, frigidus. Nox naat. Inde noctua, id eſt, auis nocturna. Noctiuagus, id eſt, noctibus uagans. Pernox in generibus. Senex eſt uetus homo, quandoq; tamen de aliis animalibus dicitur, ſed improprie. Sphinx eſt animal piloſum in deſertis, ſimile homini. Poetæ fingunt monſtrum fuiſſe, habens faciem uirginis, pennas auium & pedes leonum, quod ſtans circa urbem Thebas in alto colle tranſeuntes interrogauit hoc ænigma: Quod animal eſt mane quadrupes, meridie bipes, ueſperi tripes. Omnes neſcientes id ſoluere necabat, ſed tandem Oedipus ſoluit, dicens eſſe hominem. Phalanx eſt exercitus. Syrinx eſt fiſtula. Oryx quoddam animal in deſertis. Iapix quidam uentus occidentalis eſt, qui & Circius dicitur. Styx dicitur a Poetis fluuius infernalis, & ponitur pro inferno. Inde ſtygius, id eſt, infernalis. Strix eſt auis nocturna, quæ noctibus ſtridet. Phryx eſt aliquis de Phrygia uel Troia. Phrygius, id eſt, Troianus. Lelex & Allobrox ſunt nomina gentilia. Leleges ſunt quidam Græci. Allobroges ſunt populus Galliæ, id eſt, Sabaudienſes. Aſtyanax eſt nomen proprium filii Hectoris. Hypponax quidam Poeta Græcus. Supellex eſt res domeſtica. Olim nominatiuus erat ſupellectile, ut ait Priſcianus, unde manſerunt obliqui. Iter eſt itio, vel eller reiſe. Vnde dicimus: Quale fuit iter tuum? Eſt autem uetus genitiuus eius iteris. Neuius, Ignoti iteris ſumus. Iuuencus, Ecce iteris medio clarus ſe oſtendit Ieſus. Sed nunc dicimus iter itineris, qui tamen genitiuus fit a nominatiuo itiner. Varro, Expectant itiner longum ſermone leuare. Anceps, id eſt, dubius uel incertus. Horat. Ius anceps noui cauſas defendere poſſum. Item gladius dicitur anceps, id eſt, utrinq; ſcindens. Præceps dicitur cum capite decidens. Inde præcipitare, id eſt, deiicere. Item præceps dicitur audax & inconſideratus. Item feſtinus. Verg. Non fugis hinc præceps dum præcipitare poteſtas. Triceps, id eſt, habens tria capita. Biceps habens duo capita.

Nox
Pernox
Senex
Sphinx
Phalanx
Syrinx
Oryx
Iapix
Strix
Phryx
Lelex
Aſtyanax
Hyponax
Supellex
Iter
Anceps
Præceps
Triceps
Biceps

Is genitiuus habet, ſed tertius i tibi præbet. Gtūs is Dtūs i

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Omnis latinus genitiuus ſingularis tertiæ declinationis deſinit in is correptam, præter unum monoſyllabum nomen, ſcilicet, uis, quod habet in genitiuo huius uis, is producta ſecundum Priſcianum. Datiuus autem formatur a genitiuo abiecta s & producta i, ut ſchema ſchematisti, mare maris mari. In Græcis tamen nominibus reperitur quandoq; datiuus in i curtam. Statius in Achillei, Palladi littore celebrabant Scyrus honorem. Schema eſt habitus uel figura. Thema eſt poſitum uel poſitio, uel ſuper quod ponitur ſermo. Scyrus eſt quædam inſula.

Schema
Thema
Scyrus

Es Græcũ i gtõ dat

Cum dedit s Græcus, fit ſæpe per i genitiuus.

Nomina Græca in es quandoq; habent i in genitiuo, & tunc ponitur datiuus pro genitiuo, ut Priſcianus ait, ad uitandum cacophaton, id eſt, malum ſonum, quia malus ſonus eſt quando multæ dictiones ſimul poſitæ deſinunt in s, Propterea in iſtis tollitur s. Vergil. Troas reliquias Danaum atq; immitis Achilli. Idem, Nomine Achimenides comes infœlicis Vlyſſi. Idem, Præcipue pius Aeneas nunc acris Oronti. Achilles, Vlyſſes, Orontes, ſunt propria nomina uirorum. Et nota quod melius ſcribitur Vlyſſes uel Olyſſes, quam Vlyxes.

Achilles
Vlyſſes
Orontes

Actũs em im

Em retinet quartus, ſed in im quandoq; locamus
Magudarim turrim peluimq; ſitimq; ſecurim,
Vim burim reſtim tuſſim puppimq; charibdim,
His quædam propria ſociamus paucaq; Græca.
Vt tigrim tripolim tybrim ſyrtim uel eclipſim.
Iris & hypocriſis ſociantur eis & erynnis.
Em dat & im turris reſtis puppiſq; ſecuris.

Accuſatiuus huius declinationis fit a genitiuo is in em mutando, ut patris patrem, ouis ouem. Sed nomina in is de-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

in is deſinentia, quorum genitiuus ſimilis eſt nominati-
uo, habent quandoq; im, ut illa quæ ponuntur in textu,
buris, magudaris, &c. Nota circa illum uerſum (His quæ-
dam propria) quia multiplicia ſunt nomina propria,
quæ habent im in accuſatiuo, ſcilicet, propria uirorum,
ut Alexis, Daphnis. Propria mulierum, ut Iſis, Chriſis,
Miſis. Propria urbium, ut Neapolis, Necropolis, Helio-
polis. Propria fluuiorum, ut araris, phaſis, ſed Iordanis
non habet im. Propria morborum, ut phthiſis, febris.
Propria figurarum, ut prolepſis, ſyllepſis. Alia Græca,
quæ habent im, ut diocœſis, phraſis, hæreſis, geneſis,
pœſis, phyſis, metropolis, decapolis. Magydaris uel — Magyda-
magudaris eſt quædam herba, alio nomine dicta laſer- — ris
pinum. Peluis eſt uas in quo perluimus, id eſt, lauamus. — Peluis
Sitis eſt appetitus bibendi, & ponitur pro quocunq; ap- — Sitis
petitu. Sitibundus, id eſt, ſitiens. Securis eſt ferramen- — Securis
tum, quo ſecatur. Inde ſecuricula, id eſt, parua ſecuris.
Securus, a. um. ſine cura. Vis eſt potentia uel uiolen- — Vis
tia, ſed de hoc in heteroclitis. Buris eſt cauda aratri, — Buris
alio nomine bura. Reſtis eſt funis. Reſticula, id eſt, — Reſtis
parua reſtis. Reſtio & reſtiarius, qui facit reſtes. Puppis — Puppis
eſt ultima pars nauis, & ponitur pro naui. Tuſsis, hu- — Tuſſis
ſte. Tuſsire, at huſte. Charibdis eſt periculoſus locus — Charibdis
maris inter Italiam & Siciliam. Phthiſis eſt exulceratio — Phthiſis
pulmonis cum tabe & extenuatione totius corporis. Inde
phthiſicus, qui laborat illo morbo. Pleureſis eſt mor- — Pleureſis
bus lateris acutus cum febri & tuſſi. Pleureticus qui pa-
titur illum morbum. Phyſis eſt natura. Phraſis eſt — Phyſis
locutio. Diocœſis penultima producta, & per œ diph- — Phraſis
thongum in ſecunda ſyllaba, eſt gubernatio uel diſpo- — Diocœſis
ſitio & regimen, ſed uſus (imo abuſus) nunc ſcribit o — Metropo-
pro œ, & corripit penultimam. Metropolis eſt princi- — lis
palis ciuitas. Decapolis eſt regio decem ciuitatū. Tri- — Decapolis
polis eſt regio trium ciuitatum. Syrtis eſt periculoſus — Tripolis
in mari locus propter copiam arenæ. Eclipſis eſt defe- — Syrtis
ctus. Iris eſt cœleſtis arcus. Hypocriſis, id eſt, ſimula- — Eclipſis
tio uel fictio. Hypocrita ſimulator. Erinnys eſt furia — Iris
uel impatientia animi. Ouid. Qua terra patet fera reg- — Hypocriſis

 nat Erin- — Erinnys

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nat Erinnys. Nota quod Græca nomina etiam habent in pro im in accuſatiuo. Verg. Daphnin ad aſtra feremus, amauit nos quoq; Daphnis. Ouid. Irin ad Herſiliam deſcendere limite curuo. Idem, Et fletu madidis Ibin adite genis. Nam Græci nunquam ſcribunt m pro ultima litera dictionis, ſed n. Item nomina in is duplicem habent genitiuum, unum per creſcentiam, alterum ſine creſcentia. Etiam habent duplicem accuſatiuum. Nam genitiuus creſcens facit accuſatiuum in em uel a, & non creſcens facit accuſatiuum in im, ut paris, iſis, iris. Dicimus enim irim uel iridem, parim uel paridem, iſim & iſidem uel iſida.

Accuſatiuus multorum in a

Quinetiam ponuntur multa per a quaſi Græca.
Neutra notare decet, ſic nulla regula fallit.

Neutra ſimilem dãt ntõ actũm & vtũm.

Omnia Græca nomina tertiæ declinationis, non neutri generis præter prædicta habent a in accuſatiuo more Græco, ut Titan, Pan, Pæan, Syren, Delphin, Dæmon, agonar, ether, crater, martyr, Hector, lampas, adamas, pallas, magnes, egis, pixis, iaſpis, heros, thorax, ſtyx, phœnix, & ſimilia. Verg. Mecum una in ſyluis imitabere pana canendo. Idem, Veſcentes letumq; choro peana canentes. Iuue. Nullam ſyrena flagellis Comparat antiphates, id eſt, crudelis homo. Ouidius, Nauita puppe ſedens delphina uidebimus inquit. Idem, Ingentem manibus tollit cratera duabus. Verg. Volat illa per aera magnum. Horatius, Vt ſtudio maiore petant helicona uirentem. Ouid. Pallada nonne uides iaculatricemq; Dianam. Verg. Aegidaq; horrificam turbatus Palladis arma. Item, Princeps ardentem coniecit lampada Turnus. Stat. Gaudentes heroas erunt. Iuuen. Viridem thoraca iubebit Afferri. Ouidius. Ad ſtyga tenarea eſt auſas deſcendere porta. Hæc breuiter allata ſunt carmina exemplorum gratia. Et hæc nomina ſi habent plurale, habent as in accuſatiuo plurali. Item aliqua prædictorum mutant accuſatiuum in nominatiuum. Nam legitur in nominatiuo ethera, aera & cratera. Apul. Prima cratera ad ſitim pertinet, ſecunda ad

hilarita-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

hilaritatem, tertia ad uoluptatem, quarta ad inſaniam. Vocabulorum interpretatio prius eſt habita.

Par recto quintus,ſed ſæpe tamen tenet uſus
Ad morem Græci,ceu palla thebai colchi.
Es Græci longe ſimul es ſubiungitur ecꝫ.

Vocatiui formatio

Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo, ut o pater, o miles,&c.Sed Græca nomina in es deſinentia, in uocatiuo formando deponũt s,ut Pallas o Palla,Achilles o Achille, Thebais o Thebai,Melampus o Melampu. Et talis uocatiuus ſi deſinit in i, corripitur,ſi in a e & u, producitur. Verg. Non hæc o Palla dederas promiſſa parenti. Ouid. Cum cuperes patria colchi manere domo. Idem, Tempus Atla ueniet tua quo ſpoliabitur arbor. Vergil. Mirabar quid mœſta Deos Amarylli uocares. Sic Alexi, Adoni, Tybri,Daphni, Meri.Ouid. Qua merui culpam fieri tibi uilis Achille. Terent. Quid dixi Chreme. Sed hæc omnia poſſunt habere uocatiuum latinum nominatiuo ſimilem. Pallas,Achilles, Chremes, Alexis, Adonis, Daphnis Meris ſunt propria nomina,uirorum. Amaryllis nomen mulieris. Thebais eſt poema de Thebanis.Extant autem duæ Thebaides, una Senecæ tragedia, altera Thebais eſt Papinij de bello Thebano. In cuius operis fine Statius librum ſuum ſic alloquitur: Durabis procul a dominoq; legere ſuperſtes O mihi bis ſenos multum uigilata per annos Thebai, iam certe præſens tibi fama benignum Strauit iter. Altero modo Thebais ſignificat mulierem Thebanam,id eſt, de Thebis urbe Græciæ. Etiam eſt regio ſuperioris Aegypti propinqua Arabiæ. Colchis eſt quædam regio Aſiæ, alio nomine Colchos in Ponto. Etiam ſignificat fœminam de Colcho, ſcilicet, Medeam filiam regis Colchorum.

Amaryllis
Thebais
Colchis

Sextus in i uel in e,quandoꝗ; tamen dat utrunque.

Abltũs i e

Ablatiuus deſinit in e curtam,uel i longam, uel in utranꝗ; uocalem. I habent nomina in e, & adiectiua in is & in er,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

& in er, & nomina in al & in ar, quæ producunt a in obliquis. Item compoſita ab imber, & tria nomina menſium in is, & omnia quæ habent im in accuſatiuo, & i & e habent gentilia, in as longum, & nomina in is habentia duas conſonantes ante is, & adiectiua quæ non terminantur in er uel in is. Reliqua habent e. Sed hæc modo declarabuntur per ordinem textus.

I a ntō in e I dat nomen in e, quædam retrahi decet inde.
Gauſape præſepe preneſte cepe ſoracte.

Nomen Latinum in e deſinens habet i in ablatiuo, ut mare ouile ſedile conclaue. Excipiuntur gauſape præſepe, &c. in textu poſita, quibus addunt aliqui rete, nam ſæpe legitur rete in ablatiuo. Ouid. Cur tibi pro lybicis clauduntur rete leenis Imbelles capræ ſollicitusq́; lepus. Sed ſciendum quod multa nomina in e terminantur etiam in is, ut præſepe & præſepis, preneſte & preneſtis, gauſape & gauſapis, rete & retis. Et hæc nomina in quantum nominatiuus deſinit in is, habent ablatiuum in e, ſed in quantum nominatiuus terminatur in e, faciunt ablatiuum in i, niſi rete faceret ablatiuum reti, pluralis nominatiuus non faceret retia. Reperitur etiam mare in ablatiuo per licentiam Ouidij, Exiguam pleno de mare demat aquam. Cepe non erat hic ponendum, cum ſit indeclinabile, ſicut mille & quinq́;. Rete gaarn. Reticulum paruum rete. Retiaculum idem. Gauſape eſt genus ueſtis, ex utraq́; parte uillos habentis. Inde gauſapinus adiectiuum i curta. Martial. Menſe uel Auguſto ſumere gauſapinas. Præſepe eſt locus clauſus, a uerbo præſepio, quod ſignificat antemunio. Preneſte eſt oppidum in monte non longe a Roma. Inde preneſtinus, ut preneſtina nux, id eſt, auellana. Cepe eſt bulbus tunicatus. Dicitur etiam cepa cepæ. Ouid. Cædenda eſt hortis eruta cepa meis. Soracte quidam mons in Italia in agro Faliſco.

(Margin: Rete — Gauſape — Præſepe — Preneſte — Cepe — Soracte)

Cum preit er aut is per e ſi neutrale ſequatur,

Ablatiuus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ablatiuus in i debet tantummodo poni.

Er uel is nōti ſi ſequitur e, neutrum i dat abtō.

Adiectiua in er & in is deſinentia, quæ habent neutrum in e faciunt i in ablatiuo, ut celer celeri, celeber celebri, utilis utili, futilis futili. Celer, id eſt, uelox, Ouid. Quale ſit id quod amas celeri circumſpice mente. Et tua læſuro ſubtrahe colla iugo. Vtilis, id eſt, aptus uti. Futilis dicitur ineptus uel nihil retinens. Verg. Conſiliis habitus non futilis autor. Nota quod in textu dicitur. Adiectiua in er, quæ neutrum habent per e. Nam pauper, uber, tuber, quia non habent neutrum per e, non faciunt ablatiuum in i tantum, ſed in i & in e, ut poſt dicetur.

Celer
Vtilis
Futilis

Quod ſit in al uel in ar ſic formas, dū genitiuo.
A longam teneas.

Abltō al ar

Neutra in al & in ar producentia a in obliquis, habent etiam i in ablatiuo, ut animal animali, exemplar exemplari. Nec oportet hinc exciper ſal, par, far & lar, quia illa corripiunt a in obliquis, nam quod far producitur in obliquis, hoc facit poſitio, ergo ſuperflue additur in textu (Dat e far &c.) & (Cum lare ſal demas) Vocabula ſupra.

Quod ſit in as longam gentile per i uel e ponā.

As gentile dat i uel e

Gentilia nomina in as longa deſinentia, faciunt ablatiuum proprie in i, & quandoq; etiam in e, ut ait Priſcianus. Omnia autem deſinuntur in as longam, quæ habent atis in genitiuo, ut Aquinas id eſt, aliquis de Aquino. Arpinas aliquis de Arpino oppido. Rauennas aliquis de urbe Reuenna, &c. De quibus dicetur in capitulo de generibus. Gentilia nomina ſunt quæ gentem uel populum ſignificant. Arcas quamuis eſt gentile, tamen as corripitur, ideo non habet i ſed e tantum.

Arpinas
Rauennas

Conſona ſi præit is dupla, ſextus in i uel in e ſit.
Teſtis cum pete per e ſit, iuncta ſibi ueſte.

Duplex conſona ante is dat i uel e

Nomina ſubſtantiua in is habentia duas conſonantes ante is in eadem ſyllaba faciunt in ablatiuo i & e, ut ignis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ignis, amnis, uectis. Lucanus, igne uago luſtrare iuuat tibi numine ab omni. Vergil. Vulnus alit uenis & cæco carpitur igni. Excipit Alexander teſtis, peſtis, ueſtis, quæ habent e tantum. Priſcianus addit huic regulæ nomina in uis & guis, ut auis, nauis, ciuis, anguis, unguis, quæ in ablatiuo habent e & i, ut multis exemplis probat Priſcianus. Sed omnia hæc intelliguntur tantum de ſubſtantiuis, nam de adiectiuis in is iam dictum eſt, quod habent i tantum, etiam ſi habeant duas conſonantes ante is, ut triſtis cœleſtis, &c.

Compoſita ab imber dant i

Quatuor imber habet quibus i tantummodo præbet.

Nomina menſium

I dant tres menſes, ſolam dat e ſoſpes & hoſpes.

Compoſita ab imber, & alia tria menſium nomina in is finita, habent i in ablatiuo, ut ſeptember, october, nouember, decembe, aprilis, quintilis, ſextilis. Iuuenalis, Pallere & uinum toto neſcire decembri. Ouid. Cæſar in aprili quod tuearis habes. Imber habet e & i. Statius, Lacera ora putreſq; ſanguineo uidet imbre genas. Idem, Proijcit hic cartus imbri uentoq; rigentes. Imber, id eſt, quod pluuia uel quicunq; aqueus humor. September dicitur ſeptimus menſis à Martio, qui olim primus menſis fuit. October octauus menſis à Martio, &c. Aprilis eſt primus menſis poſt Martium, dictus quaſi aperilis, quia tunc terra ſe aperit ad herbas proferendas. Quintilis eſt quintus menſis poſt Martium, qui & Iulius uocatur à Iulio Cæſare. Sextilis eſt ſextus menſis poſt Martium, alio nomine Auguſtus. Item omnia hæc menſium nomina ponuntur etiam adiectiue, ut pridie calendas Aprilis. Horatius, Age libertate decembri.

Imber
September
October
Aprilis
Quintilis
Sextilis

Quidam pro certo reputant e uel i dare ſexto.

Nomina trium generum

Cuncta trium generũ, ſed degener uber e tantũ.
Ipſa tamen reperimus in i, ſed non niſi raro.

Omnia adiectiua ſub una terminatione trium generum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nerum habent in ablatiuo e & i, ut par, impar, demens, frequens, amans, uetus, audax, ſupplex, artifex, præceps, concors. Memor tamen ſæpius habet i, quia olim in nñō dicebatur memoris. Adduntur huic regulæ communia duum generum adiectiua, ut uigil, pauper, diues, hebes, teres, & omnia comparatiua. Sed hoſpes & ſoſpes, pauper uber, degener, ſecundum Priſcianum leguntur tantum per e facere ablatiuum, tamen uber & degener inueniuntur per i. Vnde in Pſalmo xci. dicitur: Adhuc multiplicabuntur in ſenecta uberi. Et Seneca, Et omne quicquid uberi cingit ſolo. Lucan. Si me degeneri ſtrauiſſent fata ſub hoſte. Item uictrix & uitrix, quum adiectiue capiuntur habent i & e. Luca. In ſua uictrici conuerſum uiſcera dextra. Ouid. Victima quæ dextra cecidit uictrice uocatur. Sacerdos autem non habet i & e, cum ſit purum ſubſtantiuum.

Ponunt alterutrum ſi fiat mobile fixum.

Vnum & idem nomen nunc adiectiuum eſt, nunc ſubſtantiuum, & ſecundum hoc uariatur ablatiuus, nam clemens, conſtans, ualens, fœlix, cum ſint adiectiua, habent e & i per regulam præcedentem. Sed in quantum ſunt ſubſtantiua, id eſt, propria uirorum nomina, tunc habent e tantum. Item rudis adiectiuum habet rudi, ſed ſubſtantiuum habet e. Iuuen. Accepta rude cœpiſſet ueniente uideri. Ouid. Me quoq; donari iam rude tempus erat. Rudis adiectiuum ſignificat ineptum uel recentem, ut rudis homo. Rudis ſubſtantiuum fœm. gene. eſt uirga, qua donati gladiatores ceſſabant à gladiatura. Item martialis & cerealis adiectiua habent i, ſed ſubſtantiua e habent. Martialis adiectiuum, id eſt, bellicoſus, uel ad Martem pertinens. Cerealis adiectiuum, id eſt, pertinens ad Cererem uel ad frumentum, ſed ſubſtantiue ſunt nomina uirorũ. Rudis

Inuenies alia per e ſæpius eſſe locata.

Alia nomina, de quibus prędictum non eſt, habent e in ablatiuo, ut omnia nomina in a.o.el.ol.ul.n.er. ſubſtanti. In ir.or.ur.as. non gentilia. Item ſubſtantiua in es. os. us. & is. creſcentia. Item nomina in t & x ſubſtantiua, &c. Cætera dant e

Dicit

Dicit autem ſæpius, quia Poetæ quando ponunt i pro e, ut ruri pro rure apud Terentium, claſsi pro claſſe apud Vergilium, ſtrigili pro ſtrigile apud Horatium, Furtiua mutat ſtrigili. Strigilis eſt ferrum aut lignum, quo corpus in balneis ſtringitur, id eſt, purgatur a ſudore.

Strigilis

Im actõi dant i

Quod dedit im quarto caſu, ſolet i dare ſexto.

Nomina quæ habent accuſatiuum per im, faciunt ablatiuum per i, ut ſitis ſitim ſiti, uis uim ui. Item quæ habent accuſatiuum per em & im, faciunt ablatiuum per e & i, ut turris, peluis, puppis, ſecúris. De quibus ſupra dictum eſt.

Ntũs actũs & utũs plurales es A neutra

PRimus pluralis dabit es, & ei ſociemus
Quartum cum quinto, ſed a debes ponere neutro.

Nominatiuus accuſatiuus & uocatiuus plurales tertiæ declinationis nominis non neutri generis deſinunt in es productam, & formantur a genitiuo ſingulari mutata is in es, ut cardo cardinis cardines, conſul conſulis conſules, auis aues. Vnde quandoq; nominatiuus pluralis ſimilis eſt nominatiuo ſingulari, ut uates, ſedes, proles, uulpes. In neutris autem hi caſus in a finiunt, de quibus iam ſequitur.

Ia ab abtõ in i tantũ, uel in i & in e ſimul

Si ſexto dabitur i ſola, uel i ſimul æque,
Fit neutrum per ia, quod cõparat inde retracta.
Ludicra uel uetera dices ampluſtria uel tra.

Neutra quæ habent i tantum in ablatiuo, uel e & i ſimul, in nominatiuo accuſatiuo & uocatiuo plurali habent ia. Exempla primi ſunt omnia neutra in e, in al & ar deſinentia, ut monile monilia, ancile ancilia, animal animalia, calcar calcaria. Hinc Alexander excipit ludicre & ampluſtre, faciunt ludicra & ampluſtra, quamuis dicatur etiam ampluſtria. Manlius, Incipit argiuamq; ratem ampluſtria ſumma. Sillius, Et tranſtra & mali laceroq; ampluſt.ia uelo. Exempla ſecundæ partis de his, quæ

habent

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

habent in ablatiuo e & i, ut audax, mendax, fœlix. Hinc excipiuntur comparatiua, quæ non habent i ante a. Dicimus enim meliora, maiora, plura, quod tamen etiam legitur pluria. Excipitur etiam uetus, quod licet in abltō facit e & i, tamen non habet in plurali ia. Ludicer ſignificat ad ludum pertinens, Ludicer & licet Priſcianus, quem ſequitur Alexander, ponat in tertia declinatione, tamen ſecundum Laurentium Vallam, uerius eſt ſecundæ declinationis, quia habet fœmininū ludicra, & neutrum ludicrum. Plautus, Meum cor cœpit artem facere ludicram. Horat. Valeat res ludicra ſi me palma negata Macrum donata reducit opimum. Perottus ſcripſit ludicrus a. um. Item ludicrum ſubſtantiuum eſt res, qua luditur, uel ipſe ludus. Ampluſtre uel ampluſtra, nam utroq; modo dicitur, eſt ornamentum nauis ſuper malum. Ampluſtre Et fit ab amplius, uel ab a, quod ſignificat ſine, & pleo, quod eſt nauigo, quia ampluſtre non eſt neceſſe ad nauigationem. Accipitur etiam pro gubernaculo nauis. Ancile dicitur rotundum ſcutum & paruum. Ancile Lucanus, Et ſalius læto portans ancilia collo. Monile Monile eſt ornamentum gutturis in homine aut equo. Verg. Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent.

Cum dedit e ſolam ſextus, ſolam dat a rectus. A ab abtō in e

Nomina neutri generis quæ habent e tantum in ablatiuo ſingulari, in nominatiuo plurali habent a, ut dogmata, corpora, capita, corda, gauſapa. Perſius, Iam chlamides regum iam lutea gauſape captas. Vocabula poſita ſunt ſuperius de genitiuo ſingulari & ablatiuo.

Prædictis ſæpe tribus is ueteres poſuere. Is pro es frequenter

Alexander hic uult quod ueteres ſæpe poſuerunt is pro es in tribus caſibus prædictis, ſcilicet in ntō actō & uocatiuo. Priſcianus autem ait, quod ſunt quædam Græca nomina, quæ hos caſus finiunt in is, ut ſardis, trallis, alpis, ſyrtis. De Latinis autem Priſcianus & Seruius ſcribunt, quod accuſatiuum pluralem ſæpius mittunt in is ſcilicet nomina, quæ habent ium in genitiuo plurali, ut

tris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tris, ouis, omnis, pinguis, acris, decembris, pro es. Verg. Tris pateat cœli ſpacium non amplius ulnas. Idem, Et formoſus ouis ad flumina pauit Adonis. Saluſtius, Omnis homines qui ſe ſtudent prẹſtare cæteris animantibus. Eſt etiam quando iſte accuſatiuus in as curtam deſinit, quia nomina Græca, quorum ſingularis accuſatiuus in a deſinit, habent as in accuſatiuo plurali. Verg. Crateras magnos ſtatuunt & uina coronant. Ouid. Pyxidas inuenies, & rerum mille figuras. Statius, Nebridas & fragiles Thyrſos portare putaſtis. Idem, Aut monſtrare lyra ueteres heroas alumno.

Gtũs um ium

Vm uel ium pone genitiuo, uel dat utrunq;.

Genitiuus pluralis huius declinationis deſinet uel in um tantum, ut patrum, uel in ium tantum, ut patrium, uel in um & in ium ſimul, ut amantum uel amantium. Naſcitur autem hic genitiuus ab ablatiuo ſingulari, ut ait Priſcianus, & in ſequentibus docet Alexander.

Ium ab abltõ in i tantũ, uel in i & in e ſimul

Quod dedit i ſexto formabit ium genitiuo.
Et præbens e uel i, quod comparat hinc uolo demi.
Artificum iunge memorũ ueterum uigilumq;.
Vmq; tenent ſupplex cõplex diues locupleſq;.

Nomen habens i in ablatiuo, habet ium in genitiuo plurali, ut mare marium, omnis omnium, animal animalium, &c. Item quæ habent e & i in ablatiuo, ut concors concordium, audax audacium, fœlix fœlicium. Excipiuntur comparatiua, præter plus, ut maior maiorum, minor minorum. Item alia nomina in textu poſita, ut artifex memor, &c. Miror etiam quod in exceptione ponebantur ſacerdos et cuſtos, quæ cum ſint ſubſtantiua non uidentur facere in ablatiuo e & i, ſed e tantum. Vnde Priſcianus cum alia hic poſita etiam ponat, iſta non ponit. Nos igitur textum correximus.

Artifex

Artifex proprie eſt adiectiuum, ſignificans id, quod artificioſus. Vnde Plinius ait: Vir tam artificis ingenij. Ponitur tamen ſubſtan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſubſtantiue. Plautus, Plus artificium mihi quam robur. Hinc artificium, id eſt, ars, & quod uulgo dicitur officium, ut quod artificium pater tuus exercet? Supplex, id eſt, ſupplicans & humiliter rogans. Supplicium dicitur pœna, In plurali numero quandoq; ſignificat ſupplicantes. Complex dicitur complicatus uel ſociatus in malo. Prudentius, Fert opera ingenij de ſemine complicis hydri. Quidam cenſent non eſſe Latinum.

Supplex

Complex

C per ium fit & el, laus & fraus um tibi præbēt.

C el ium
Aus um

Nomina in c & in el deſinentia habent ium, ut halec, ſubtel mel. Nec ſunt plura exempla, nam lac & fel carent numero plurali, ſed halec & mel rarenter leguntur in plurali, niſi mella. El in textu melius uidetur eſſe ſyllaba, quam litera, quia de al iam dictum eſt in regula præcedenti, De il & ul dicit poſtea: Dempta carne per um. De ol nullum eſt exemplum, cum ſol careat plurali, licet legamus Poetice ſoles & ſolibus. Aliqui tamen contendunt debere eſſe literam el, ut intelligatur etiam de his duobus nominibus ſal & ſol, quæ ſi habent genitiuum pluralem, utiq; habent ium.

Non creſcens per ium, facit is aut es genitiuum.
Vm dat apis uolucris panis & canis iuuenisq;.
Hæreſis & ſoboles, cum fruge uel indole uates.

Is & es nō creſcens dat ium
Vm

Nomina in is & es, quæ non creſcunt in genitiuo ſingulari habent ium in genitiuo plurali, ut ouis ouium, auis auium, nubes nubium, uulpes uulpium, ſodales ſodalium. Excipiuntur apis uolucris panis canis, &c, quæ habent um. Apis ſæpiſſime legitur habere ium. Ouid. Mel liferarum apium ſine membris corpora naſci. Iuuenalis, Examenq; apium longa conſederat una. Boetius, Dulcior eſt apium labor. Sed uſus dicit apum, & forte ad differentiam nominis apium apij, quod ſignificat herbam quandam. Poetæ ſyncopant etiam multa alia nomina in is. Verg. Cœleſtūm uis magna iubet. Idem, Et uos agreſtum præſentia numina Fauni, &c. Fauni dicuntur a Poetis Dij ruſtici ſimiles Satyris, a fando dicti. Volucris dicitur

Volucris

dicitur omne animal uolans, nam auis ſolum dicitur
quæ pennas & plumas habet. Ergo muſcæ papiliones &
Panis — apes ſunt uolucres, ſed non aues. Panis notum eſt. Pa-
Panarium — nis cibarius, id eſt, communis. Panarium eſt corbis aut
Hæreſis — ſaccus, ubi panis imponitur, brød korff. Hæreſis eſt o-
pinio uel ſecta. Et ſcribitur initio per æ dyphthongum.
Soboles — Soboles eſt progenies uel filius. Verg. Chara Deum ſo-
Fruges — boles. Fruges eſt fructus terræ uel arborum. Indoles
Indoles — eſt natura. Cicero, Adoleſcentibus bona indole præditis
ſapientes ſenes delectantur. Quidam ſcripſerunt quod
indoles eſt ſignum uirtutis, & tamen etiam de uicijs
dicitur. Indoles & ſoboles raro leguntur in plurali nu-
Vates — mero. Vates eſt Propheta uel Prophetiſſa, quia eſt com
Vaticiniū — munis generis. Etiam ſignificat Poetam. Vaticinium,
id eſt, Prophetia, & uaticinor aris, id eſt, propheto.
Ouid. Hæc ego uaticinor, quia ſum deceptus ab illo.

ium ons rs — Ons per ium formes, is iungis r præeunte.
Conſors atq; cohors demantur, nam faciunt tū.

Nomina in ons & in rs habent ium in genitiuo plurali, ut mons montium, ars artium, ſors ſortium. Sed conſors & cohors habent um per ſyncopen, ſicut etiam legitur ſontum pro ſontium a ſors. Statius, Cui ſeruire dati manes æternaq; ſontum Supplicia. Sed conſors etiam differentiæ cauſa habet um, quia conſortium con-
Sors — ſortij dicitur. Sors eſt fortuitus euentus. Inde ſortior
Conſors — ſortiris, id eſt, ſortem mitto, uel ſortem acquiro. Con-
Exors — ſors, id eſt, particeps. Conſortium, id eſt, ſocietas uel par-
Cohors — ticipatio. Exors, id eſt, non particeps. Cohors eſt
multitudo uel militum uel aliarum rerum. Ita cohors dicitur locus in uillis, ubi anſeres, & gallinæ nutriuntur. Ouid. de uulpe, Abſtulerat multas illa cohortis aues. Dicitur etiam cortes cortis pro illo loco. Martialis, Vagatur omnis turba ſordidæ cortis. Item, Non porcus, non cortis aues, non oua ſuperſunt.

Ans um — Sæpe per um uel ium facit ans aut ens genitiuū.
Ens ium

Glans

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Glans dat ium, gens mens dens lens ſociabitur ens puls.

Dictiones in ans & in ens deſinentes, ſæpius habent um uel ium in genitiuo plurali, ut amans amantum uel amantium, cliens clientum uel clientium. Ita ſerpens, parens, prudens, bidens. Nota quod aliqui dicunt ſubſtantiua tantum habere um, falſum eſt. Nam Horatius ait: Dos eſt magna parentium. Idem, Tentare multa cæde bidentium. Idem dicit clientium, & alibi clientum. Priſcianus etiam allegat Tullium ſcribentem, parentum a parens, ergo omnia illa prædicta proprie habent ium, ſed um per ſyncopen. At monoſyllaba in ns habent ium tantum, ut glans gens, &c. in textu poſita.

Dempta carne, per um facies a uel o ſociando. Gtõ um
Il uel ul nq; ſimul, er ſolam iungimus irq;. a o il ul n
Corq; demas, or & ur ponas, as addere debes. er ir or u ur as
Quæ monoſyllaba ſunt adimes, mas eſt tibi teſtis.

Ponitur hic regula de nouemplicibus nominibus, quorum genitiuus pluralis deſinit in um. Prima ſunt omnia nomina in a, ut ſophiſma ſophiſmatum. Secunda ſunt omnia nomina in o, præter caro, quod habet carnium, ut uirgo uirginũ. Deinde nomina in il & ul, ut pugil pugilum, exul exulum. Item nomina in n literam deſinentia, ut acarnan acarnanum, ſyren ſyrenum, delphin delphinum, canon canonum. Item nomina in er, quæ non habent i in ablatiuo, ut uber uberum, agger aggerum. Quidam putant quod uenter & uber habeant potius ium. Item in yr, ut martyr rum. In or, ut amor amorum. Excipitur cor cordium. In ur, ut turtur turturum. Item in as, ut ciuitas ciuitatum, præter monoſyllaba, quæ habent ium, ut as aſſium, mas marium, uas uadium. Sed uas uaſis habet uaſorum, ut in heteroclitis patebit. Item gentilia in as longum, habent ium, quia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ablatiuus eorum deſinit in e & i, ut arpinas arpinatium. Sed Arcas habet Arcadum, quia in ablatiuo habet e tantum, ut ſupra dictum eſt. Priſcianus tamen ſcripſit, quod nomina Latina in as habent ium in genitiuo plurali, ut ciuitas ciuitatium, probitas probitatium. Et ſubdit quod ſæpe per conciſionem faciunt um, ut ciuitatum, probitatum. Item dicitur in textu (er ſolam) propter adiectiua in er, quæ non ſolum er, ſed is & e habent in nominatiuo, ut acer, celer, &c.

Si creſcant is et es dant um, monoſyllaba demas.

Is & es creſcens dant um

Nomina in is & in es deſinentia, quorum genitiuus ſingularis creſcit, habent um in genitiuo plurali, ut lapis lapidis lapidum, eques equitis equitum. Excipiuntur monoſyllaba, ut dis ditium, lis litium. Excipiuntur etiam polyſyllaba in is productum, ut ſamnis ſamnitium, quiris quiritium. Horatius, Hunc ſi nobilium turba quiritium. Prudentius, Seruat ſalutem uirgo quiritium. Monoſyllaba in es puto non excipienda, quia pes ut in textu ſequetur, habet pedum, & præs, etſi non legi genitiuum, reor tamen quod habeat prædum, quia prædium eſt nomen per ſe ſignificans partem agri. Plura non ſunt, niſi æs, quod caret genitiuo plurali. Nota quod ſunt nomina in is habentia duplicem genitiuũ ſingularem, unum per creſcentiam, alterum ſine creſcentia, & illa etiam habent duplicem genitiuum pluralem, ut caſſis caſſidis caſſidum, & caſſis huius caſſis caſſium. Tigris pro animali tigrium uel tigridum.

Es ium

Plus dat ium, ſed pes dabit um, pluralia ſola.

Quæ dant es fiunt per ium, ſed deme penatum.

Plus habet plurium, pes pedum. Nomina in es tantum, pluralia habent ium, ut manes manium, fores forium, grates gratium, tres trium, uires uirium, &c. de quibus in heteroclitis. Excipiuntur penates & proceres, quod infra ponitur, quia um habent. Priſcianus tamen

dicit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

dicit penatium, nam ponit pro exemplo huius regulæ, nihil dicens de um, puto tamen quod ſyncopari poſſit, ſicut procerum & cœlitum legitur a cœlites. Manes ſunt inferi, id eſt, dæmones & animæ infernales. Fores ſunt ianuæ, quæ foris aperiuntur. Penates dicebantur a gentilibus Dij quidam domeſtici. Etiam ſignificant domum. Cœlites ſunt cœleſtes. Manes Fores Penates Cœlites

Præter os,um faciunt os & us,ſed & s præeunt, gtõ um os us bs ps
B m p ponas & t, monoſyllaba demas.
Ops formabit opum, ſicut inops inopum.

Nomina in os & in us deſinentia habent um in genitiuo plurali, ut flos florum, mos morum, heros heroum, tempus temporum, mus murum, ſus ſuum. Excipitur os oſſis quod habet oſſium, nam os oris caret genitiuo plurali, ut in heteroclitis dicetur. Licet Plinius dicat orium. Excipitur etiam plus, de quo eſt habitum. Subdit Alexander, quod nomina in bs, ps, ms, & nomina in t deſinentia etiam habent um, Arabs Arabum, princeps principum, hyems hyemum, caput capitum. Horatius, Belua multorum capitum. Excipiuntur monoſyllaba in bs & ps, quæ habent ium, ut plebs plebium, trabs trabium, ſeps ſepium, &c. Tamen ops habet opum, ſicut inops inopum. Excipiuntur etiam nomina in ceps à caput compoſitn, quæ habent ium per regulam primam: Quod dedit i ſexto, &c. Erant hic quatuor uerſus ſuperflui, quos omiſimus.

X fixum dabit um, niſi nix nox atq; ſupellex, X fixum dat um
Calx & falx faux merx per ium, lanx arx ſociamus.

Subſtantiua nomina in x habent um in genitiuo plurali, ut lex legum, rex regum, dux ducum, uox uocum, meretrix meretricum. Ouid. Non mihi ſacrilegas meretricum ut proſequar artes. Cum totidem linguis ſint ſatis ore decem. Excipiuntur nix niuium, nox noctium, ſupellex, lium, &c. in textu poſita, quæ habent ium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Dicitur autem in textu, X fixum, id eſt, ſubſtantiuum, quia adiectiua habent ium per illam regulam, Quod dedit i ſexto, ut fœlix fœlicium. Fex & crux quem habeant genitiuum pluralem non ſatis conſtat, quia non inueni, cum tamen habeant alios caſus plurales.

Metri more demit his uſus ſæpe uel addit.
I proceres iacit, uꝗ boues, u ſuſcipit ales.

Genitiuus pluralis tertiæ declinationis exigente neceſſitate metrice, quandoꝗ breuiatur per ſyncopen, quandoꝗ prolongatur per epentheſim, quæ eſt figura contraria ſyncopæ. Breuiatur, ut apum, procerum, agreſtum, &c. in quibus i tollitur. Item boum pro bouum, quia haberet duplex u, quod etiam in datiuo & ablatiuo facit bobus uel bubus pro bouibus. Item Macedum dicitur per ſyncopen in genitiuo plurali, pro Macedonum. Statius, Fraxineas uibrant Macedum de more ſariſſas, id eſt, lanceas. Prolongatur etiam genitiuus pluralis, ut alituum pro alitum, Amazonidum pro Amazonum. Verg. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Idem, Alituum pecudumꝗ genus ſopor altus habebat. Ales enim habet alitum in genitiuo plurali, ſed cauſa metri additur u. Amazones fuerunt mulieres bellatrices, nominatiuus ſingularis eſt Amazon. Macedones ſunt quidam Græci. Proceres ſunt capita trabium eminentia in ædificiis. Etiam proceres ſunt capita populi uel principes. Perſius, At bona pars procerum tacita lababit acerra, id eſt, thurribulo.

Amazones
Macedones
Proceres

Tertius eſt in ibus, & ei ſextum ſociemus.
Dicemusꝗ boum ſeu bobus duplice caſu.

Dtūs abtūs ibus

Datiuus & ablatiuus plurales deſinunt in ibus, & formantur a genitiuo ſingulari interpoſita ſyllaba bu inter i & s finalem, ut a patris fit patribus, ab hominis hominibus, &c. Excipitur bobus a bos per ſyncopen. Item nomina in a leguntur apud ueteres facere hos caſus more ſecundæ declinationis, ut poema poematis, emblema

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

emblematis, in datiuo & ablatiuo pulralibus ſæpe legimus. Sed putant aliqui quod tales datiui & ablatiui non ſint a nominibus tertiæ declinationis in a deſinentibus, ſed potius a nominibus ſecundæ declinationis in um, nam indifferenter dicimus poema poematis & poematum poemati, ut innuit Priſcianus in vij. lib.

Quarta dat us recto, dabit u, ſed non niſi neutro. *De quarta declinatio. Ntũs us u*
V nõ mutabis donec plurale uidebis.

Quartæ declinationis ſunt duæ terminationes, ſcilicet, us & u, ſed nomina in u ſunt ſemper neutri generis, & in ſingulari non declinantur. Aliqua eorum etiam carent plurali, ut dicetur in heteroclitis, ut gelu aſtu. Omnia nomina quartæ declinationis in us deſinentia ſunt ſubſtantiua, & uel maſculini generis uel fœminini, ſed plura ſunt maſculini generis, & pleraq; ſunt uerbalia, ut riſus, uiſus, rictus, uictus, nictus. Rictus eſt roſtrum uel os. *Rictus* Prudentius, Spumanti feruida rictu. Et fit a uerbo ringo, de quo infra. Nictus eſt motus. *Nictus* Vnde dicimus in nictu oculi, quod melius eſt (teſte Valla) quam in ictu oculi. Victus eſt quo uiuimus, id eſt, cibus & potus. *Victus*

Vs genitiuus habet, ſed ternus ui tibi præbet. *Gtũs us*
Vm quarto dabitur, quintus recto ſimulatur, *Dtũs ui* *Actũs um*
V ſextus retinet, ſed flecte domum ſapienter. *Vtũs ſimilis ntõ* *Abltũs u*

Nominatiuus & uocatiuus ſingulares quartæ declinationis deſinunt in us correptam, ſed genitiuus ſingularis & nominatiuus & accuſatiuus & uocatiuus plurales in us productam. Apud ueteres etiam legitur genitiuus in is, ut domuis anuis. Terent. Ipſam offendimus ueſtitam ueſte lugubri, eius anuis cauſa opinor, quæ erat mortua. Datiuus fit in ui, & fit a genitiuo mutando finale s in i, ut ſenatus ſenatui. Poetæ tamen quandoq; utuntur ablatiuo pro datiuo. Vergilius de apibus, Namq; aliæ uictu inuigilant. Idem, Quod nec concubitu indul-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

gent. Accuſatiuus in um deſinit, uocatiuus ſimilis eſt nominatiuo, ablatiuus in u productam. Aliqui tamen aiunt duo eſſe huius declinationis nomina, quæ in ablatiuo habeant non u ſolum, ſed etiam e, .ſ. impetus & ritus. Ouid. Impete nunc uaſto ceu concitus imbribus amnis. Verior tamen eſt opinio quod impetus & ritus habeant u in ablatiuo ſicut alia nomina, & quod impete eſt ablatiuus non a nomine impetus, ſed a nomine impes, de quo ſupra. Item quod rite eſt aduerbium loco nominis poſitum cauſa metri. Domus tamen non habet u in ablatiuo. Nam cum ſit ſimul ſecundæ declinationis & quartæ, tamen uocatiuus eius ſingularis cũ datiuo & ablatiuo pluralibus ſunt tantum quartæ declinationis, & ablatiuus ſingularis eſt tantum ſecundæ declinationis. Vnde eſt illud uulgare, Tolle me mu cum mis ſi declinare domus uis. Priſcianus tamen in ſexto libro ait, omnes caſus huius nominis in utraq; declinatione reperiri, præter datiuum & ablatiuum plurales, qui ſemper ſunt quartæ.

Senatus

Magiſtratus

Ritus

Commeatus

Aeſtus

Luxus

Senatus eſt multitudo ſenatorum, raad. Magiſtratus eſt multitudo magiſtrorum uel rectorum, etiam eſt ipſum regimen uel dignitas, ut iſte gerit magiſtratum, id eſt, præturam uel conſulatum, uel alium ſtatum. Ritus eſt mos uel conſuetudo. Inde aduerbium rite, id eſt, recte, uel ſecundum ritum. Commeatus eſt facultas uel licentia proficiſcendi. Etiam ſignificat uictum. Plautus, Interclude inimicis commeatum. Aeſtus eſt uehemens calor. Verg. Aut rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu. Luxus eſt luxuria uel abundantia. Terentius, Adoleſcens luxu perditus.

Ntũs

Actũs

Vtũs us

Neutra notantur

Gtũs uum

PRimo plurali dabis us, binos ſociando.
Neutra notare decet, genitiuus uum tibi præbet.

Nominatiuus, accuſatiuus & uocatiuus plurales ſimiles ſunt genitiuo ſingulari, quia terminantur in us productam. Sed neutra, id eſt nomina in u deſinentia habent in his caſibus a, ſicut nomina neutra cuiuſcunq;

declinationis, ut cornua, genua. Genitiuus autem pluralis in uum definit, ut fructuum, cornuum, paſſuum. Sed in hoc caſu quandoq; fit ſyncope, tollendo unum u. Verg. Quæ gratia currum Armorumq; fuit. Mart. Cum duo ſunt quæ nos diſtinguant millia paſſum, pro paſſuum & curruum. Fructus eſt utilitas. Cicero, Non parum fructus in ſe habet eloquentia. Fructuoſus, id eſt, plenus fructu. Item fructus eſt quod naſcitur in arboribus ad uſum noſtrum, & pro puero ponitur. Ructus, id eſt, eruptio ſtomachi. Ructare facere ructum. Paſſus eſt extenſio pedum in eundo. Vergil. Sequiturq; patrem non paſſibus æquis. Eſt etiam menſura quinq; pedum.

Fructus

Ructus

Paſſus

Datq; datiuus ibus ſextusq;, ſed excipiemus,
Ante bus u ſeruant ficus tribus arcus acusq;.
Artus cum uerubus, portus, partusq; lacusq;.
Et ſpecus & quercus, illis penus aſſociamus.

Dtūs abtūs ibus

Datiuus & ablatiuus plurales definunt in ibus, ut gradibus, ſaltibus. Excipiuntur duodecim in textu poſita, quæ habent ubus, ſcilicet, ficus, tribus, arcus, &c. quibus Valla addit queſtus pro querela, ad differentiam alterius nominis quæſtus, quod lucrum ſignificat, & habet ibus. Scriptores tamen hoc non obſeruant. Aliqua horum nominum habent ubus cauſa differentiæ, ut arcus, artus, partus, nam arcibus, artibus & partibus formantur ab iſtis nominibus, arx ars & pars. Gradus eſt greſſus, gang. Vergil. Siſte gradum. Eſt etiam gradus, per quod graditur quis ſurſum & deorſum, ſcilicet, pars ſcalæ, trappe. Saltus eſt actus ſaliendi. Etiam ſylua. Ficus eſt arbor quædam, & fructus eius & morbus. Tribus eſt progenies. Tribulis qui de tribu eſt. Contribulis, id eſt, conſanguineus, quæ nomina producunt u. Arcus uel arquus eſt, quo ſagittatur. Arquites ſunt ſagittarij. Acus eſt quo ſarciatur aut connectitur aliquid.

Gradus

Saltus

Ficus

Tribus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Artus — Artus ſunt membra, & raro legitur ſingulariter, ut in heteroclitis. Veru — Veru eſt inſtrumentum, quo aſſatur. Vergilius, Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis, id eſt, corylo factis. Eſt etiam inſtrumentum bellicum, quod etiam dicitur uerutum. Portus — Portus locus ubi naues tutæ ſunt, haffn. Terent. Ego in portu nauigo, id eſt, ſum extra periculum. Partus — Partus eſt actio pariendi, uel puer qui paritur. Lacus — Lacus eſt aqua lata, ſøø. Etiam eſt uas, in quod fluit muſtum de torculari. Ouidius Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Specus — Specus eſt ſpelunca. Quercus — Quercus eſt arbor glandifera. Penus — Penus eſt cibus. Inde penarium uel penuarium, id eſt, locus ubi penus ſeruatur.

De quinta declinatio. Ntūs es

ES rectus quintæ dat ſemper, & eſt muliebre.
Mente diem memori uolo compoſitumque teneri.

Quinta declinatio habet unam terminationem nominatiui, ſ. es longam. Et omnia nomina quintæ declinationis ſunt fœminini generis, præter dies, quod in ſingulari numero, eſt dubij generis, & in plurali maſculini generis. Et compoſitum eius meridies eſt maſ. gen. Item omnia nomina quintæ declinationis ſunt ſubſtantiua & appellatiua. Vnde fides quando eſt proprium nomen uirginis eſt tertiæ declinationis. Item multa nomina poſſunt eſſe quintæ declinationis, & etiam primæ, ut luxuries luxuria, nequities nequitia, ſæuities ſæuitia, maceries maceria, materies materia. Aliqua etiam ſunt huius declinationis & ſecundæ, ut proluuies & proluuium, diluuies & diluuium, &c. Item aliqua nomina fuerunt olim quintæ declinationis, & nunc ſunt tertiæ, ut plebes, fames, quies, cuius compoſitum requies adhuc eſt quintæ, licet etiam comperiatur tertiæ declinationis.

Gtūs datiuus ei — Ei dicet is genitiuus atq; datiuus.
Actūs em — Em quarto, quinto damus es, decet e dare ſexto.
Vtūs s / Ablтūs e

Sententiæ ſunt faciles. Nota quod illa nomina, quæ habent

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

habent i ante es in nominatiuo, producunt e ante i in genitiuo & datiuo, et rabies rabiei, macies maciei, &c. Sed quæ habent conſonantem ante es, corrip. penul. genitiui & datiui, ut fides fidei, res rei, ſpes ſpei. Prudentius, Et ſcelus & placidæ fidei fraus inficiatrix. Apud ueteres inuenitur genitiuus ſimilis ablatiuo in e. Saluſtius, Dubitauit acie pars. Verg. Libra die ſomniq́ꝫ pares ubi fecerit horas. Ouid. Prima fide uocisq́ꝫ rate tentamina ſumpſit. Rabies eſt furor. Inde rabidus, id eſt, furioſus. Macies, mauerhed, ut iſte confectus eſt macie. Cæſaries eſt capillus, & proprie uiri. Caries eſt putredo uel corruptio. Plinius, Cariem non ſentiunt cupreſſus & cedrus, &c. Carioſus carie plenus, ut lignum carioſum. Effigies, id eſt, imago. Rabies Macies Cæſaris Caries Effigies

Primo plurali dabis es, qui uult ſibi ſubdi. Quartum cum quinto, tribuens erum genitiuo.
Tertius & ſextus ſemper formantur in ebus.

Ntũs actũs Vtũs es. Gtũs erũ Dtũs abtũs ebus

Nominatiuus accuſatiuus & uocatiuus plurales huius declinationis ſimiles ſunt nominatiuo ſingulari. Genitiuus deſinit in erum, ut dierum. Datiuus & ablatiuus in ebus, ut diebus. Ingluuies eſt guloſitas. Colluuies eſt collectio ſordium, uel aqua ſordida, in qua lotum eſt, nam uenit a uerbo colluo, quod eſt lauo. Proluuies uel proluuium eſt profuſio uel emiſſio. Vergilius, Fœdiſſima uentris proluuies. Segnicies, id eſt, pigritia. Idem, Quæ uos tam fera moratur ſegnicies. Pernicies, id eſt, damnum. Pernicioſus, damnoſus. Ingluuies Colluuies Proluuies Segnicies Pernicies

Deſunt plurali genitiui ſiue datiui.
Et ſexti quintæ, niſi res ſpeciesq́ꝫ diesq́ꝫ.
Progenies acies facies dic materiesq́ꝫ.

Omnia nomina quintæ declinationis carent genitiuo, datiuo & ablatiuo pluralibus, præter illa quæ ponuntur in textu. Priſcianus autem ait, quod fere omnia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

carent iſtis caſibus ſecundum uſum, præter duo, quæ ſunt res & dies. Nam illa ſæpiſſime comperiuntur in genitiuo, datiuo & ablatiuo pluralibus. Cætera uero quæ Alexander ponit, rarius. Tullius etiam in topicis dubitat an Latine dici poſſit ſpecierum & ſpeciebus, ſed illa iam magis uſitata ſunt. In libro Maccabæorum legitur ſpebus

Res — ablatiuus a ſpes. Noli extolli uanis ſpebus. Res eſt omne ens. Capitur pro negocio, ut quid rei eſt tibi illic? pro pecunia: Ouid. Re ſine nullus eris, id eſt, ſine pecunia.

Species — Item pro imperio, ut hic potitur rerum, &c. Species

Dies — eſt idem quod forma. Specioſus, id eſt, formoſus. Dies dag. Dies naturalis eſt una reuolutio primi mobilis, uel tempus xxiiij. horarum. Dies artificialis eſt præſentia ſolis ſuper terram, & eſt tempus ab ortu ſolis ad occaſum. Dies etiam capitur pro tempore. Terent. Aut illud falſum eſt, quod uulgo audio dici, diem adimere hominibus æ-

Progenies — gritudinem, id eſt, triſtitiam. Progenies, id eſt, genus,

Materies — a uerbo progenero. Materies, id eſt, materia, ſcilicet, unde res fit, & præcipue ſignificat ligna. Verg. Iacet om-

Acies — nis ad undam materies. Acies quaſi acuties, id eſt, res acu-

Facies — ta. Accipitur pro pugna, & pro quouis acumine. Facies eſt forma uel ſuperficies uel apparentia cuiuſcunque rei, ut facies maris & terræ.

De declinatione compoſitorum ex duobus integris

RECtos cōpone ſimul inflectuntur utrinque.
Non ſic alterutrum declines, nec leopardum.

Ponit Alexander tres regulas de declinatione compoſitorum, ſumptas ex quinto libro Priſciani Prima regula. Dictio compoſita ex duobus nominatiuis declinatur ex utraque parte recti, ut hæc reſpublica, huius reipublicæ, &c. Iuſiurandum, huius iuriſiurandi. Vnuſquiſque uniuſcuiuſque. Item egoipſe, tuipſe, malumpunicum, decimuſquintus. Excipitur alteruter & leopardus, quæ ſolum declinantur in fine, ut hic alteruter, hæc alterutra, hoc alterutrum. Genitiuo huius alterutrius. Datiuo huic alterutri, &c. Item leopardus leopardi, &c. Attamen leopar-

dus non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

dus non oportet excipi a regula, nec Priſcianus excipit. Nota ergo quod requiruntur duæ conditiones, ſi compoſitum ex duobus nominatiuis declinabitur utrinq;. Prima eſt, quod ambo nominatiui ſint declinabiles, ergo uigintiduo, uigintitres non declinantur utrinq;, quia prior nominatiuus non eſt declinabilis. Altera eſt conditio, ut ambo nominatiui maneant integri, ideo undecimus & leopardus non declinantur utrinq;. Leopardus enim non componitur a leo, ſed a lea uel leena & pardus. Item duodecimus ſolum declinatur ex parte finis, quia fit a nomine duodecim, in quo duo non declinatur, ideo nec in duodecimus declinatur duo. Puerpera non eſt compoſitum ex duobus rectis, ſed potius ex duobus obliquis corruptis, ſcilicet, puerum pariens. Nota quando alter nominatiuorum in dictione compoſita caret aliquo caſu uel numero, ille defectus peruenit ad totam dictionem compoſitam, unde iuſiurandum caret genitiuo & datiuo & ablatiuo pluralibus, eo quod ius caret illis caſibus. Item unuſquiſq; caret plurali, quia unus caret plurali. Suiipſius caret nominatiuo, quia ſui caret nominatiuo. Vtrinq; in textu eſt aduerbium loci ſignificans ab utraq; parte. Reſpublica eſt res communis. Reſpriuata eſt res propria. Malumpunicum eſt pomum ex Aphrica. Et poſſunt hæc omnia eſſe duæ dictiones. Alteruter dicitur unus uel alter. Leopardus eſt animal nigris maculis, natum ex leena & pardo, uel ex leone & pardali. Pardus eſt animal uarij coloris, cuius fœmina dicitur pardalis uel panthera.

Reſpublica
Reſpriuata
Malumpunicum
Alteruter
Leopard9
Pardus

Obliquo rectum componens iungis in unum.
Ex ſola parte recti decet hanc uariare.

Quando dictio componitur ex obliquo & nominatiuo, uel ex nominatiuo & obliquo, ſolus nominatiuus declinatur. Ex obliquo & nominatiuo, ut iuriſperitus, ſenatusconſultum, plebiscitum, legislator. Ex nominatiuo & obliquo, ut paterfamilias, orbisterræ, tribunusplebis,

præfectus-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

præfectus urbis. Poſſunt tamen hæc eſſe duæ dictiones, nam dicimus peritus iuris, &c. Nota quod nominatiuus componi poteſt cum quolibet obliquo. Cum genitiuo, ut paterfamilias. Cum datiuo, ut præfectusurbi. Nam ſecundum Priſcianum dicitur præfectusurbis & præfectusurbi. Cum accuſatiuo, ut agricola, id eſt, agrum colens. Cum ablatiuo, ut uſufructus, iureconſultus, quod etiam ger genitiuum dicitur iurisconſultus. Iurisperitus dicitur doctus in iure. Iureconſultus idem ſignificat. Senatus conſultum, id eſt, quod ſenatus conſuluit uel inſtituit. Plebiſcitum eſt ſtatutum plebis. Tribunusplebis dicitur princeps & defenſor plebis. Præfectusurbis dicitur quem princeps præfecit urbi. Vſufructus eſt uſus fructuum alicuius agri. Buſcumducis eſt oppidum Brabantiæ.

Iurisperitus
Senatusconſultum
Plebiſcitũ
Tribunus plebis
Præfectus urbis
Vſufructus
Buſcumducis

Si componantur obliqui, non uariantur.

Compoſita ex duobus & ſolis obliquis non declinantur, ut huiuſmodi, cuiuſmodi eiuſmodi, huiuſcemodi, iſtiuſmodi. Dicimus enim huiuſmodi uir, huiuſmodi uiri, huiuſmodi uiro, huiuſmodi uirum, huiuſmodi uiros, &c. Sunt enim genitiui, qui poſſunt addi cuilibet nomini ſubſtantiuo. Huiuſmodi, id eſt, talis uel huius modi, nam poſſunt fieri duæ dictiones. Cuiuſmodi, id eſt, qualis uel cuius modi. Sic exponuntur alia.

Huiuſmodi
Cuiuſmodi

De declinatione patronymicorum
Et primo maſculinorum.

DAt patronymica tibi declinatio prima.
Quæ dantur maribus, & in es rectum faciemus.
Am quartus caſus aut en, gerit e uel a quintus.
Et reperitur in es.
Ablatiuus in e uel in a, nec cætera muta.

Ntũs s
Actũs am en
Quintus e uel a uel es
Abltũs a e

Patronymicum (ut ait Priſcianus) eſt quod a proprijs tantummodo deriuatur patrum nominibus ſecundum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

dum formam Græcam, quod ſignificat cum genitiuo primitiui filios uel nepotes, ut Eacides Eaci filius uel nepos. Quandoq; etiam formantur patronymica a nominibus regum, & tunc ſignificant populum, ut Romulidæ dicuntur Romani a Romulo primo rege eorum. Cecropidæ & Theſidæ dicuntur Athenienſes, a Cecrope & Theſeo ſuis regibus. Arſacidæ dicuntur Parthi ab Arſace rege. Dardanidæ dicuntur Troiani a Dardano rege primo. Quandoq; etiam formantur a nominibus matrum, ut Iliades, id eſt, Romulus uel Remus filius Iliæ. Item a nominibus auorum, ut Atlantiades, id eſt, Mercurius nepos Atlantis. Item a nominibus fratrum, ut Phaetontias, id eſt, ſoror Phaetontis. Quatuor ſunt terminationes patronymicorum, ſcilicet des, is, as, ne. Des eſt principalis terminatio, quia ſignificat mares, id eſt, filios & nepotes, & ideo patronymica in des ſunt maſculini generis, & declinantur ſicut alia nomina Græca primæ declinationis in utroq; numero, ſunt enim appellatiuæ qualitatis. Alia uero patronimica in is as ne deſinentia ſunt fœminini generis, quia ſignificant fœminas, & ſæpius formantur a patronymicis in des, ut poſtea dicetur. De formatione patronymicorum nota: Si proprium nomen fuerit primæ declinationis, patronymicum formatur a genitiuo ſingulari, mutando ultimum æ in a breue & addendo des, ut Aeneas Aeneæ Aeneades, Hippotes Hippotæ Hippotades. Excipitur Anchiſes quod facit Anchiſiades. Item quandoq; reperitur Aenides, pro Aeneades. Vergil. Sit ſatis Aenide telis impune Numanum Oppetiiſſe tuis. Si autem proprium nomen fuerit ſecundę declinationis, facit patronymicum tripliciter. Nam ſi genitiuus deſinuerit in ſimplex i, illo correpto additur des, ut Priamus Priami Priamides. Si autem genitiuus habuerit duo ii, ultimũ mutatur in a breue, & ſic additur des, ut Menetius Menetii, inde Menetiades. Si genitiuus terminatur in ei, illa terminatio ei mutatur in longam i, & additur des, ut Theſeus Theſei Theſides, Atreus Atrei Atrides. Ouid. Coniugis Atrides uictima dira fuit. Sic ab Aegeus Aegides, a Peleus Pelides, ab Aeneus Aenides.

Cecropidę Arſacidæ Dardanidæ

nides. Sed Tydeus etiam mutat d in t, & dicimus Tytides. Vergil. Quos neq; Tytides nec Lariſſæus Achilles. Porro ſi proprium nomen fuerit tertiæ declinationis, fit patronymicum a datiuo correpta i, & addita des, ut ab Hector Hectorides, a Cecrops Cecropides. Excipitur Atlantiades ab Atlas, & Abantiades ab Abas, & Scipiades a Scipio, pro Atlantides Abantides & Scipionides. Id enim fit cauſa metri.

Patronymica fœm. generis. Notũs is Gtũs is uel os creſcit Actũs a uel em Vctũs i nõ creſcens Abltũs e Actũs as uel es

TErtia fœminea patronymica tibi format.
Is recto præbens, genitiuus idis uel idos dat.
Tertius i format, a uel em quartus tibi præbet.
Quintus i ſeruabit, ſed rectum non ſuperabit.
E ſolam ſextus tenet, esq; uel as reperimus
Plurali quarto, reliquos dat tertia caſus.

Patronymica in is ſunt tertiæ declinationis fœminini generis, & formantur a patronymicis in des non habentibus a ante des, deponendo has duas literas d & e, ut a Dardanides fit Dardanis, a Tyndarides Tyndaris, a Tantalides Tantalis. Quandoq; formantur ab illis, quæ habent a ante des, ſed a deponitur, ut ab Atlantiades fit Atlantis, ab Aeneades Aeneis, ubi a in i mutatur. Poſſet etiam dici quod formantur a genitiuo proprij nominis. Quod proprium nomen ſi fuerit primæ declinationis, patronymicum habet e longum ante is, ut a Chryſis Chryſeis, a Bryſes Bryſeis, &c. In ſecunda declinatione formatur a genitiuo addendo s, ut Dardanus Dardanis, a Pierus Pieris, a Nereus Nereis. In tertia a datiuo addendo s, ut ab Atlas Atlantis, a Titan Titanis, ab Heros Herois idis. Fiunt etiam irregulariter a nominibus localibus, ut a Sicelia Sicelis, ab Auſonia Auſonis, a Pannonia Pannonis, a Theba Thebais, ab Aſia Aſis idis, &. Et hæc ponuntur ut adiectiua fœmin. generis. Verg. Sicelides muſæ paulo maiora canamus, id eſt, Sicilienſes. Lucanus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

canus, Pannonis haud aliter poſt ictum ſæuior urſa, id eſt, Pannonienſis urſa. Ouid. Capta fuit lyricis Auſonis ora modis. Auſonia eſt Italia. Ergo Auſonis ora, id eſt, Italica regio. Idem, Egeas metiris aquas & in Aſide terra, id eſt, in Aſiatica terra. Item a Trinacria quæ eſt Sicilia, fit Trinacris, a Sidonia Sidonis, a Colcho Colchis, a Theſſalia Theſſalis. Hæc nomina habent in genitiuo ſingulari idos uel idis, in datiuo idi, in Accuſatiuo idem uel ida, in uocatiuo i ſine creſcentia. In accuſatiuo plurali habent ides uel idas, &c. Ouid. Prodigioſa petit Titanidos atria Circes.

INterdum per ias hæc patronymica formas
As breuis in recto dat adis uel ados genitiuo.
Em uel a dat quartus, in e fit tantummodo ſextus.
Dans reliquos terna, nil mutat in his niſi metra.
More uides Græci tamen es quinto remoueri.

Ntīs ias
Gtūs adis uel ados
Actūs em uel a
Abltūs e

Patronymica in ias non adeo multa ſunt, & quandoq; formantur a proprijs nominibus hominum, ut ab Oeta Oetias, id eſt, Medea filia Oetæ regis, & eſt diphthongus in principio nominis. Ouid. Concipit interea ualidos Oetias ignes. Item a Thoas Thoantis fit Thoantias, id eſt, Hypſiphile filia Thoantis. Idem, Hæc ego coniugio fraudata Thoantias oro. Thaumantias, id eſt, Iris filia Thaumantis. Vergil. Ad quem ſic roſeo Thaumantias ore locuta eſt. Fiunt etiam a proprijs locorum nominibus, ut Lemnos inſula. Inde fit Lemnias. Stat. Lemnias & longa ſolatur damna querela. Item a phaſis fluuio fit phaſias, id eſt Medea. A Pelius qui eſt mons in Theſſalia fit Pelias. Ouid. Tranſeat Hectoreum Peleas haſta latus. Et intelligit haſtam Achillis. Quod ſi quis uelit a Peleus, qui fuit pater Achillis formare Pelias, non refragabor. Et declinantur hæc ſicut alia Græca tertiæ declinationis in as deſinentia in utroq; numero.

Thaumantias

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

De patronymicis in ne

Neq; pleriſq; damus, quibus e normam ſociamus.

Ntũs Græcus e
Gtũs es
Actũs em uel en

Cum dedit e Græcus rectus, tenet es genitiuus
Em dat & en quartus, reliquos recto ſociamus.

Pauca ſunt patronymica in e, ut Nerine, Adraſtine, Acriſione, quæ producunt penultimam, & declinantur ſicut alia Græca in e deſinentia, unde ſimul docentur hic declinari. Igitur omnia Græca nomina in e longum deſinentia, habent es in genitiuo, em & en in accaſatiuo, in aliĳs caſibus eſt ſicut in nominatiuo, raro leguntur in plurali numero, ut Phœbe, Paraſceue, Pentecoſte, ſtacte, agape, hyle, arete, ſyncope. Quædam Græca in e noſtri mutant in a, ut cripte cripta, theriace theriaca, ſtrophe ſtropha, grammatice grammatica, &c. Nerine, id eſt, filia Nerei fabuloſi Dei maris. Vergil. Nerine galathea thymo mihi dulcior hyble. Adraſtine filia Adraſti regis. Acriſione Danae filia Acriſĳ. Phœbe eſt Diana aut luna. Paraſceue eſt præparatio, & eſt feria ſexta apud Iudæos. Pentecoſte Latine dicitur quinquageſima, & eſt feſtum Spiritus ſancti, quod eſt quinquageſima die poſt paſcha. Agape, id eſt, dilectio. Arete media curta eſt uirtus. Crypte uel crypta eſt ædificium ſubterraneum, & quaſi penarium in templis. Theriace uel theriaca, driakel. Strophe uel ſtropha, eſt uerſutia uel deceptio. Hyle, id eſt, ſylua uel materia. Stacte eſt precioſum gummi. Ile, id eſt, ala uel turma. Ode uel oda eſt cantus.

Nerine
Adraſtine
Acriſione
Phœbe
Paraſceue
Pentecoſte
Agape
Arete
Crypte
Theriace
Strophe
Hyle
Stacte Ile
Ode

Cum Græci rectus tenet os, par eſt genitiuus,
Sed facit u Græcus, logos antrhopos tibi teſtis,
Quartus on, os quintus, o tertius atq; ſupremus.

Ntũs Græcus os
Gtũs os uel u
Actũs on
Vtũs os
Dtũs o
Abltũs o

Græca nomina in os deſinentia in genitiuo ſæpius habent u, ut archos archu, logus logu, kyrios kyriu, anthropos anthropu. Argos pro candido, & pro nomine uiri habet Argu, ſed pro urbe Argeos. Item eros pro

Argos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

amore bono habet eru, ſed pro cupidine uel amore turpi habet erotos, ſed heros herois, ut ſupra. Nota quod Græci pro litera u ſcribant oy diphthongon, qui tamen ſonat u, ſicut apud nos diphthongus oe ſonat e. Item quod ait Alexander, par eſt genitiuus, intelligunt aliqui quod hæc nomina poſſunt poni indeclinate. Sed nos iſtis Græcis rarius utimur. Anthropos, id eſt, homo, & producitur media, quia Græce habet o mega, id eſt, o magnum. Kyrios uel cyrios, id eſt, dominus. Vnde Kyrie eleyſon, id eſt, domine miſerere. Melos e curta eſt cantus, ſed habet meleos in genitiuo ſecundum Iohannem Caſtronum. Logos quære de generibus.

Anthropos
Kyrios
Melos
Logos

Sæpe dat is rectus, dat ios uel eos genitiuo.
Im quartus dabit i, quintus, neuter ſuperabit.
Fit quintus recto par declinante latino.

Ntūs Græcus is.
Gtūs ios uel eos
Actūs im
Vtūs i

Græcorum nominum in is quibus non utimur, aliqua in genitiuo habent idos, uel ſecundum Latinos idis, ut chlamys, pyramis, &c. de quibus ſupra, Egidis atq; notes. Alia ſunt, quæ habent ios uel eos in gtūo. Ios, ut piſtis, baſis, lexis, enenſis. Eos, ut phyſis, metamorphoſis, decapolis, hæreſis, &c. Item erynnis habet yos. Philel. in ſatyra, Quo turbata ſoles ciuilis erynnios igne. Piſtis eſt idem quod fides. Lexis, id eſt, dictio, a Græco uerbo lego, quod eſt dico. Baſis eſt ſuſtentatio uel fundamentum uel gradus. Craſis eſt temperamentum uel complexio. Eneſis uel melius æneſis eſt laudatio. Phyſis, id eſt, natura, Philel. Phyſeos doctrina latentis. Metamorphoſis eſt transformatio. Reliqua quære ſupra.

Piſtis
Lexis
Baſis
Craſis
Eneſis
Phyſis
Metamorphoſis

Dat geneſis quintum ſimilem ſibi, dat genitiuū
Is uel os, tenet im quartus, reliqui dabunt i.

De declin. huius nominis geneſis. Gtūs is uel os
Actūs im
Alij caſus i

Geneſis nomen Græcum unum de his, de quibus docet regula præcedens, ponitur hic pro exemplo. Et illud addit, quod huiuſmodi nomina etiam poſſunt facere genitiuum ſimilem nominatiuo. Geneſis Græce, generatio Latine.

Geneſis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Latine. Iuuen. Nota mathematicis geneſis tua. Hinc primus liber Bibliæ dicitur Geneſis, in quo continetur generatio mundi,& primorum hominum. Genea Græce dicitur generatio. Inde genealogus, id eſt, qui loquitur aut ſcribit de generatione. Genealogia eſt ſermo de generatione.

Genea

Genealogia

De declin. huius nominis Moſes.

De declin. huius nominis Ieſu

Dat Moſes Moſi, reliquos ternæ ſociabis.

Dat Ieſu um quarto, reliquis u ſemper habeto.

Moſes in genitiuo habet Moſi, ſicut Græca nomina in es, de quibus ſupra (Cum dedit es Græcus) legitur etiam Moyſeos in genitiuo apud Ioſephum in libro antiquitatis Iudaicæ. Nitebatur rex in Moyſeos nece graſſari. Et ſæpe ibidem, quod eſt more Græco. Eſt autem Moyſes nomen Aegyptiacum, & interpretatur ex aqua ſaluatus, quia Moys aqua, yſes ſaluatus dicitur ſecundum Ioſephum. Græci tamen & Latini ſcriptores ſcribunt Moſes. Ieſus eſt dictio triſyllaba, ut apud bonos Poetas ſemper legitur. Iuuencus, Interea in puppi ſomnum carpebat Ieſus. Idem, Quem miſerans animo uerbis compellat Ieſus. Et ſæpius alibi. Et propter hoc Philel. putat h interponendum. Prudentius autem ſemper ſcripſit Iheſus pro Ieſus, quod ſciendum, non ſequendum eſt. Ieſus interpretatur ſalutaris uel ſaluator.

Ieſus

De declin. pronominum

Prima declinatio

Eſt declinandi pronomina norma quaterna.

Eſtq; mei uel mis in prima tuiq; ſuiq;.

Sed non rite ſuos tamen obliquos ego format.

Quatuor ſunt declinationes in pronomine. Primæ declinationis ſunt tria pronomina, ſcilicet, ego, tu, ſui, quorum genitiuus ſingularis terminatur in i, & quandoq; in is, ut ego mei uel mis, tu tui uel tis. Sui autem eſt genitiuus ſolus, quia non dicitur ſis. Item ſui non habet nominatiuum, & obliqui ſunt ſimiles utroq; numero. Nam cum dicimus, Petrus oblitus eſt ſui, hic ſui eſt ſingularis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

gularis numeri. Et cum dicitur, Homines obliuiſcuntur ſui, nunc eſt pluralis numeri, quia ut ait Priſcianus, nominatiuus primæ perſonæ diſſonus eſt a genitiuo ſui, ut ego mei. Nota quod ego & tu habent duplices genitiuos in utroq; numero, ut mei uel mis, tui uel tis, noſtrum uel noſtri, ueſtrum uel ueſtri, qui ſic differunt, quia mei tui ſui noſtri & ueſtri ſignificant paſſiue, & mis tis noſtrum & ueſtrum ſignificant actiue uel poſſeſſiue. Vnde mis & tis non ſunt in uſu, quia pro eis utimur poſſeſſiuis meus & tuus, ergo amor mis uel meus dicitur quo ego amo. Amor mei, quo ego amor ab aliquo. Odium tis uel tuum, id eſt, quod tu habes, uel quo tu odis, odium tui quo tu odiris. Item cura mea quam ego habeo, cura mei quæ habetur ab alio de me. Sic cura noſtri quæ habetur de nobis, cura ueſtri quæ habetur de uobis. Item unus noſtrum & unus ueſtrum dicitur, & non unus noſtri aut ueſtri. Econtrario ſis memor noſtri, ſum memor ueſtri, & non memor noſtrum aut ueſtrum.

Debet ius facere genitiuum norma ſecundæ.
Debes formare per eam pronomina quinq;. Secunda declinatio

Pronomina ſecundæ declinationis mittunt genitiuum in ius, & hoc dupliciter, nam quandoq; i ante us eſt uocalis, ut ille illius, quandoq; fit conſona, ut hic huius. Et ſunt quinq; pronomina ſecundæ declinationis, ſcilicet, ille ipſe iſte hic & is, cuius compoſitum eſt idem uel iſdem, quod declinatur ſicut is. Generis maſculini idem eiuſdem eidem eundem ab eodem. Et pluraliter eidem uel ijdem eorundem eiſdem uel ijſdem eoſdem ab eiſdem uel ijſdem, &c. Nota quod is eius in nominatiuo plurali habet ei uel ij. Item in datiuo & ablatiuo pluralibus eis uel ijs. Hic autem in plurali habet hi, in datiuo & ablatiuo his per unum i.

His octo ſpecies primaria dicitur eſſe.
Monſtrant & referunt hæc, & quaſi fixa manebunt.

Octo pronomina prædicta, quorum tria ſunt primæ declinationis, & quinq; ſecundæ, ſunt primitiuæ ſpeciei, quia non formantur ab aliis, & ſeptem alia, de quibus poſtea dicetur, ſunt deriuatiuæ ſpeciei, quia deriuantur a tribus pronominibus primitiuis. Item aliqua illorum octo ſunt demonſtratiua, ut ego tu hic iſte, &c. Aliqua ſunt relatiua, ut ſui ipſe is. Et omnia ſtant ſubſtantiue, quia poſſuit reddere ſuppoſitum uerbo perſonali, ut ego lego. Attamen omnia mouentur per tria genera, & aliqua per tres terminationes, ut ille illa illud, ipſe ipſa ipſum. Alia per tria genera & unam terminationem mouentur, ut ego tu, ergo proprie ſunt adiectiua, ſed propter certam intellectionem rei demonſtratæ uel relatæ ponuntur & ſubſtantiua. Nota quod ueteres dixerunt ipſus pro ipſe. Terentius, Eſt ne hic ipſus, de quo agebam.

Is ſuus ipſe ſui referunt, ſed cætera monſtrant.
Ille refert monſtrat.

Quindecim ſunt pronomina, quorum quatuor ſunt relatiua, cætera uero demonſtratiua, præter ille, quod eſt relatiuum & demonſtratiuum ſimul. Similiter ipſe ſecundum Priſcianum eſt nunc relatiuum nunc demonſtratiuum. Tunc demonſtratiuum eſt, quando alteri pronomini adiungitur. Vergil. Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo. At quando per ſe profertur (inquit Priſcianus) relatiuum eſt, ut ipſe dixit & facta ſunt. Item is uidetur etiam eſſe demonſtratiuum & relatiuum. Demonſtratiuum, ut is eſt bonus, qui bene agit. Relatiuum, ut Petrus legit, & is cantat.

Deq; tribus primis ſeptem fit origo ſupremis.

Septem pronomina deriuatiua deriuantur a tribus primis, quæ ſunt ego tu ſui. Ab ego formantur tria, a tu etiam tria, & a ſui unum. Ab ego fiunt tria pronomina, quia a genitiuo eius ſingulari fit meus, a genitiuo plurali formantur noſter & noſtras. Item a genitiuo ſingulari

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

gulari pronominis tu fit tuus. Et quia noſter & ueſter, noſtras & ueſtras formantur a genitiuis pluralibus, ideo intrinſecus ſignificant pluraliter. Vnde cum dico noſter liber, ſignifico quod ad plures pertinet. Suas autem quia fit a ſui, quod eſt utriusq; numeri, ideo etiam eſt utriusq; numeri intrinſecus, ut ait Priſcianus.

Perſonas duplices hæc deſignare uidentur,
Cum poſſeſſore poſſeſſio ſignificatur.

Priſcianus ſic ait: In omnibus deriuatiuis pronominibus duæ intelliguntur perſonæ, intrinſecus poſſeſſoris, extrinſecus poſſeſſionis. Dicit enim quod in deriuatiua intelligitur genitiuus ſui primitiui, qui genitiuus ſignificat poſſeſſorem, & ipſi deriuatiuo ſemper additur aliquod nomen ſubſtantiuum, quod ſignificat Poſſeſſionem, ut meus liber.

Formans quis uel qui Donato crede minori. Quis uel qui

Quis & qui declinantur ſicut docet Donatus. Non tamen ſunt pronomina, ſed nomina, ut Priſcianus dicit, & etiam rationibus ſic probatur: Omne pronomen aut eſt demonſtratiuum aut relatiuum, ſed quis nec eſt demonſtratiuum nec relatiuum, ergo non eſt pronomen. Item omne pronomen ſignificat certam & finitam perſonam, teſte Priſciano, ſed quis & qui non ſignificant certas perſonas, ergo non ſunt pronomina. Quis & qui differunt, quia quis eſt interrogatiuum aut infinitiuum, qui uero relatiuum, quandoq; etiam interrogatiuum ſecundum Priſcianum. Item quis nominatiui caſus corripitur, ſed datiui & ablatiui caſus producitur. Iuuen. Exitus ergo quis eſt? o gloria uincitur idem. Vergil. Quis ante ora patrum Troiæ ſub menibus altis Contigit oppetere? Compoſita a quis ſunt quiſquis, quiſnam, quiſquam, quisq;, quiſpiam, ecquis, ſiquis, nequis. A qui compoſita ſunt quidam, quiuis, quicunq;, quilibet. Pronomina etiam componuntur, ut egomet tuimet ſuimet ipſemet, ſed tuimet in nominatiuo non dicitur, ne putetur eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tur eſſe uerbum, ſed tute & tutemet. Item ablatiui pronominum poſſeſſiuorum accipiunt hanc ſyllabam pte, ut meopte, meapte, tuopte, tuapte, ſuopte, ſuapte, noſtropte, noſtrapte. Terent. Noſtrapte culpa facinus. Et nota quod iſtæ adiectiones, ſcilicet, met & pte adduntur pronominibus cauſa diſcretionis & ſignificantiæ, quia cum dico, egomet feci, ſignifico quod non alius fecit quam ego. Item meopte ingenio, id eſt, meo proprio ingenio. Met autem per ſe nihil ſignificat. Vnde male dicunt aliqui, ipſe fecimet. Item hæc ſyllaba ce additur caſibus huius pronominis hic qui in es deſinunt, ut huiuſce hiſce hoſce haſce. Item eiuſdem pronominis nominatiuis & accuſatiuis & ablatiuis ſingularibus additur cine, ut hiccine, hunccine, hæccine, hanccine, hoccine. & hæccine in plurali neutri generis. Sed proprie loquendo omnia prędicta non ſunt compoſita, quia non poſſunt diuidi in duas partes ſignificatiuas. Eſt ergo in his, ut Priſcianus ait, non compoſitio, ſed metaplaſmus, id eſt, paragoge, quæ eſt ſpecies metaplaſmi habens fieri quando fini dictionis aliquid additur. Vnde illud, Aufert apocope finem quem dat paragoge. Dicitur etiam eccum, id eſt, ecce eum. Eccam, id eſt, ecce eam. Eccos & eccas, id eſt, ecce eos & ecce eas. Item ellum & ellam, id eſt, ecce illum & ecce illam, &c. quæ Priſcianus ait eſſe pronomina. Laurent. Vallen. aduerbia putat. Componuntur autem pronomina quandoq; ex duobus integris, ut egoipſe tuipſe illeipſe, quandoq; ex corrupto & integro, ut iſtic ab iſte & hic, illic ab ille & hic. Sed iſta habent ſolus illos caſus, qui in c deſinunt, ut iſthic iſthæc iſthoc, iſthunc, iſthanc, iſthac, quæ crebra ſunt apud Terentium.

Tertia declinatio

Tertia per primam fit nominis atq; ſecundam.
Has tres diſtinguit Donatus ſufficienter.

Quarta declinatio

Quarta quidem ternæ par debet nominis eſſe.

Tertia declinatio pronominis cognoſcitur ex prima & ſecunda declinatione nominis, quia pronomina tertiæ declinationis habent maſculinum genus in us uel in er, fœmi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

er, fœmininum in a, neutrum in um, vnde declinantur ficus albus & niger. Sunt autem quinq́ꝫ, ſcilicet, meus tuus ſuus noſter & ueſter. Non tamen omnino declinantur ſicut nomina in us & in er, quia tria eorum, ſcil. tuus ſuus & ueſter carent uocatiuo, meus habet uocatiuum in i. Vnde ſubdit Alexander, quod Donatus ſufficienter declinauit pronomina primæ ſecundæ & tertiæ declinationis, ita ut non ſit neceſſe de his multa uerba facere. Sed quare Donatus non declinauit pronomina quartæ declinationis? Reſpondeo, quia non putauit eſſe pronomina, ſed potius nomina. Quia uetuſti grammatici diſtinguebant pronomina & nomina penes modum declinandi. Vnde Diomedes inter pronomina poſuit, unus ullus uter nullus, ſolus, &c, quæ habent ius in genitiuo. Idem poſuit inter pronomina qualis & talis, quæ uidetur etiam Donatus putare pronomina. Quartæ declinationis pronomina declinantur ſicut nomina tertiæ declinationis in as communis generis. ſicut gentilia in as, ut Aquinas, Arpinas, &c. quia & iſta prononima noſtras & ueſtras ponuntur pro gentilibus nominibus. Noſtras enim dicitur aliquis uel aliqua de noſtra gente. Veſtras, id eſt, aliquis uel aliqua de ueſtra gente. Et ſunt tantum hæc duo, & habent in plurali etiam neutrum, ut hi & hæ noſtrates & hæc noſtratia. Cicero in epiſtola, Non ſolum illa ueſtra oratoria uerba, ſed etiam hæc leuia noſtratia. Item in genitiuo plurali habent ium, quoniam in ablatiuo habent e & i.

Noſtras Veſtras

Capitulū ſecundum eſt de heteroclita declinatione

Hæc tibi ſignabis quæ declinans uariabis.

In hoc capitulo docet Alexander nomina heteroclita, id eſt, uarie declinata. Nā heteros Græce, uarius aut alius Latine, & clitos declinatus. Vnde nomina dicuntur heteroclita multipliciter. Primo, quando uariat genus, ut cœlum. Secundo, quando uariant declinationem, ut uas uaſis. Tertio, quando uariant & genus & declinationem, ut epulum. Quarto, quando aliqui obliqui non rite formantur a nominatiuo, ut Iupiter Iouis, iter itineris. Quinto, cum caſus deficiunt, aut alter numerorum, ut tabi aurū diuitiæ. Sexto, quando nomen

habet duas declinationes, ut domus. Septimo, quando uarias habet ſignificationes in diuerſis caſibus, ut ops. Octauo, quando habet diuerſos obliquos pro diuerſis ſignificatis, ut frons, lens. Nono, quando nomen habet diuerſas terminationes, ut tignus & tignum. Decimo, quandocunque non ſequitur regulas prædictas in præcedenti capitulo, ſicut ambo & duo.

De Heteroclitis genere & declinatione ſimul

Paſcua ſola datur, ſed paſcua plura dabuntur,
Eſt zizania, ſunt zizania, plura niæque.

Paſcua & zizania in ſingulari numero ſunt fœminini generis & primæ declinationis, at in plurali ſunt neutri generis & ſecundæ declinationis. Vnde ſunt heteroclita genere & declinatione. Inueniuntur tamen etiam in plurali fœminini generis & primæ declinationis ſcilicet paſcuæ & zizaniæ, & ſic non ſunt heteroclita. Quin etiam legitur paſcuum in nominatiuo ſingulari. Seneca in tragœdia ſecunda. Fatale ſacro monte paſcuum tegens. Reperitur etiam adiectiue paſcuus a, um. Plautus, Paſcuus ager eſt, id eſt, in quo pecora paſcuntur. Cicero in topicis. Si compaſcuus ager eſt, ius eſt compaſcere. Quidam addunt his plura nomina, ſcilicet, ceraunia, chronica, neomenia, & artium nomina, ut Grammatica, Rhetorica, Dialectica, &c. quæ etiam in plurali ſunt neutri generis. Dicimus enim, didici Grammatica uel Rhetorica. Sed tamen iſta non ſunt pluralia ab illis ſingularibus Grammatica, Rhetorica, ſed potius ab adiectiuis, quæ ſubſtantiue ponuntur in neutro genere. Ceraunia dicitur & ſingulariter & pluraliter, ſed ſub diuerſis ſignificatis. Nam ceraunia ſingulariter eſt quædam arbor & fructus eius, alio nomine ſiliqua. Ceraunia uero pluraliter ſunt alti montes in Epiro. Verg. Prouehimur pelago uicina ceraunia iuxta. Chronica ſunt hiſtoriæ temporum, nam docti uſurpant pluraliter tantum neutri generis. Vulgus autem utitur ſingulariter & fœminino genere. Neomenia interpretatur nouilunium, & eſt in utroque numero primæ declinationis, & fœminini generis.

(Margin: **Ceraunia** — **Chronica** — **Neomenia**)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ris. Paſcua eſt locus uel pars ruris, ubi pecora paſcuntur. Hinc Paſcualis, id eſt, ad paſcuata pertinens, ut paſcualis bos, id eſt, qui adhuc paſcitur, neq; pinguis eſt. Zizania Græce ſignificat herbam, quæ Latine lolium dicitur. Et legitur zyzanium. Hieronymus, Zizanium mixtum eſt tritico. Paſcua Zizania

Balnea dic uel eas, ea non primo ſed eum das.
Sic & amygdala dic la fructus, lusq; fit arbor.

Balneum & amygdalum in ſingulari ſunt neutri generis, & ſecundæ declinationis, at in plurali ſunt tum neutra ſecundæ, tum fœminina primæ declinationis. Balneum eſt in quo lauamur, quod & balnearium dicitur. Inde balneolum, id eſt, paruum balneum. Iuuenal. Balneolum gabijs Romæ conducere furnos. Amygdalum eſt ſpecies nucis, mandel. Vocatur etiam nux longa & nux Thaſia a loco. Inuenitur etiam fœminini generis amygdala. Plinius, Intus nucleus amygdalæ eſt. Amygdalus dicitur arbor ipſa. Vnde adiectiuum amygdalinus i curta. Serenus, Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus. Balneum Amygdalum

Delicium tibi ſit, mihi ſemper deliciæ ſint.
Hoc epulum comedis, epulæq; parantur amicis.

Delicium & epulum ſunt in ſingulari numero neutri generis & ſecundæ declinationis, in plurali uero fœminini generis & primæ declinationis. Addunt aliqui cepe, quod in ſingulari eſt neutrum indeclinabile, & in plurali cepę rum. Tamen legitur etiam cepa cepæ, ut ſupra dictum eſt. Delicium eſt delectatio uel res qua delectamur. Martial. Delicium paruo donabis Dorcada nato. Deliquium eſt derelictio uel defectio. Delicatus, id eſt, in delicijs uiuens. Epulum eſt conuiuium. Iuuenalis, Viue bidentis amans & culti uillicus horti. Vnde epulum poſſis centum dare Pythagoreis. Salomon, Qui diligit epulas, in egeſtate erit. Hinc epulor uerbum deponens, id eſt, epulum facio. Verg. Extruimusq; toros dapibus epulamur opimis. Delicium Deliquiū Epulum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

De hetero clitis gene re ſolum

Eſt locus atq; loci ſunt artis, ſunt loca terræ.
Eſt iocus atq; ioci, ſunt & ioca plurima genti.
Baltheus addatur.

Locus iocus baltheus, in ſingulari ſunt maſculina tantum, ſed in plurali maſ. & neu. indifferenter. Nam quod dicunt aliqui locus in plurali pro ſpacio terræ eſſe neutrum, & pro ſede argumenti, maſcu. hoc falſum eſt, quia ſæpe legitur maſculinum in plu. pro ſpacio terræ. Saluſt. Proximos noſtro mari locos occupauere. Idem, Inter illos & numidiam multi uaſtiq; loci ſunt. Vergilius, Deuenere locos lætos & amæna uireta. Idem, Vt primum (Locus) lux alma data eſt exire, locoſq; Explorare nouos. Locus proprie dicitur quicquid aliquid continet. Vergilius, Hic locus urbis erit. Ponitur a Dialecticis & Rhetoribus pro ſede uel fundamento argumenti. Etiam ponitur pro genere. Saluſtius, Natus haud obſcuro loco. Item pro tempore. Teren. Item alia multa, quæ non eſt narrandi locus. Capitur & pro materia. Vergilius, Nunc locus aruorum ingenijs. Dicimus etiam, Habui te loco filij, id eſt, pro filio, & ac ſi filius fuiſſes. Diligo te loco fratris, id eſt, ac ſi frater eſſes. (Loculus) Loculus eſt paruus locus aut ſacculus, ſed magis legitur pluraliter, ut nil erat in loculis. Locare eſt in loco ponere. Etiam ſignificat alteri tradere, ut locaui filiam, locaui pecuniam, locaui domum. (Iocus) Iocus iocoſus ioco plenus, iocari iocum facere. Item a iocus fit ioculus diminutiuum. A quo iocor aris. Inde ioculator, id eſt ſcurra, qui iocos facit. (Balteus) Balteus eſt proprie cingulum militare. Iuuenalis, Aſt illis quos arma tegunt & balteus ambit. Etiam eſt lorum, quo milites arma portant. Vergilius, Humeroq; apparuit alto balteus, &c.

Carbaſus una ratis, & carbaſa plura uidebis
Arbutus eſt ſimilis, huic intyba pergama iungis.

Hæc quatuor nomina carbaſus arbutus intybus Pergamus in

gamus in ſingulari ſunt fœminini generis, & in plurali neutri generis, teſte Phoca Grammatico. Carbaſus eſt genus lini aut linea ueſtis. Inde carbaſeus adiectiuum. Ponitur ſæpe pro uelo. Vergilius, Tumidoq; inflatur carbaſus auſtro. Carbaſus inuenitur maſculini generis. Valerius, Cum carbaſum, quem optimum habebat, foculo impoſuiſſet, ſub to ignis emicuit. Arbutus eſt arbor fructuoſa, quæ toto fere anno & flores & fructus habet, Nam fructus, qui ruber eſt & uuedo uocatur, toto anno pendet antequam matureſcat, & interim alij flores ſubnaſcuntur. Legitur in plurali etiam fœmininum. Horatius, Impune tutum per nemus arbutos quærunt latentes. Vnde Priſcianus dicit, hæc arbutus pro arbore, & hoc arbutum pro fructu, ſicut hæc pirus hoc pirum. Et ſic non eſſet heteroclitum, quia arbuta non eſt plurale ab arbutus, ſed ab arbutum ſecundum Priſcianum. Attamen Poetæ ſæpe ponunt arbuta plurale pro arbore. Vnde Phocas (quem ſequitur hic Alexander) heteroclitum poſuit. Vergilius, Iubeo frondentia capris Arbuta ſufficere. Intybus eſt quædam herba ſponte naſcens lenta radice, alio nomine ſicorium, quæ in Aegypto comeditur. Vergilius, Quoq; modo potis gauderent intyba riuis. Apud Plinium legitur etiam intybum in ſingulari, & intybi in plurali. Vnde credo quod dici poſſit intybus & intybum, utrunq; perfecte & ſine heterocliſi. Pergamus uel Pergamum eſt urbs in Aſia, ubi primum inuentæ ſunt chartæ, quæ ob hoc dicuntur Pergamenæ. Ponitur etiam pro urbe Troia apud Plautum. Sed Poetæ magis utuntur pluraliter. Verg. Pergama cum peteret inconceſſosq; hymeneos.

Carbaſus

Arbutus

Intybus

Pergamus

Cui cœlum ſeruit, cœlos & cuncta creauit.

Sic raſtrum raſtros, porrumq; facit tibi porros.

Frenum detur equo, frenos & frena teneto.

Sic clau-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sic clauſtrum formas, filum paritercꝫ capiſtrũ.

Cœlum raſtrum portum in ſingulari ſunt neutri generis, in plurali uero maſculini. Item frenum, clauſtrum, filum, capiſtrum in ſingulari ſunt neutra, in plurali uero tum neutra tum maſculina. Cœlum quandoque late accipitur pro tota machina diuina uel pro uniuerſitate, & ita mundus & cœlum idem ſunt. Altero modo capitur pro ſummo loco beatorum. Inde cœlites dicti ſunt, qui cœlum habitant. Item cœlum capitur pro aere, ut cum dicimus, uolucres cœli. Significat etiam palatum, id eſt, ſummitatem oris. Plinius, Cerebrum uiſcerum excellentiſſimum eſt proximumq́ꝫ cœlum capitis. Item cœlum eſt ferreum inſtrumentum, quo cœlatur, id eſt, ſculpitur, quod indocti uocant celtem. Quintilianus, Non enim ſcientia deſiderat, inſtrumentum, ſed opifex, ut cœlator cœlum & pictor penicillum. Sed pro iſto ſignificato non eſt heteroclitum, quia in plurali quoq́ꝫ neutri generis eſt. Raſtrum eſt inſtrumentum ruſticum, quo terra raditur, habet enim dentes ligneos. Verg. Non raſtros patietur humus, non uinea falcem. Inde raſtellum, id eſt, paruum raſtrum, riffue. Porrum eſt herba grauiter olens, cuius folia uiridiſſima ſunt. Vnde porraceus, dicitur uiridis. Porrum duplex eſt, capitatum, & ſectiuum uel ſectile. Capitatum porrum eſt quod in caput latius creſcit. Martialis, Mittit præcipuos memoralis aritias porros. In niueo uirides ſtipite cerne comas. Sectiuum porrrum eſt, cuius folia ſæpius ſecantur, ut profunditus creſcat. Martial. In quibus eſt lactuca ſedens & ſectile porum. Idem, Fila Tarentini grauiter redolentia porri Ediſti quoties, oſcula clauſa dato. Porrum igitur non eſt quod creſcit ſuper tecta, quod ſemper uiuum dicitur. Frenum eſt quo eques regit equum. Ouidius, Tempora lenta pati frena docentur equi. Frenare, id eſt, regere. Verg. Iuſtitiaq́ꝫ dedit gentes frenare ſuperbas. Clauſtrum eſt clauſura, uel quo aliquid clauditur, Kluſter. Verg. Portarum ingentia clauſtra. Clauſtrarius, qui facit clauſtra. Clauſtritinus, qui præeſt clauſtris uel porta-

Cœlum

Raſtrum

Porrum

Ferrum

Clauſtrũ

Filum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

portarius. Filum, traad. Ouid. Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo. Et ſubito caſu, quæ ualuere, ruunt. Capiſtrum eſt funis, quo ligantur iumenta. Et ponitur pro quocunq; uinculo. Iuuen. Stulta martiali iam porrigit ora capiſtro. Capiſtrare eſt capiſtro ligare. Capiſtrũ

Dicimus altilia ſi plura, ſit altilis una.

Conſimiliq; modo ſit declinanda ſupellex.

Altilis & ſupellex in ſingulari numero ſunt fœminini generis, at in plurali ſunt neutri generis. Dicimus enim altilia & ſupellectilia, nam olim, teſte Priſciano, nominatiuus ſingularis erat ſupellectile. Altilis uno modo eſt adiectiuum, ſignificans id quod alitus uel ſaginatus, quia fit a uerbo alo. Multa enim ſunt adiectiua in tilis deſinentia, quæ formantur a ſupinis uerborum, & ſignificant fere idem quod participia præteriti temporis, ut coctilis lapis, id eſt, coctus, ſutilis, id eſt, ſutus, conflatilis, id eſt. conflatus, ſculptilis, id eſt, ſculptus, penſilis, id eſt, pendens uel ſuſpenſus. Penſilis urna, ait Horatius. Fictilis, id eſt, fictus uel de terra factus. Ductilis, id eſt, ductus, ut tuba ductilis. Sed etiam altilis, id eſt, altus uel alitus. Vndi Varro ait boues altiles, & aper altilis, inquit Iuuenal. Altilis etiam ponitur ſubſtanſtiue, & ſignificat auem impinguatam. Iuuenl. Ad uos iam ueniet minor altilis. Alia in ilis etiam ponuntur ſubſtantiue, ſed ſemper in neutro genere. In libro Iudicum, Fecerunt ſibi ſculptile atq; conflatile, id eſt, idolum ſculptum & conflatum. In Pſalmis, Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia. Iuuenal. Fictilibus cænare pudet, id eſt, uaſis figulinis. Supellex ſupra. Altilis

Tartarus ater habet, plurale ra uinaq; dant rum

Sibilus hic dices, ſed ſibila plurima iunges.

Supparus eſto comes, prius hic tenet us, ſed a ſubdes.

Tenarus infernus, ſic Mænala dic & auernus.

Dindy-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Dindyma, pileus, iſmara, gargarus aſſociamus.

Tartarus, ſibilus, ſupparus &c. in textu poſita ſunt in ſingulari maſculina in plurali neutra. Tartarus eſt locus profundiſſimus & horrendus inferorum, ubi impij cruciantur. Et dicitur a uerbo Græco taratto, quod eſt conturbo, uel a tartarizin, quod eſt horrere ac tremere. Vergilius in ſexto. Tum tartarus ipſe Bis patet in præceps tantum tenditq; ſub umbras, Quantus ad æthereum cœli ſuſpectus olympum, id eſt, tartarus eſt bis tam profundus, quam cœlum eſt altum. Tartarum eſt fex uini indurata. Tartari ſunt populus uagus in Scythia, qui olim dicebantur Nomades. Sibilus eſt ſibilatio uel flatus proprie. Legitur in plurali etiam maſculini, in libro Iudic. Vt audias ſibilos gregum. Ponitur & adiectiue. Vergilius, Sibila lambebant linguis uibrantibus ora. Sibila ora, id eſt, ſibilantia. Supparus uel ſupparum, nam utroq; modo dicitur teſte Priſciano, ſecundum Nonium Marcellum eſt fœmorale lineum pendens usq; ad talos, dictum quod ſubtus appareat. Feſtus uero ait eſſe lineum ueſtimentum puellarum, quod & ſubucula dicitur, id eſt, camiſia. At Perottus dicit eſſe genus togæ leuis & anguſtæ, dictum quod ſuperinduitur. Lucanus, Suppara nudatos ſtringunt anguſta lacertos. Ponitur etiam, inquit, pro ruga. Idem, Imaq; pandent Suppara uelorum perituras colligit auras. Ego puto ſupparum eſſe linteum quod annectitur ipſi uelo. Statius in Achilleide, Partitiq; uices, uos ſtupea tendite mali Vincula, uos ſummis annectite ſuppara uelis. Tænarus per æ diphthongum, & non trenarus eſt, promotōrium Laconiæ iuxta Spartam urbem, habens in ſummitate ſpecum, in quo uentus ſtrepitum facit terribilem. Vbi finxerunt Poetæ, quod ibi ſit porta inferi. Et tænarius ponitur pro inferno. Inde adiectiuum tænereus. Infernus proprie eſt adiectiuum, ſicut ſupernus, quæ ſunt contrariæ ſignificationis. Vergil. Infernas accede domos. Idem, Quando hic inferni ianua regis. Nam ab infra formatur infernus, ſicut a ſupra ſupernus, ab intra internus, ab extra externus, quæ omnia ſunt

Tartarus

Sibilus

Supparus

Tænarus

Infernus

nia ſunt adiectiua. Ponitur tamen infernus ſubſtantiue, ut ibi, Infernus hians ululat. Mænalus eſt mons nemoroſus in Arcadia. Mænalus Auernus eſt lacus in Campania, Auernus quondam propter circumſtantes arbores tam fœtidus, ut aues eum fugerent. Vnde Græco nomine dicitur Auernis, quaſi aornis, id eſt, ſine auibus. Ponitur pro inferno, uel propter fœtorem, uel propter necromantiam, quæ ibi fiebat. Ponitur etiam adiectiue. Sillius, Degeneres animas tenebris damnauit auernis, id eſt, infernalibus. Etiam dicitur auernalis. Legitur etiam auerni pluraliter in maſculino genere. Claudianus, Dĳ quibus innumerum uacui fabulantur auerni. Dindymus eſt Dindymus mons Phrygiæ, in quo colebatur Cybele mater Deum, quæ ideo appellabatur Dindymene. Quidam putant dici tantum pluraliter Dindyma. Sed Propertius ponit ſingulare, Dindymus & ſacra fabricata iuuenta Cybele. Pileus uel pileum, eſt tegmen capitis, dictum a pilus, Pileus quod eſt crinis, uel quia fit de pilis, uel quia tegit pilos capitis. Inde pileatus, id eſt, pileum habens in capite. Pileolus, id eſt, paruus pileus. Iſmarus eſt mons in Thracia. Iſmarus Gargarus eſt mons & oppidum in Troade, ſed tan- Gargarus tum legitur pluraliter. Ouidius, Gargara quot ſegetes, quot habet Methymna racemos. Garganus a longa eſt Garganus mons in Apulia. Lucanus, Appulus Adriacas exit Garganus in undas. Iſtis nominibus additur Maſſicus, quod in plurali legitur neutri generis. Verg. Vertunt fœlicia Baccho Maſſica qui raſtris. Maſſicus eſt mons Cam- Maſſicus paniæ.

Vas uaſis ternam, tibi dat plurale ſecundam.

Vas uaſis in ſingulari numero eſt tertiæ declinationis, in plurali ſecundæ, nam dicimus uaſa uaſorum. Dicit autem uas uaſis, quia uas uadis non eſt heteroclitum. Huic nomini uas uaſis contrarium in heterocliſi eſt hoc nomen Iugerum, quod in ſingulari numero eſt ſecundæ declinationis, & in plurali tertiæ, ſecundum Phocam & Vallenſem. Alĳ tamen dicunt in ſingulari eſſe etiam tertiæ. De hoc etiam dicetur ibi, Et maribus detur, &c.

Iſta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

De hetero- Iſta ſolent quarta uariari ſine ſecunda,
clitis de- Cum lauro quercus penus cornus quoq; ficus.
clinatione. His colus atq; domus, penus & lacus aſſocie-
mus.

Nomina in textu poſita ſunt indifferenter ſecundæ
uel quartæ declinationis, licet ſub una declinatione ſint
magis uſitata quam ſub altera, quia ſæpe legimus lauro,
raro lauru. Item acus, arcus, anus, faſtus, cœſtus, hortus,
pro diuerſis ſignificatis ſunt nunc ſecundæ nunc quartæ
declinationis. Nam acus aci ſignificat piſcem quendam.
Acus Martial. Et ſatius tenues ducere credis acos. Acus huius
Arcus acus, eſt inſtrumentum acutum. Item arcus huius arci,
eſt iris. Lucretius, Cum color in nigris exiſtit nubibus
arci. Arcus quartæ declinationis, eſt quo ſagittatur.
Anus Anus ani eſt poſterior pars corporis. Anus huius anus eſt
Faſtus uetus mulier. Faſtus faſti, eſt dies non feſtus, id eſt, in
quo fas eſt operari, ſicut nefaſtus dicitur dies, in quo ne-
fas eſt agere. Faſtus huius faſtus eſt faſtidiũ uel ſuperbia.
Cœſtus Cœſtus cœſti eſt cingulum, unde cœſticulus, ſignificat
id quod mulieres imponunt capiti, quando portabant
aliquid. Cœſtus huius cœſtus, eſt lorum cum maſſa
plumbea, quo pugiles inter ſe cædunt. Verg. Seu crudo fi-
Cœtus dit pugnam committere cœſtu. Cœtus cœti eſt idem
Canthus quod cœta. Cœtus huius cœtus eſt congregatio. Can-
thus canthi eſt ferrum, quo rotæ circumdantur. Perſius
pro rota poſuit. Vertentem ſeſe fruſtra ſectabere can-
Cantus thum. Cantus us. ui. id eſt, cantio. Ortus uel hortus
Ortus horti, eſt locus, ubi naſcuntur holera & arbores. Ortus
Sinus ortus, oprindelſe eller opgang. Sinus ſini uel ſinum eſt
uaſis genus. Sinus ſinus, eſt laxitas ueſtium ſupra cingu-
Laurus lum uel curuitas. Laurus eſt ſpecies arboris, quæ apud
Romanos ſignificabat uictoriam, & dicata fuit Apolli-
Quercus ni. Vnde etiam Poetæ lauro coronabantur. Laurea eſt
Pinus corona de lauro. Quercus eſt arbor glandifera. Inde
adiectiuum quercinus. Pinus eſt arbor alta habens folia
ſimilia capillis, & emittit reſinam ſicut abies. Vergilius,

Fraximus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Fraxinus in ſyluis, pulcherrima pinus in hortis. Cornus eſt arbor non magna, ſed prædura, de qua fiunt uenabula. Plinius, Vulua cornus in uenabulis nitet inciſuris nodata ob decorem. Ponitur pro haſta. Vergil. Sonitum dat ſtridula cornus & auras Certa ſecat. Eſt & aliud nomen cornus, de quo poſtea. Ficus eſt ſpecies arboris, Ficus & etiam eſt fructus eius. Etiam eſt quidam morbus uel ulcus circa pudenda, ſed tunc eſt tantum ſecundæ declinationis maſculini generis. Martialis, Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci. Dicemus ficos Ceciliane tuos. Idem de Ephippio, Stragula ſuccincti uenator ſume ueredi. Nam ſolet a nudo ſurgere ficus equo. Veredus eſt Colus equus. Colus eſt ſtipes, cui circundatur linum, rock. Ouid. Et colus & fuſus digitis cecidere remiſſis. Fuſus Fuſus teen. Penus ſupra in quarta declinatione. Dicitur etiam Penus peni pro Carthaginenſi. Lacus ſupra in quarta declinatione. Nota quod ſpecus & penus, ſunt tertiæ & quartæ declinationis, & maſculini, fœmini & neutri generis, ſed ſub neutro genere ſunt tantum tertiæ declinationis, teſte Priſciano. Ergo hæc duo nomina habent tria genera & tres declinationes, & etiam tres terminationes, quia non ſolum deſinunt in us, ſed etiam in um & in u. Dicitur enim penus penum & penu, & ſpecus ſpecum, & ſpecu, Imo etiam ſpeca ſcripſit Cato.

Is uel us iſta ſuis dices dare compoſitiuis.
Cera iugum limus animus colus arma bacillus.
Cum norma neruum, cum freno collige cliuum

Compoſita iſtorum nominum cera iugum limus animus, & aliorum in textu poſitorum ſunt adiectiua, & indifferenter ſecundæ declinationis uel tertiæ, ut a cera ſincerus a. um. uel hic & hæc ſinceris & hoc ſincere. A iugum biiugus, quadriiugus, uel biiugis quadriiugis. A limus ſublimus & is i longa. Ab animus magnanimus uel is, exanimus uel is. A norma enormus uel is. A bacillus imbecillus uel lis. Ab arma inermus uel is. A neruus

eneruus uel is. A freno effrenus, infrenus uel is. A cliuus decliuus, accliuus uel is. His adduntur compoſita a ſomnus, ut inſomnus uel is. A barba imberbus uel is ſecundum Marcellum. Item infirmus uel infirmis. Ilarus uel is, ſecundum Caprum. Neceſſus. a. um. uel neceſsis & neceſſe ſecundum Donatum. Item perennus & perennis ſecundum Sulpitium. Nota quod compoſita ſæpe ſunt adiectiua, cum ſimplicia ſunt ſubſtantiua, & tunc ſæpe mutant etiam terminationem, ut a pluma fit hic & hæc implumis & hoc implume, id eſt, ſine plumis. A cœna incœnis, id eſt, ſine cœna. A forma conformis informis deformis. A pœna impunis, id eſt, ſine pœna. A damno indemnis, id eſt, ſine damno. A munus immunis, id eſt, ſine munere uel ſine moleſtia.

Cera Cera, uox. Cereus ſubſtantiue eſt candela de cera. Cereus adiectiuum ſignificat de cera factus, uel mollis, uel ſimilis ceræ.

Syncerus Syncerus, id eſt, purus. Horatius, Sincerum eſt niſi uas quodcunq; infundis, aceſcit. Ouidius, Nulla eſt ſincera uoluptas. Inde fit aliud compoſitum inſincerus, id eſt, impurus. Vergilius, Inſincerus apes tulerit cruor.

Iugum Iugum eſt altitudo. Vergil. Dum iuga montis aper fluuios dum piſcis amabit. Eſt etiam inſtrumentum, quo boues iunguntur, quando arant. Ouidius, Non iuga taurus amat, quod tamen odit habet. Inde iugare & coniugare, id eſt, iugo coniungere. Biiuges ſunt duo animalia coniugata. Vergilius, Martis equi biiuges. Quadriiugi uel es ſunt quatuor animalia coniuncta. Vel quadriiugus dicitur currus, cui quatuor equi ſunt iuncti. Vergilius, Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.

Limus Limus ſubſtantiue eſt molle lutum, ut Deus fecit hominem de limo terræ. Inde limoſus, id eſt, plenus limo, & illimus, id eſt, purus & ſine limo. Ouidius, Fons erat illimis nitidis argenteus undis. Limus adiectiuum eſt transuerſus. Ouidius, Altera nam memini, limis ſubriſit ocellis. Hinc ſublimus uel ſublimis, id eſt, eleuatus in altum. Vergilius, Sublimes in equis redeunt pacemq; reportant. Sublimare ſignificat exaltare.

Animus Animus eſt mens uel anima, uel uoluntas, uel audacia, ut eſto bono animo. Exanimus, id eſt, mortuus.

mortuus, Exanimare,id eſt, occidere uel terrere. Teren-
tius, Hæc oratio me miſeram exanimauit metu. Magna- Puſillani-
nimus habens magnum animum. Puſillanimus habens mus
puſillum animum. Semianimus, id eſt, ſemiuiuus. Lu-
canus,Semianimes alij uaſtum ſubiere profundum. In- Inanimus
animus, id eſt, ſine anima. Columis, ut quidam ſcrip- Columis
ſerunt, dicitur ſanus. Vnde incolumis, id eſt, ualde colu-
mis, & ſemper inuenitur tertiæ declinationis. Horatius,
Incolumem tibi me præſtant ſeptembribus oris. Arma Arma
ſunt monumenta corporis, etiam ſignificant inſtrumen-
ta. Inermis, id eſt, ſine armis, uel non armatus. Bacil- Bacillus
lus eſt paruus baculus. Iuuenalis, Nullo dextram ſubeun-
te bacillo. Imbecillis, id eſt, debilis, quaſi ſine bacillo.
Tullius, Quia fuit imbecillis Aphricani filius. Norma Norma
eſt regula fabrorum,id eſt,linea artificum, ad quam diri-
gunt opera. Anormis dicitur irregularis,& non ad nor-
mam factus. Horatius, Ruſticus anormis ſapiens craſſaq́;
Minerua. Enormis quaſi extra normam & turpis. De-
normis idem. Vnde denormare,id eſt,facere denormem.
Horatius, O ſtangulus iſte Proximus accedat, qui nunc Neruus
denormat agellum. Neruus eſt naturale uinculum cor-
poris, quo colligata ſunt membra. Iob, Oſsibus & ner-
uis compegiſti me. Accipitur pro uinculo carcerali. Plau-
tus, Tu in neruo iam iacebis, niſi mihi argentum red-
datur. Item pro chorda arcus. Verg. Primaq́; per cœlum
neruo ſtridente ſagitta Hyrtacidę iuuenis uolucris deuer-
berat auras. Neruoſus, id eſt, fortis. Eneruus eſt debilis
aut mollis. Valerius, Eneruos animos odiſſe uirtus ſo-
let. Eneruare eſt debilitare. Tullius,Non plane me ener-
uauit ſenectus. Frenum patuit ſupra. Infrenus, id eſt,
indomitus, quaſi ſine freno. Vergilius, Et Numidæ in-
freni cingunt. Effrenus idem ſignificat. Vergilius,
Gens effrena uirum, id eſt, uirorum. Cliuus eſt collis Cliuus
uel monticulus. Accliuus uel accliuis, id eſt, eleuatus, al-
tus quaſi ad cliuum. Decliuus, id eſt,depreſſus & inclina-
tus quaſi de cliuo. Boetius, Decliuemq́; gerens pondere
uultum. Procliuus, id eſt, inclinatus aut facilis, iſte eſt
procliuus in riſum. Dicitur etiam acclinis per n, quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſignificat acclinatus, ſicut reclinis reclinatus. Verg. Corpuſq; leuabat Arboris acclinis trunco. Prudentius, Corpus licet fatiſcens iaceat recline paulum. Inde reclinare, quod eſt inclinare. Inſomnis ſine ſomno, ut hanc noctem duxi inſomnem. Ilaris, id eſt, lætus, & ſcribitur ſine h. Perennis, id eſt, perpetuus, a per & annus.

Ilaris

De heteroclitis quæ deficiunt in caſibus uel numero

Pluralem numerum retinent æs atq; metallum.
Raro per reliqua dabitur plurale metalla.

Nunc Alexander ea nomina ponit, quæ ſunt heteroclita ex defectu, & primo quæ deficiunt in numero plurali, deinde quæ ſingulari carent. Primo dicit, quod nomina ſignificantia metalla, raro habent pluralem numerum, præter æs & metallum, aurum & argentum. Metallum dicitur omnis dura materia, quæ reperitur in uiſceribus terræ, nam Plinius etiam lapides uocat metalla. Iſidorus autem ponit ſeptem metallorum nomina magis uulgata, ſcilicet, aurum, argentum, æs, electrum, ſtannum, plumbum & ferrum. Sub quibus comprehenduntur aurichalcum uel orichalcum, quod eſt ſpecies æris, & chalybs, quod eſt ſpecies ferri. Aliqua tamen iſtorum leguntur pluraliter. Martialis, Vera minus flauo radiant electra metallo. Statius, Emicat effigies & ſparſa orichalca renident. Sed aurum, argentum, plumbum, ſtannum, ferrum, uitrum, quod Priſcianus ponit inter metalla, nunquam leguntur pluraliter, neq; licet dicere duo ferra, ſed duo ferramenta dicendum eſt. Priſcianus non excipit æs ab hac regula, ſed ponit inter illa, quæ carent plurali, quia æs habet tres caſus in plurali, & tribus caſibus caret, ideo habet & non habet plurale. Aurum dicitur ab aura, id eſt, a ſplendore. Sapiens, Multos perdidit aurum & argentum. Item multi ſunt in auro caſus. Aureus, id eſt, de auro factus. Auratus, id eſt, auro circumdatus. Auraria, locus ubi aurum effoditur, ſicut argentaria, ferraria, æraria, ubi argentum, ferrum, æs effoditur. Argentum Græce dicitur argyron, unde philargyria eſt auaritia, uel cupiditas argenti. Electrum eſt

Metallum

Aurum

Argentū

Electrum

preciosum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

precioſum metallum,habens ruborem auri & nitorem argenti, quod etiam quandoq; formatur ex mixtura auri & argenti. Etiam electrum eſt quoddam uelut gummi ex arboribus quibuſdam fluens, de quo fiunt glauci lapides, brent ſteyn. quod alio nomine uocatur ſuccinum.

Aurichalcum

Aurichalcum uel orichalcum, meſſing, ab auro, quia habet colorem auri, uel ab oros, quod eſt mons, quia inuenitur ſub montibus. Chalcos Græce æs.

Stagnum

Plumbum

Stagnum uel ſtannum, tin. Plumblum, bly. Plumbare plumbo ſolidare. Plumbata eſt globus plumbeus reſti alligatus. Aes ſupra dictum eſt.

Nomina ſignificantia res humidas

Aequor & unda fretum mare melq; latex aqua uinum.
Pocula fons flumen fluuius pluralia ſeruant.
Cætera pluralem retinent humentia raro.
Lex menſuratis tamen & penſis datur iſta.

Nomina ſignificantia liquores, qui menſurari aut ponderari ſolent, raro habent plurale, ut lac oleum butyrum mulſum nectar acetum cereuiſia petyſana pyx piper ſeuum minium crocum cera. Vergilius tamen ceras poſuit. Lardum quoq; pluraliter ponit Ouid.primo Faſt. Pinguia cur illis miſcentur larda diebus. Excipiuntur in textu poſita, quamuis multa eorum non pertineant ad menſuras, ut æquor unda fretum, &c. melius omiſſa fuiſſent.

Vnda

Fretum

Latex

Vnda eſt fluxus.Vndare,id eſt,fluere, Inde abundo redundo exundo. Fretum eſt anguſta pars maris. Latex eſt aqua, dicta ſic, quod latet in uenis terræ. Accipitur pro uino. Verg. Dixit & in menſa laticum libauit honorem. Aqua notum uocabulum.

Vinum

Vinum, vin. Ouidius, Vina parant animos, faciuntq; caloribus aptos. Cura fugit multo diluiturq; mero. Tunc ueniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit. Tunc dolor & curæ, rugaq; frontis abit.

Poculum

Poculum eſt uas, ex quo potatur. Vergil. Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis. Inde pocillum, id eſt, paruum poculum. Pocillator qui pocula in con-

Flumen — in conuiuijs replet. Flumen & fluuius eſt aqua fluens.
Mulſus — Mulſus eſt potus ex aqua & melle, ſcilicet, medo, quod
Mulſum — non eſt Latinum. Mulſum eſt potus ex melle & uino.
Seuum — Alio uero nomine dicitur mellicraton. Seuum eſt du-
Minium — rum pingue in bobus, tallig. Minium eſt ruber color.
Crocum — Inde miniare, id eſt, minio colorare uel rubricare. Cro-
Pendere — cum, ſaffraan. Pendere quandoq; ſignificat ponderare.
Inde penſus ponderatus. Penſum ſubſtantiue.

Nomina ſignificantia ſemen terræ —

Ordea frumenta faba melonesq; citrulli,
His plurale damus, ſic dant far piſa lupinus.
Raro ſeminibus alijs plurale tenemus.

Nomina ſignificantia ſpecies frumenti aut leguminis raro habent plurale, exceptis his, quæ ponuntur in uerſibus, ſcilicet, ordeum frumentum faba melo, &c. Exempla de frumentis, ut triticum auena filigo milium pannicum. De leguminibus, ut canabis cicer linum uitia eruũ. Frumenta ſunt quæ ſpicis continentur, ut ordeum triticum. Legumina quæ folliculis continentur, ut faba piſa,
Frumentũ — &c. Frumentum a uerbo fruor. Inde frumentarius, id eſt, mercator frumenti. Frumentari ſignificat afferre fru-
Ordeum — mentum, ut Paulus profectus eſt frumentatum. Ordeum, byg. Vergilius, Grandia ſæpe quibus mandauimus ordea ſulcis. Infœlix lolium & ſteriles dominantur auenæ, ubi etiam auena habet plurale.
Faba — Faba, bøøn. Inde
Melo — adiectiuum fabalis, ut ſtipula fabalis, bønſtro. Melo eſt ſpecies cucumeris grãdioris, quæ & pepo & melopepo uocatur a Plinio. Palladius autem melonem ſæpe appellat.
Citrullus — Citrullus eſt ſpecies cucumeris, qui a doctis uiris uocatur citrinus, nam citrullus uulgare nomen eſt & minime La-
Cucumis — tinum. Cucumis enim triplex eſt, teſte Platina. ſcilicet, citrinus liuidus & anguinus, id eſt, longus ſicut an-
Lupinus — guis & contortus. Far ſupra. Piſa notum eſt. Lupinus uel lupinum eſt legumen ſimile magnæ fabæ, ſed amarum, ter in anno floret, & quotidie cum ſole circumuagatur, horas agricolis demonſtrans, ut ait Plinius. Eſt eti-
Triticum — am lupinus adiectiuum a lupus. Triticum hueed. Inde triticeus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

triticeus. Siligo media producta, ruu. Plinius ſcripſit Siligo
ſiliginem eſſe delicias tritici, & optimum fieri ex ſiligine
panem. Et multa alia dicit idem, quibus perſuaſi mihi ſi-
liginem rectius dici id frumentum, quod triticum appel-
lamus. Zea eſt genus frumenti peculiare Orienti, id eſt, Zea
Aegypto, Aſiæ & Syriæ, inquit Plinius. Naſcitur etiam
in Campania, & ſemen appellatur per excellentiam. Ex
zea fit alica optima. Alica eſt genus leguminis. Mili- Alica
um eſt paruum ſemen, unde fit puls, herſſgryn. Pan- Milium
nicum eſt quoddam frumentum a panniculis dictum, Pannicum
quia grana eius in diuerſis locis collecta ſedent ſicut pan-
niculi. Credo eſſe quod fagitriticum uulgus appellat,
boghuede. Canabis, hamp. Cicer infra de generibus.
Vitia eſt legumen equis utile & columbis. Erutum eſt le- Canabis
gumen quoddam in Italia, quod bobus datur. Vitia

Raro plurale uult pax & ſanguis habere. Pax
Neutra facis ſine plurali uulgus pelagusq́;. Sanguis Vulgus
Neſcio telluris uel humi plurale geluq́;. Pelagus Tellus Humus Gelu

Pax & ſanguis raro habent plurale, quandoq́; tamen inueniuntur pluraliter prolata. Horat. Hoc paces habuere boni uentiq́; ſecundi. Idem, Bella quis & paces longum diffudit in æuum. In Pſalmo, Libera me de ſanguinibus. Addit Alexander, quod hæc neutra uulgus & pelagus etiam carent plurali numero, uel uſu uel natura. Vſu, ut puluis, ſanguis. Natura, ut Petrus. Et propria nomina hominum & locorum, præter illa, quæ ſunt tantum pluralia, ut Athenæ, Venetiæ, tamen propria nomina euentu ſæpe habent plurale, ut quando euenit plures uocari uno nomine, ut tres Petri, Iacobi pariles. Vergilius, Extulit hæc Decios Marios magnoſq́; Camillos. Nam Decius, Marius & Camillus ſunt propria nomina multorum uirorum. Quædam maſculina uſu carentia plurali ponuntur his uerſibus: Aer ſol pontus mundus quoque uiſcus & æther. Cum fumo fimus, ſanguis cum puluere limus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

limus. Hæc maribus dantur, nec plurali ſociantur. Adde penus & muſcus ſecundum Diome. De fœmininis ſunt hi uerſus, Fama fames lux uita fides pax gloria tellus. Atq; ſalus labes ſitis ac humus atq; lues mors. Indoles cum ſobole, proleſq; iuuenta iuuentus. Prædictis addes tabeſq; ſenecta ſenectus. Hæc ſunt fœminina, nec plurali ſociata. Adde nomina uirtutum & uiciorum, ut humilitas, ſapientia, prudentia, eloquentia, pigritia, ſocordia. Item culpa, memoria. Iuſticia tamen inuenitur ſæpe pluraliter, ut ibi. Ego iuſticias iudicabo. Item, Omnia iudicia iuſticiæ tuæ. Similiter lux, uita, ſalus, quandoq; reperiuntur pluraliter. Ouidius. Perq; nouem luces, id eſt, dies. Boet. Tu cauſas animas paribus uitaſq; minores. Item de neutris ſemper ſingularibus ſunt hi uerſus, Pus æuum fœnum fel manna lutum quoq; cœnum. Lætum faſq; nefas, baratrum utriuſq; ſolum uer. Nil nihil & nihilum pluralibus iſta carebunt. Adde nomina metallorum & liquidorum, de quibus ante dictum eſt.

Pontus — Pontus eſt mare, & quædam regio Aſiæ.
Viſcus — Viſcus, lym.
Fimus — Fimus eſt ſtercus animalium.
Muſcus — Muſcus eſt lanugo arborum & littorum, moeſſ.
Lues — Lues eſt corruptio & deſtructio uel mortalitas.
Aeuum — Aeuum eſt idem quod ætas uel ſeculum. Inde æquæuus & coæuus, id eſt, eiuſdem æui uel eiuſdem ætatis. Grandæuus, id eſt, ſenex.
Cœnum — Cœnum eſt limus uel ſordes. Inde obſcœnus, id eſt, immundus.
Lætum — Lætum, id eſt, mors. Hora. Eſt calcanda ſemel uia læti.
Solum — Solum eſt terra. Reliqua quære alibi.

Ador

Neſcit ador normæ contraria norma mouere.

Ador non declinatur propter uitandam contrarietatem duarum regularum, quia per unam regulam produceret, in obliquis, per alteram corriperet. Vna eſt regula, quod nomina in or deriuata a uerbis producentibus o in penultima, ipſa etiam producunt o in obliquis, ut a uerbo honoro, fit honor honoris, ita a uerbo adoro ſecundum Priſcianum fit ador, quod per hanc regulam debet o in obliquis producere. Altera eſt regula, quod nomina

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nomina neutri generis in or corripiunt o in obliquis, ut æquor æquoris, ſic etiam ador per hanc regulam corriperet o. Inuenitur tamen apud ueteres declinatum o quandoq; producta, quandoq; correpta. Vgannius, Hic adoris dat primitias ſibi ſanguine libat. Idem, Emicat in nubes nidoribus ador adoris. Auſon. Mox ador atq; adoris de polline pultificum far. Ador eſt ſpecies farris ſpelte, dicta ſecundum aliquos ab edendo, ſecundum alios ab adurendo, ſecundum Priſcianum, ab adorando, quia ſolebat immolari. Inde adoreus adiectiuum. Vergil. Et adorea liba per Hecham Subijciunt epulis. Item adorea ſubſtantiue ſignificat gloriam aut uictoriam. Claudius, Hæc omnes ueterum reuocauit adorea laurus.

Ador

Aptota neutra tene, pus & fas irq; nefasq;. **Pus, Fas, Hir, Nefas,**
Obliquum de ſe non format fors niſi forte. **Fors**
Tabes declino, nec dat tabi niſi tabo. **Tabes tabi tabo**

Pus, fas, hir, nefas ſunt aptota neutra. Priſcianus libro 5. ſic ait, Aptota proprie ſunt dicenda nomina, quæ nominatiuum ſolum habent, qui tamen plerunq; & nominatiuus inuenitur, ut Iupiter, dieſpiter. Neutra aptota habent tres caſus ſub una uoce, ut fas, nefas, hir, pus. Monoptota uero ſunt nomina indeclinabilia, quæ ſub una terminatione pro omni caſu accipiuntur, ut quatuor quinq; ſex, &c. nequam, quot, tot, pondo, gummi, nugas. Nota, ſex ſunt formæ caſuales. Monoptota ſunt quæ unum caſum uel unam terminationem habent, ut prædictum eſt. Diptota ſunt quæ duos tantum diuerſos caſus habent, ut fors & forte, uerua & uerubus, nam ueruum in uſu non inuenimus, inquit Priſcianus. Triptota ſunt quæ tres terminationes habent, ut templum. Tetraptota quæ quatuor, ut puer. Pentaptota quæ quinq; terminationes habent, ut dominus. Hexaptota quæ ſex diſtinctas terminationes habent, ut totus, ſolus, unus. Ptotos Græce dicitur caſus, & ſcribitur per omega, unde omnia hæc nomina aptota, diptota, triptota, &c. proprie producunt o, quod tamen uſus uel potius abuſus non ſeruat, ſicut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

etiam in idolum, antiphona, anthropos corripit o, cum iure produceretur. Nota tamen quod pus inuenitur declinatum. Cornel. nepos in uita Attici. Vt extreme tempore per lumbos fiſtulæ puris erumperent. Plinius, Ad puris & ſanguinis excretiones. Prudent. contra gentes. Impreſſam penitus putredine pure pereſam. Pus autem eſt corruptus humor in corpore. Tabes eſt corruptio uel conſumptio, & ſecundum Phocam habet ſolum nominatiuum, accuſatiuum & ablatiuum ſingulares. Legimus etiam genitiuum tabis apud Quintilianum in potione odij. Tabi eſt genitiuus, & tabo ablatiuus, nec habet alios caſus in uſu. Nominatiuus erit tabum, quo uſus eſt Quintilianus in paſtu cadauerum hoc modo. Nunc occurrunt effuſa præcordia & liuidæ carnes, & expreſſum dentibus tabum. Tabum eſt idem quod tabes. Vergilius, In ſtabulis turpi dilapſa cadauera tabo. Fors eſt fortuna uel euentus, quod cum ſuo ablatiuo forte ponitur pro aduerbio. Vergilius, Fors & uota facit.

Pus
Tabes
Fors

Ilia, menia manes ſũt tantũ plu. numeri.

Ilia declinat tibi tertia, nec niſi plura.
Ipſaq́ꝫ plurales declinat menia manes.
Dicamus proceres pluraliter atq́ꝫ penates,
Nec niſi plurali tenebras aut exta notaui.
Arma uel inſidias artus ſponſalia iungas.
Diuitias nuptias dic induciasq́ꝫ minasq́ꝫ.

Proceres, penates, arma, inſidię artus, ſpõſalia, diuitiæ, minæ, nuptiæ, inducię, tenebræ, exta ſunt tantũ plural. numeri.

Hic Alexander ponit aliqua nomina tantum pluralia, quæ ſic diſtinguenda ſunt, nam alia nomina ſunt fœminina primæ declinationis, alia maſculina aut neutra ſecundæ declinationis, alia maſculina, fœminina aut neutra tertiæ declinationis, alia quartæ declinationis. Fœminina primæ declinationis, ſemper pluralia ſunt hæc, Argutiæ ſubtilitates, induciæ ceſſatio breuis in bello. Blanditiæ, ſmiger. Ceremoniæ ſacrificia. Illecebræ delectationes. Feriæ feſti dies. Neceſsitas ferijs caret. Inferiæ ſa-

Blanditiæ
Ceremoniæ
Illecebræ
Feriæ
Inferiæ

riæ ſacrificia pro mortuis. Bigæ duo equi in curru. Quadrigæ quatuor equi in curru. Phaleræ ornamenta. Reliquiæ partes relictæ. Excubiæ cuſtodiæ. Manubiæ ſpolia. Exuuiæ quæ exuuntur. Induuiæ quæ induuntur. Literæ epiſtola. Exequiæ excutiones. Calendæ primæ dies cuiuſq; menſis. Scopæ quibus ſcopatur. Nonæ quintus aut ſeptimus dies cuiuſq; menſis. Nundinæ dies mercandi. Nugæ mendacia uel ineptiæ. Quiſquiliæ purgamenta uel ſordes. Inſidiæ deceptiones. Minæ terrores uel ſummitates muri. Nuptiæ legitima coniunctio maris & fœminæ, Athenæ,Baiæ,Cumæ,Mycinæ,Thebæ,Syracuſæ, Venetiæ, Fidenæ ſunt nomina ciuitatum. Primitiæ primi fructus, uel primæ partes. Decimæ rerum decimæ partes. Thermæ calida balnea. Maſculina nomina ſecundæ declinationis ſemper pluralia ſunt hæc, Cani albi capilli. Cancelli,fori foramina. Superi qui ſuperius ſunt. Inferi qui inferius ſunt. Liberi filij legitimi. Poſteri poſt nos uenturi. Philippi,Gabij,Parrhiſij,Puteoli,Fundi,Rubricarpi,Circei,ſunt nomina ciuitatum. Neutra ſecundæ declinationis tantum pluralia. Arma inſtrumenta. Exta quædam inteſtina. Præcordia loca iuxta corda. Multicia ueſtimenta mollia. Crepundia quibus pueri ludunt. Cunabula vougge. Compita qua multæ uiæ conueniunt. Equirea ludi,in quibus equi currebant certatim. Munia, id eſt,officia. Teſqua loca inculta. Dionyſia feſta Bacchi. Latina quædam feſta Romana. Oſtia,bactra,cythera, ſolyma, artaxata ſunt propria nomina locorum.Maſculina & fœminina tertiæ declinationis ſemper pluralia. Antes ſaxa ante ædificia. Sales urbani ioci. Cœlites cœleſtes Dij. Natales progenitores. Proceres principes. Maiores progenitores. Minores poſteri. Optimates optimi ciues. Pugillares tabulæ cæratæ. Lemures ſpiritus nocturni.Sentes Spinæ.Vires krafft.Gades inſula Hiſpaniæ. Grates tack. Crates connexio. Fores ianua,hoc tamen ſingulariter legitur. Neutra tertiæ declinationis tantum pluralia. Ilia inteſtina,induoller. Menia

muri

Bigæ
Phaleræ
Reliquiæ
Excubiæ
Manubiæ
Calendæ
Scopæ
Nonæ
Nugæ
Inſidiæ
Nuptiæ
Nomina ciuitatum
Primitiæ
Decimæ
Thermæ.
Nomina maſcu. ge. plural. nu. tantum.
Nomina neut. gen. plural. nu. tantum.
Arma
Exta
Multicia
Cunabula
Equirea
Munia
Teſqua
Noiã maſ. gen.& fœ. plu. num. tantum.
Noiã neu. gen. tertiæ declin. plu. nu. tantũ.
Ilia
Menia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sponſalia

muri ciuitatis. Sponſalia promiſſiones nuptiarum. Menalia domus ruſticæ. Mapalia idem. Viſcera carnes aut inteſtina. Megaleſia ludi circenſes. Quinquatria feſta Palladis. Saturnalia feſta Saturni. Bacchanalia feſta Bacchi. Compitalia feſta Compitorum. Parentalia ſacrificia pro parentibus defunctis.

Quarta declination. duo ſunt pluralia tantum

Quartæ declinationis duo ſunt nomina ſemper pluralia. Artus, id eſt, oſſa uel membra, & Idus quidam dies in menſibus. Lucanus tamen ſingulariter protulit artus, dicens, Tunc omnis palpitat artus. Inde articulus, id eſt, paruus artus. Item morbus articularis dicitur podagra uel ciragra. Deartuare eſt frangere artus abinuicem, uel decerpere.

Cornu
Genu
Veru

Cornua mutatur, ſed cornu non uariatur.
De genibus uerubus normam ſeruabis eandem.

Nomina quartæ declinationis in u deſinentia non declinantur in ſingulari numero, ſed tantum in plurali, quod etiam ſupra dictum eſt (V non mutabis, &c.) Et putant aliqui quod omnia alia in u carent plurali, præter tria in textu poſita, quod falſum eſt, quia Phocas grammaticus ponit etiam pecua a pecu, ſpecua a ſpecu, tonitrua a tonitru. Plautus, Non didici pecua ruri paſcere. Idem ponit artua pro artu, Ego huius oſſa atq; artua comminuam. Quædam carent plurali numero, ut aſtu & gelu, quod ſuperius dixit in textu.

Cornu

Cornu horn. Corniculum eſt paruum cornu. Vnde bicornis tricornis, id eſt, duo & tria cornua habens, ut furca bicornis.

Genu

Genu kne. Geniculum, id eſt paruum genu. Geniculari, id eſt, flectere genua. Genua genuæ eſt ciuitas Liguriæ. Veru ſupra in quarta declinatione. Priſcianus tamen dicit genitiuum ueruum non eſſe in uſu.

Pecu
Specu
Aſtu
Artu
Gelu

Pecu, id eſt, pecus. Specu, id eſt, ſpecus. Aſtu, id eſt, aſtus uel calliditas. Artu, id eſt, artus. Gelu, id eſt, frigus. Inde gelidus, id eſt, frigidus. Gelare, id eſt, frigore conſtringi.

Necis, præcis, dapis, uicis carent ntõo & utõ.

De nece deq; prece dic quod rectis caruere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Primus, atq; dapem ſocia uice iungis eiſdem.

Hæc quatuor nomina, necis, precis, dapis & uicis carent nominatiuis & uocatiuis ſingularibus ſecundum uſum. Quibus Phocas addit frondis, remigis, uerberis & opis pro auxilio. Quandoq; tamen inueniuntur iſtorum nominatiui apud ueteres. Cicero, Inſidiatori & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? Liuius Androni. Quæ hæc daps eſt, quis feſtus dies. Nex eſt necatio uel interfectio. Preces ſunt orationes. Inde precor, id eſt, rogo. Precarius, id eſt, precibus acquiſitus. Dapes ſunt lautiores epulæ. Vices ſunt tempora, ut cantemus per uices. Capitur etiam pro loco, ut faciam uice tua, id eſt, pro te. Item pro fortuna. Tullius, Reipublicæ uicem doleo. Viciſſim aduerbium ſignificat per uices, ut legamus uiciſſim. Vicarius, id eſt, uicem alterius ſeruans, ut, ſi ipſe uenire non potes, mitte uicarium. Viciſſitudo, id eſt, mutatio per uices. Terentius, Omnium rerum uiciſſitudo eſt.

Nex
Preces
Dapes
Vices

Vis uim uiq; dabit, ſed nec plurale tenebit. Vis

Plus neutri generis, ſed in obliquis tene omne, Plus

Plurali numero penitus genus omne tenebit.

Priſcianus dicit uis habere in genitiuo huius uis, & nihil dicit de huius nominis defectu in ſingulari numero. Vnde plus quod in ſingulari habeat omnes caſus ſub tribus terminationibus, ſicut multa alia nomina in is, plurali uero caret, licet Saluſtius poſuerit uis in accuſatiuo plurali, teſte Priſciano. Nam uires eſt aliud nomen carens ſingulari ſecundum Priſcianum. De nomine plus idem autor dicit libro 7. quod nominatiuus eius ſit neutri generis, ſicut omnis comparatiuus in us, ſed genitiuus datiuus & ablatiuus ſingulares ſunt omnis generis, & quod ablatiuus eius ſit plure uel pluri. Ergo ſecundum Priſcianum plus in ſingulari ſicut in plurali numero habet omnes caſus. De accuſatiuo ſingulari dubium eſt, de quo Priſcianus nihil dicit. Aliqui dicunt accuſatiuum eſſe

ſimilem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſimilem nominatiuo, ut ſit tantum neutri generis. Alij uero dicunt hunc & hanc plurem & hoc plus, ſed omnes hi caſus ſingulares in uſu raro ſunt, præter plus & pluris. Philel. in epiſtola utitur ablatiuo pluri. Vis eſt robur. Horat. Vis conſilij expers mole ruit ſua, uim temperatam dij quoq; prouehunt. Vis eſt etiam uiolentia. Seneca, Per uim facta non ſunt rata.

Interrogatiua, Diſtributiua, Relatiua, Negatiua, Infinita carent uo͡c. Omnis

QVæ quærunt quæ diſtribuunt referuntq; negantq;.
Infinita quoq; caſu caruere uocante.
Aſt Omnis collectiuum ſeruat tibi quintum.

Nomina quæſitiua uel interrogatiua, ut quis, uter diſtributiua, ut omnis, quicunq;, relatiua, ut qui, qualis, negatiua, ut nullus, nemo, infinita, ut aliquis, ſiquis, carent uocatiuo. Nota quis qualis quantus cuius cuias, quotus quot accipiuntur tripliciter, primo interrogatiue, ſecundo relatiue, tertio infinite. Infinitum nomen (ut ait Priſcianus) eſt interrogatiuo contrarium, ut quis qualis quantus cum proferuntur graui accentu, id eſt, quis pro aliquis, qualis pro qualiscunq;, &c. Dialectici uero infinita dicunt, ut non homo, non canis, &c. Nomen diſtributiuum eſt idem quod ſignum uniuerſale, ut omnis quicunq;, uterq; ambo, nemo neuter. Omnis accipitur duobus modis, uno modo diſtributiue quando terminum communem cui additur, facit ſtare pro omnibus ſuis inferioribus, ut omnis homo eſt animal, & ſic caret uocatiuo. Alio modo capitur collectiue, & hoc tantum in plurali numero, & ſic habet uocatiuum, ut omnes ſancti martyres obdormiuerunt in Domino.

Omnia pronomina carent uocatiuo, exceptis quatuor

Quatuor exceptis pronomina nulla uocabis.
Tu meus & noſter noſtras habuere uocantes.

Nullum pronomen habet uocatiuum, præter hæc quatuor, tu meus noſter & noſtras, quæ habent uocatiuum no-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uum nominatiuo ſimilem, excepto meus, quod habet mi, quia olim pro meus dicebatur mius, ut docet Priſcianus. Eſt tamen triplex mi. Primum eſt datiuus ſyncopatus ab ego. Vergilius, Eſt mi genus a Ioue ſummo, id eſt, mihi. Alterum mi eſt uocatiuus a meus. Terentius, Mi Aeſchine o mi Germane. Tertium mi eſt interiectio blandiendi, in libro Ruth. Reuertere filia mi. Item apud Plautum, Mi homines, mi ſpectatores, Item legitur meus pro mi, ut ibi, Popule meus quid feci tibi.

Tres in plurali caſus os oris omittit.
Et far ius thus rus illi ſociare ſolemus. Os, Es, Far, Thus, Lus, Rus.

Nomina in textu poſita carent tribus caſibus in plurali numero, ſcilicet genitiuo, datiuo & ablatiuo. Et adduntur eis ſecundum Priſcianum mare, mel, ordeum, uinum, licet marium & maribus legatur. Et uinis ponat Ouidius. Et Venus in uinis, ignis in igne fuit. Sed & illa quæ ponit Alexander, quandoq; leguntur in illis caſibus. Plinius libro xx. Vitia orium graueolentiamq; ſanare affirmat Cato. Vergilius, Componens manibusq; manus atq; oribus ora. Plautus, Omnium legum atq; iurium fictor. Vocabula habes ſupra. Memento quoque quod multa nomina quintæ declinationis carent his tribus caſibus, ut ſupra dictum eſt (Deſunt plurali.)

Terra fit ops, & auarus opes, ſed opem petit æger.

Ops ut ait Alexander in nominatiuo ſingulari ſignificat terram, in obliquis ſingularibus ſignificat auxilium, & in plurali diuitias. Ops Opis Opi Opem Ops Ope, eſt proprium nomen mulieris, quæ fuit filia cœli & uxor Saturni. Alio nomine Rhea, quæ habita fuit Dea terræ, unde pro terra ponitur, hinc opis opi opem, &c. & in utroq; num. pro auxilio, quod nomen aliqui ducunt carere ntõ. Alij uero dicunt opis eſſe nominatiuum, cui Ops
ſimilem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſimilis eſt genitiuus. Vergilius, Nec ſpes opis ulla dabatur. Idem, Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra Eueniunt. Horat. Donec minor in certamine longo implorauit opes hominis. Ecce hic in plurali ſignificat auxilia. Etiam opis ſignificat poſſibilitatem. Verg. Grates perſoluere dignas Non opis eſt noſtræ. Opes pluraliter ſignificat diuitias. Boetius, Non expleturas cogat auarus opes. Inde opulentus, id eſt, ualde diues. Etiam opes ſignificat
Opitulor auxilia, ut iam dictum eſt. Opitulor ſignificat auxilior
Inops uel opem fero. Inops eſt adiectiuum, ſignificans ſine opibus aut ſine terra.

Lens lendis capiti, lens lentis conuenit ori.

Frons frondis folium, frons frontis fit capitis pars.

Caſſis idis galea, capitur fera caſſe retenta.

Lens lendis eſt uermiculus capitis, aut ueſtium. Lens huius lentis eſt quoddam legumen. Verg. Nec peluſiacæ
Lens curam aſpernabere lentis. Inde lenticula, id eſt, parua
Lentigo lens, & uaſculum cui imponitur oleum. Lentigo eſt macula in facie ad ſimilitudinem lentis. Huic nomini ſimile eſt frons, quia frons frondis eſt folium arboris, aut ramus cum folijs. Frons frontis eſt anterior pars capi-
Frons tis. Iuuenal. Fronti nulla fides. Ponitur pro uerecundia, ut dicitur ibi, Et princeps effrons. Caſſis huius caſſidis
Caſsis ſignificat galeam, & eſt fœminini generis. Statius, Capiti tremit ærea caſsis. Caſsis ſine creſcentia maſculini generis, ſignificat rete uenatorum, & raro legitur in ſingulari. Ouidius, Incidit in caſſes præda petita meos. His nominibus non adduntur glans & glis & glos, quia illa non uariant obliquos, ut habes in primo capitulo.

Hic dat & hæc hoſpes, hæc hoſpita ſoſpita ſoſpes.

Hoſpes & ſoſpes ſunt communis generis, & quandoq; etiam neutri, ut dicetur in generibus, & tamen habent fœminina

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

fœminina per a. Ouid. Acta per æquoreos hoſpita nauis aquas. Iſtis addunt antiſtes, dux & ſacerdos, quæ cum ſint communis generis, etiam habent fœmininum per a. Ouid. Tractisq; comis antiſtita Phœbi. Item dux facit fœmininum duciſſa, ſacerdos ſacerdotiſſa, quod nomen uſurpat Aulus Gellius. Nota, hoſpita & inhoſpita, ſunt etiam adiectiua pluralia neutri generis. Statius, Hoſpita ne ſubito terreret mœnia cœtu, Naſo: Arcados hinc ſedes & inhoſpita tecta tyranni Ingredior. Hoſpes eſt amicus in alio loco habitans, ad quem libere poſſumus accedere & grati eſſe. Hoſpitium eſt beneuolentia inter hoſpites, hoſpitari, hoſpitio ſuſcipere aut ſuſcipi. Hoſpitalis qui multos hoſpitatur. Inhoſpita loca, ubi nemo hoſpitio accipitur. Soſpes, id eſt, ſanus. Soſpitas ſanitas. Antiſtes, id eſt, præſul aut ſacerdos.

Hoſpes
Hoſpitiũ
Soſpes
Antiſtes

Veſper re ra rum pars eſt extrema diei.

Veſper
Veſpere
Veſpera
Veſperum
Veſper

Nunc Alexander ponit quædam nomina diuerſas terminationes habentia pro eodem ſignificato, ut hic ueſper hæc ueſpera hoc ueſperum, & hoc ueſpere, ſignificant finem diei, uel principium noctis. Veſper etiam ſignificat ſtellam ueſpertinam, qui & ueſperugo uocatur & heſperus. Verg. Ite domum ſaturæ uenit heſperus ite capellæ. Item ueſper ſecundum Perottum quandoq; capitur adiectiue, & tunc eſt idem quod ueſpertinus. A ueſper fit aduerbium ueſperi. Terentius, Nunquam tam mane egredior, neq; tam ueſperi domum reuertor, &c. Veſpertina eſt cibus ueſpertinus. Veſpertilia eſt auis uolans ueſpere, fledermuſſ. Veſpillo, qui cadauera ueſpere effert ad ſepulchra. Martialis, Nuper erat medicus, nunc eſt ueſpillo Diaulus.

Veſpertina
Veſpertilio
Veſpillo

Tignus uel tignum declinas piſaq; piſum.

Cornus uel cornu dices, tonitrus tonitruue.

Hic glomus atq; glomi, glomus hoc glomeris ſibi iungit.

Tignus uel tignũ
Piſa uel piſum.
Cornus uel cornu.
Glomus glomi uel glomeris

Hic ponuntur nomina habentia diuerſas terminationes nominatiui, & diuerſa genera ſub eodem ſignificato. Et multa ſunt eiuſmodi, de quibus ordine dicetur. Sequentia nomina indifferenter deſinunt in us uel in um.

Tignus / Curriculus / Iubilus / Baculus / Carrus / Cubitus / Guttus / Theſaurus / Commentarius / Chirographus / Peribolus / Dipõdius / Cryſtallus

Tignus uel Tignum aptum ædificio. Inde tigillum, id eſt, paruum tignum. Curriculus uel lum, eſt curſus, currus eſt ſpacium in quo curritur. Iubilus uel lum, uox lætantis. Baculus uel lum, kiep. Inde bacillus uel lum. Carrus uel rum, kier. Cubitus uel tum, ulna uel utriuſq; manus extenſio. Guttus uel tum, eſt uas anguſto ore. Theſaurus uel rum, eſt theca pecuniæ uel ipſa pecunia uel repoſitorium. Commentarius uel rium, ſcriptura aut liber aut interpretatio. Chirographus uel um, ſcriptura manus propriæ. Peribolus uel lum, id eſt, circumitus. Dipondius uel ium, duo pondo. Cryſtallus uel lum, kriſtal. Item quædam nomina arborum, ut hebenus, taxus, buxus, papyrus uel um. Item herbarum nomina, ut crocus, coſtus, hyſſopus, nardus uel um. de quibus in generibus.

Sequentia nomina deſinunt in a & in um.

Piſa / Cingula / Piſtrina / Textrina / Poſtica / Margarita / Spica / Menda / Cruſta / Ganea / Buccina / Rapa / Symbola

Piſa uel piſum eſt legumen notum. Item Piſa urbs in Græcia. Cingula uel lum, belte. Ouidius, Vt noua uelocem cingula lædit equum. Piſtrina uel num, ubi pinſitur. Textrina uel num, ubi texitur. Poſtica uel cum, poſterior ianua. Inde poſticus adiectiue pro poſterior. Margarita uel tum, lapis precioſus, perle. Spica uel cum in quo naſcitur frumentum, axe. Menda uel dum, id eſt, macula uel uitium uel error. Cruſta uel ſtum, res dura, ſed cruſtum eſt rei eſibilis, cruſta alterius. Ganea uel eum, locus turpitudinis uel luxuriæ. Buccina uel num, tuba. Rapa uel pum, roue. Symbola uel lum, id eſt, collatio, de hoc ſuperius in ſecunda declinatione.

Sequentia nomina deſinunt in um uel o.

Contagiũ / Conſortium / Alluuium / Colluuiũ

Contagium uel contagio, id eſt, contactus & macula uel corruptio. Conſortium uel conſortio, id eſt, ſocietas. Alluuium & alluuio, id eſt, ablutio. Colluuium & colluuio & colluuies eſt collectio ſordium. Item ta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

petum, uel tapes tapetis patuit ſupra ibi (Es longam mutabis, &c.)

Iſta ſunt primæ declinationis in a, uel quintæ in es.

Nequitia & nequities, luxuria & es, maceria & es, materia & materies, ſæuitia & es, De quibus uide in quinta declinatione. Sunt etiam quæ deſinunt in es & o ſemper tertiæ declinationis, ut: Compages compago, id eſt, compoſitio. Ambages & ambago, id eſt, circumitio. Indages & indago, id eſt, inquiſitio. Sunt alia quæ deſinunt in us & o, ut pauus & pauo, auis nota, paafful. Strabus uel ſtrabo, qui obliquos habet oculos, ſkiel. Capus & capo dicitur gallus caſtratus. Scorpius ſcorpio, uermis cauda uncata, & quoddam flagellum nodoſum. Item quædam nomina quartæ declinationis deſinunt in us & u, ut cornus cornu, tonitrus tonitru, aſtus aſtu, artus & artu, ſpecus & ſpecu, penus & penu, quæ ſuperius ſunt interpretata. Item hic glomus glomi, & hoc glomus glomeris, eſt globus filorum. Glomerare facere glomos uel congregare & adunare. Perottus ſcripſit glomer glomeris. Item glomus glomi eſt panis rotundus ad modum glomi.

Compages
Ambages
Indages
Strabus
Capus
Scorpius

Ambo duoq; mari faciunt neutrum aſsimulari.
Par primo quintus, orumq; tenet genitiuus.
Sæpe duum dabimus neutro, ſi ſyncopa fiat.
Cum terno ſextus facit obus, & os ſociamus.
Quarto ſed neutrũ formabis in o quaſi primũ.
Prorſus fœmineum datur ad morem dominarũ

Ambo
Duo

Ambo & duo ſunt heteroclita, quia non ſequuntur aliquam certam declinationem, niſi in fœminino genere, & ſunt tamen pluralis numeri. Neutrum genus ſimulatur maſcul. in nominatiuis, genitiuis, datiuis & ablatiuis, quia ſicut in maſculino genere dicitur hi ambo duo, horũ amborum duorum, his ambobus duobus. Sic etiã in neu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tro genere, ut duo uiri, duo animalia. Ambo caret uocatiuo cum diſtributiuum. Duum pro duorum per ſyncopam dicitur non ſolum in neutro genere, ſed etiam in maſculino. Prudentius de ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, Diuidit oſſa duum Tybris ſacer ex utraq; ripa. Iuuencus, Medioq; duum me ſtare neceſſe eſt. Plinius, Duum pedum longitudine. Duo in accuſatiuo maſculino habet non ſolum duos, ſed etiam duo. Horat. Duo ſi diſcordia uexat inertes. Fœminina eorum, ſcilicet, ambæ & dúæ declinantur ſicut dominæ dominarum.

Tertium capitulum eſt de tribus gradibus comparationis

HVnc gradibus ternis qui comparat ire notabit.
De primis ambos debes formare ſupremos.

Tres ſunt gradus comparationis, ſcilicet poſitiuus, comparatiuus & ſuperlatiuus. Comparatiuus autem & Superlatiuus formantur à poſitiuo, ſicut infra patebit. Nam illa eſt materia huius capituli, docere quomodo nomina comparantur. Nota quod ſunt quædam comparationes imperfectæ, quæ non habent tres gradus, ut ocyor ociſsimus, carent poſitiuo latino, quia formantur a Græco nomine ocys, quod eſt uelox. Temperior eſt ſolus comparatiuus, ſignificans idem, quod tempeſtiuior. Vnde temperius, uel ut alij ſcribunt temporius, id eſt, tempeſtiuus. Ouid. Modo ſurgis eo temporius cœlo modo ſerius incidis undis. Item ſunt quæ carent ſuperlatiuo, ſunt quæ carent comparatiuo, ut infra dicetur.

Eſt adiectiuis graduum collatio talis.
Dum ualet augeri ſua proprietas minuiue.

Sola adiectiua ſignificantia qualitatem, quæ poſsit augeri aut minui, comparantur, ut albus, niger, magnus, bonus, ſimilis, prudens. Sed omnis, nullus, primus, unus, &c. non comparantur, quia non ſignificant proprietatem, quę poſsit augeri uel minui. Quandoq; tamen etiam

ſubſtantiua

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſubſtantiua comparantur, ſcilicet, quando accipiuntur pro adiectiuis, ut Salomon Salomonior, pro ſapiens, Punus punior apud Plautum, pro callidus, nam punus dicitur apher, & aphri ſunt callidi. Item à pronomine ipſe, Plautus fecit ſuperlatiuum ipſiſsimus. Sunt etiam uariæ partes orationis quæ ſupplent uicem poſitiui, ut dicetur ibi (Verbum quandoq;) Conferre quandoq; ſignificat comparare. Inde collatio in hoc loco eſt idem quod comparatio. Etiam collatio eſt collocutio uel contributio.

Conferre) Omnis poſitiuus eſt ſecundæ uel tertiæ declinationis.

Declinat terna poſitiuum ſiue ſecunda.
Si tibi declinat poſitiuum norma ſecundæ,
Taliter inde gradum debes formare ſecundum.
I breuies quam dat genitiuus, & or ſuper addes.
Ternæ conſimili formabunt more datiui.
Inde ſiniſterior & iunior excipiantur.
Et potis & nequam aliam præbent tibi formā.

De formatione comparatiui a poſitiuo ſecundæ declinationis

De formatione comparatiui a poſitiuo tertiæ declinationis

Omnis poſitiuus principialis aut eſt ſecundæ declinationis aut tertiæ. Si ſecundæ, facit comparatiuum a genitiuo ſingulari correpta i, & addita or, ut albus albi albior, niger nigri nigrior. Excipiuntur ſiniſter, quod facit ſiniſterior, cum ſecundum regulam faceret ſiniſtrior. Excipiuntur etiam, bonus, malus, magnus, paruus & multus, de quibus inferius. Si autem poſitiuus fuerit tertiæ declinationis, format comparatiuum a datiuo correpta i, & addita or, ut ſimilis ſimili ſimilior, diues diuiti diuitior, fœlix fœlici fœlicior, dis diti ditior. Excipiuntur iuuenis, quod per ſyncopam facit iunior, cum faceret iuuenior, potis potior, & nequam nequior. Nequam eſt indeclinabile, ergo non poteſt regulariter facere comparatiuum. Item potis ſecundum Seruium eſt indeclinabile, quare obliqui eius non leguntur. Priſcianus autem putat, quod potis ſecundum uocem comparatur regulariter, ſed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ter, ſed irregulariter ſecundum ſignificationem, quia potis eſt idem quod potens. Verg. Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo. Sed potior ſignificat melior, & potiſsimus optimus. Perſius, Quis potior iudex, puerisue quis aptior orbis? Item potius aduerbium ſignificat magis. Horat. Hic tibi ſit potius quam tu mirabilis illi. Potiſsimum, id eſt, maxime, Terent. Vbi tu dubites quod ſumas potiſsimum. Excipiuntur etiam à priore parte regulæ nomina, dicus, ficus, loquus & uolus deſinentia, formata a uerbis dico, uolo, facio & loquor, ut maledicus maledicentior, magnificus magnificentior, beneuolus beneuolentior, uaniloquus uaniloquentior. Et ſimiliter faciunt ſuperlatiuum, ut munificentiſsimus, beneuolentiſsimus. Quidam excipiunt etiam hæc nomina, amicus, inimicus, pudicus, impudicus & ſpurcus, dicentes, quod comparatiuus aſſumat unam ſyllabam, ut amicus amicitior, pudicus pudicitior. Sed ſæpe legimus hæc facere comparatiuum regularem. Tullius, Nemo ex illis erat te mihi amicior. Sta. Illum præſagis quo nullus amicior aſtris. Maledicus i curta dicitur qui maledicit. Falſidicus qui falſum dicit. Veridicus qui uerum dicit. Magniloquus qui magna loquitur. Multiloquus qui multa loquitur. Beneuolus, id eſt, bene uolens nobis. Maleuolus qui male uult alicui. Multiuolus qui multa uult. Catul. Multiuola eſt mulier. Pudicus i longa, id eſt, caſtus. Spurcus, id eſt, turpis, immundus.

Maledicus
Falſidicus
Veridicus
Magniloquus
Multiloquus
Beneuolus
Maleuolus
Pudicus
Spurcus.

De formatione comparatiui a poſitiuo improprie

Verbum quandoq; , uel quæ ſunt præpoſitiui
Voces, audiui ſupplere uicem poſitiui.
Formæ conſimilis aduerbia ſæpe uidebis.
Participans iungis quod tunc pro nomine ſumis.
Detero poſt extra pridemq; uel ante uel infra.
Intra uel citra ſapiens ultra prope ſupra.

Verbum aduerbium præpoſitio quandoq; ſupplent uicem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uicem poſitiui deficientis. Verbum, ut detero deterior deterrimus. Aduerbium, ut pridem prior primus, ſæpe ſæpior ſæpiſsimus. Præpoſitio, ut ante anterior, poſt poſterior poſtremus, infra inferior infimus, citra citerior citimus, prope propior proximus, &c. Addit Alexander quod participia nominaliter poſita etiam comparantur, ut amans amantior, doctus doctior ſimus. Nota tantum unum eſt uerbum, quod ponitur loco poſitiui, ſcilicet, detero, nam potior potiſsimus fiunt a nomine potis, ut prædictum eſt, non a uerbo potior. Et pauca ſunt aduerbia, quæ ſupplent uicem poſitiui, ſcilicet pridem, ſæpe & penitus penitior, tamen penitus etiam nomen eſt ſignificans id, quod internus. Vnde Plautus ait: Ex penitis faucibus. Præpoſitiones ſunt, quæ ponuntur in textu. Attamen leguntur multa uetuſta nomina poſitiua, quorum locum ſupplere dicuntur hæc uerba, aduerbia & præpoſitiones. Nam à uerbo detero, inquit Perottus, fit nomen deter, era, erum. id eſt, deterius, unde comparatiuus deterior, id eſt, minus bonus, & ſuperlatiuus deterrimus, minime bonus. Item inuenitur exter, unde fit exterior, & citer, unde citerior, & poſterius, unde poſterior. Horat. Poſtera lux oritur multo gratiſsima nobis. Detero ſignificat aufero uel deſtruo, & eſt compoſitiuum a tero. Plinius, Nimia cura deterit magis quam emendat. Poſt effter, ut tu poſt carecta latebis. Pridem, id eſt, nuper. Etiam ſignificat diu. Inde quampridem, id eſt, quamdiu. Infra, vnder, cui apponitur ſupra. Intra, inden, cui opponitur extra. Horat. Iliacos intra muros pugnatur & extra. Citra, neden, cui opponitur ultra. Et quandoq; ſunt aduerbia. Quintilianus, Melius ultra quam citra ſtat oratio. Nota participia futuri temporis non comparantur, quanquam in dus deſinentia nunc comparat abuſus quandoq;.

Detero · *Poſt* · *Pridem* · *Infra* · *Intra* · *Citra*

Vsq; ſecunda tenens, ſuperantem de genitiuo.
Sic format, iunges s, atq; ſimus ſuperaddes.

De formatione ſuperlatiui a poſitiuo ſecundæ declinationis in us

Quando poſitiuus eſt ſecundæ declinationis, & ter-

minatur in us, ſuperlatiuus fit a genitiuo poſitiui, addita s & ſimus, ut blandus blandi blandiſſimus, doctus docti doctiſsimus. Excipiuntur hinc bonus, malus, magnus, paruus & multus, quæ irregulariter comparantur, ut infra patebit. Excipiuntur etiam maledictus maledicentiſſimus, beneuolus beneuolentiſsimus, beneficus beneficentiſsimus, &c. de quibus ſupra. Item ſecundum Priſcianum excipitur maturus faciens maturrimus, licet & Cicero poſuerit maturiſsimus. Excipitur etiam celſus celſior ſummus, quod falſum eſt, quia celſiſsimus eſt ſuperlatiuus huius nominis. Tullius in oratione pro Sylla. In hanc celſiſsimam ſedem dignitatis & honoris. Columella: Iudææ gentis hominem proceriorem celſiſsimo Germano. Apuleius, Vides ne inſiſtentem celſiſsimæ illi rupi montis ardui uerticem?

De formatione ſuperlatiui a poſitiuo ſecundæ declinationis in r

Cum tenet r rectus, rimus eſt illi ſociandus.
Excipias dexter, quod dat timus atq; ſiniſter.

Quando poſitiuus ſecundæ declinationis in er deſinit, ſuperlatiuus fit a nominatiuo poſitiui, addendo rimus, ut tener tenerrimus, piger pigerrimus. Excipiuntur dexter & ſiniſter, quæ faciunt dextimus & ſiniſtimus. Saluſtius. Sylla cum equitatu apud dextimos erat. Perottus tamen in Cornucopiæ ſcripſit dexterrimus eſſe ſuperlatiuum a dexter. Dextimus autem & ſiniſtimus apud ueteres poni pro dexrer & ſiniſter. Additur exterior extimus. Boetius, Polum relinquat extimum. Plautus, Factus ſum quaſi extimus a uobis. Quidam etiam ſatur ſaturiſsimus faciens, & non rimus.

De formatione ſuperlatiui a poſitiuo tertiæ declinationis

Facilis
Agilis
Gracilis
Humilis
Similis

In terna formo ſimus addens cum genitiuo.
Sed tamen er recti ſibi uult rimus aſſociari.
Dant tibi quinq; limus, quę ſignat dictio fagus.
Et ſua compoſita ſunt illis aſſocianda.

Quando poſitiuus eſt tertiæ declinationis, ſuperla-

tiuus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tiuus fit a genitiuo ſingulari addendo ſimus, ut a fortis fortiſsimus, locuples locupletis, locupletiſsimus, audax audacis audaciſsimus. Excipiuntur quædam nomina in er, quæ formantur a nominatiuo addendo rimus, ut pauper pauperrimus, acer acerrimus. Similiter faciunt nomina in bris communis generis, quia illa deſinunt in ber, ut celebris celeberrimus. Excipitur etiam uetus, quod facit ueterrimus. Vergil. Ingens ara fuit iuxta ueterrima laurus. Nam olim dicebatur ueter pro uetus, teſte Priſciano. Excipiuntur etiam quinq; nomina notata per dictionem fagus, ſcilicet, facilis, agilis, gracilis, humilis, ſimilis, quæ cum ſuis compoſitis faciunt ſuperlatiuum in limus per duplex l, ut facillimus, difficillimus, ſimillimus, &c. Vergilius, Circum & quæ ſit fortuna facillima tentat. Idem, Ipſa ingens arbos faciemq; ſimillima lauro. Quibus addit Laurentius Vallen. docilis docillimus.

Facilis
Facilis, læt. Terent. Nulla res tam facilis eſt quin difficilis fiat, ſi inuitus facias. Perfacilis, id eſt, ualde facilis. Difficilis non facilis. Tull. Amanti nihil eſt difficile.

Agilis
Agilis dicitur leuis & mobilis, & qui facile ſe agit, id eſt, mouet. Agilitas leuitas mobilitas.

Gracilis
Gracilis, id eſt, tenuis, non craſſus. Gracilis puer inquit Horatius, Gracilitas, id eſt, tenuitas.

Humilis
Humilis, id eſt, non altus, ut humilis herba. Vergil. Non omnes arbuſta iuuant humileſq; miricæ. Ita dicitur humilis homo, id eſt, modicæ autoritatis & uilis. Humilis etiam dicitur, qui ſeipſum uilem putat, uel qui non eſt ſuperbus.

Similis
Similis, id eſt, eiuſdem qualitatis. Perſimilis, id eſt, ualde ſimilis. Diſsimilis, id eſt, non ſimilis. Abſimilis idem ſignificat.

Docilis.
Docilis, id eſt, aptus doceri, uel qui facile obedit, aut credit docenti. Quintil. Diſcipulorum eſt præbere ſe dociles. Indocilis, id eſt, non docilis, qui doceri non poteſt.

De formatione ſuperlatiui a poſitiuo improprio.

Dat remus ſupra, cui poſt ſociatur & extra.
Solus erit minimus, faciunt ximus prope magnus.
Datq; timus citra bonus intra iungitur ultra.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Infimus eſt ſolus de pridem ſit tibi primus.

Priſcianus ait, quod octo ſunt formæ uel terminationes ſuperlatiuorum, quarum duæ ſunt principales, ſcilicet ſimus & rimus, ſex aliæ ſunt iſtæ, remus limus mimus timus & ximus. De ſimus limus & remus iam dictũ eſt. Addit nunc Alexander quod tres ſuperlatiui deſinunt in remus, ſcilicet, ſupremus à ſupra, poſtremus à poſt, extremus ab extra, licet etiam legatur extimus, ut ſupra patuit. Subdit quod unus eſt ſuperlatiuus in nimus, ſcilicet, minimus à paruus. Duo ſunt in ximus, ut proximus à prope, maximus à magnus. Item ſex ſuperlatiua in timus, ſcil. dextimus à dexter, ſiniſtimus à ſiniſter, citimus à citra, optimus à bonus, intimus ab intra, & ultimus ab ultra. Vnus etiam eſt ſuperlatiuus in ſimus deſinens, ut ab infra infimus. Pridem habet ſuperlatiuum primus i producta, cum omnes alij ſuperlatiui corripiant i ante mus.

Supremus

Supremus dicitur ſummus, uel qui eſt maxime ſupra. Etiam dicitur ultimus. Terentius, Si id facis, hodie poſtremum me uides. Inde poſtremo aduerbium.

Extremus

Extremus, id eſt, ultimus, Horatius, Occupet extremum ſcabies, Eſt etiam maximus. Saluſtius, Fruſtra niti & nihil aliud ſe fatigando niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt.

Proximus

Proximus, id eſt, maxime propinquus, quod nomen licet ſit ſuperlatiuum, tamen accipitur pro poſitiuo, & facit de ſe comparatiuum, ſcilicet proximior, quo utitur Vlpianus iureconſultus, & Vegetius. Proximior dextra ſit quæ plagam poſsit inferre.

Citimus

Citimus, qui eſt maxime citra, id eſt, ab hac parte uel proximus. Tullius, Luna ultima à cœlo citima terris luce lucebat aliena. Intimus, id eſt, maxime intra. Terent. Ipſe mihi Dauus qui intimus eſt eorum conſilijs dixit.

Vltimus

Vltimus qui eſt maxime ultra, den ſyſte. Accipitur pro primo. Vergilius, Tu ſanguinis ultimus autor.

Infimus

Infimus qui eſt maxime infra, non ſolum loco, ſed etiam qualitate. Terentius. Tace tu, quæ ego eſſe infra infimos omnes puto homines.

Res bo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

> De comparatione irregulari, quantum ad comparatiuum & ſuperlatiuum

Res bona, res melior, res optima, res mala peior.
Peſsima, res magna, res maior, maxima rerum.
Parua minor minima dic, multus plurimus addes.
Plus pluris neutro, totum plurale teneto.

Hic ponit quandoq; nomina quæ irregulariter comparantur, ſcilicet, bonus melior optimus, malus peior peſsimus, magnus maior maximus, paruus minor minimus, multus plurimus, quod in nominatiuo ſingulari caret comparatiuo, præterquam in neutro genere, ubi dicitur multum plus plurimum, nam in obliquis & in plurali eſt integra comparatio, quia plus habet omnes obliquos, ut ante patuit. Oroſius, Gregorius, Boetius & Iſidorus ſcripſerunt paruiſsimus pro minimus, quod tamen non habet autoritatem ueterum. Nota quod aduerbia, quæ formantur à nominibus adiectiuis, comparantur ſicut ipſa nomina, ut à doctus fit docte doctius doctiſſimum uel doctiſsime, à clemens fit clementer clementius clementiſsimum uel clementiſsime. Item à bonus melius optimum uel optime. A malus male peius peſsimum uel peſsime. A magnus magne magis maximum uel me. A paruus parue minus minimum uel minime. A multus multum plus plurimum.

> De comparatione irregulari, in qua nõ eſt comparatiuus, niſi per ſuppletionem

I uel u ſi præit us ſequitur magis & poſitiuus.
Aut u ſi præit is, tenuis fiet tibi teſtis.

Poſitiua in us deſinentia, quæ habent i uel u ante us, non faciunt comparatiuum, niſi circumloquutum per poſitiuum & aduerbium magis, ut pius magis pius, egregius magis egregius, ita dubius, arduus, ſtrenuus, induſtrius, incurius. Idem eſt intelligendum de nominibus habentibus e ante us, ut idoneus rubeus ceruleus. Addit Alexander, quod etiam carent cõparatiuo, quę habent u ante is, ut tenuis. Sed hoc Priſc. non dicit, neq; uerum puto,

quia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quia ſæpe inuenitur tenuior apud optimos autores. Tull. in offic. Hæc benignitas etiam Reipublicæ utilis eſt, redimi è ſeruitute captos, locupletari tenuiores. In eodem, Neq; tenuiores propter imbecillitatem circumueniantur. Plinius libro ij. Animalia fortiora quibus ſanguis craſsior, ſapientiora quibus tenuior. Eadem tamen ratione tenuis comparatiuo caret, qua illa priora, ſcilicet, quia inter duas uocales poſita fit conſonans, & ſic comparatiuus non eſſet longior poſitiuo. Sed tantorum oratorum autoritas eſt omni ratione fortior. Omnia tamen prædicta bene habent ſuperlatiuos, ut pijſsimus ſtrennuiſsimus. Pius dicitur qui Deum colit, & deinde parentes & conſanguineos. Induſtrius, id eſt, diligens. Induſtria, id eſt, diligentia. Incurius, id eſt, negligens & ſine cura. Incuria negligentia. Iniurius faciens iniuriam. Inglorius, id eſt, ſine gloria. Vergilius, Maluit & multas agitare inglorius artes. Strenuus, id eſt, uelox & diligens. Arduus, id eſt, altus & difficilis. Martialis, Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores.

Pius
Induſtrius
Incurius
Iniurius
Inglorius
Strenuus
Arduus

Ante ſenex iuuenis adoleſcens quatuor iſta,
Sola quidem ſolis utuntur comparatiuis.

Iſta quatuor in textu poſita carent ſuperlatiuo, quibus additur diues, nam ditiſsimus non eſt ſuperlatiuus a diues, ſed a dis ditis. A diues ſæpe legitur comparatiuus, ſed non ſuperlatiuus. Terentius, Quis me Athenis diuitior? Ouid. Diuitior forma quales audire ſolemus. Idem, Oppida ſunt regni diuitiora mei. A ſenex quandoq; inuenitur ſuperlatiuus ſeniſsimus, ſed pulchrius pro illo dicitur maximus natu. Adoleſcens qui pueritiam exceſſit. Iuuenis qui adoleſcentiam tranſiuit, id eſt, iuuenis uir. Inde uerbum iuueneſco, id eſt, fio iuuenis. De ætatibus hominum uerſus ſunt. Infans, inde puer, adoleſcens, hinc iuuenis uir. Dicitur inde ſenex, poſtea decrepitus.

Adoleſcens
Iuuenis

Hic auctor ponit quędam notabilia.

Voce gradus medij ſuperant primos niſi quini.
Iunior & maior peior prior & minor iſta.

Et non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Et non plura ſuis æqualia ſunt poſitiuis.

Omnis comparatiuus ſuperat ſuum poſitiuum una ſyllaba uel duabus, præter quinq; in textu poſitos, qui ſunt æquales ſuis poſitiuis, ut facile patet. Exempla de his quæ ſuperant una ſyllaba, ut doctus doctior, fortis fortior. Quæ duabus ſyllabis, ut fœlix fœlicior, amans amantior. Priſcianus autem dicit ſic, Oportet comparatiuum una ſyllaba uincere genitiuum ſui poſitiui, niſi ſint anomala. Ab hac regula excipitur plus, quod etiam breuius eſt ſuo poſitiuo, ſcilicet multum.

IN quantum potero de nomine quolibet in quo.
Ponatur genere, præſens eſt cura docere.

Capitulũ quartum eſt de generibus nominũ. Et primo per regulas generales

Genera nominum ſunt quatuor, maſculinum, fœmininum, neutrum & commune. Maſculinum genus eſt, quod ſignificat maſculum. Fœmininum, quod ſignificat fœminam. Neutrum, quod nec maſculinum nec fœmininum ſignificat. Commune eſt duplex, ſcilicet, commune duum & commune trium. Commune duum eſt, quod duo genera, ſcil. maſculinum & fœmininum complectitur. Commune trium eſt, quod tria genera complectitur, & uſitatius dicitur omne genus. Sub communi etiam comprehenditur epicœnum genus, de quo infra. Dubium non eſt diſtinctum genus, ſed quædam nomina ſunt dubij generis, ſcil. de quorum genere dubitatur, & ut Priſcianus ait, Illa nomina ſunt dubij generis, quæ nulla ratione cogente autoritas ueterum diuerſo genere protulit, ut hic uel hæc finis. Cognitio generum in nominibus eſt ſumme neceſſaria, tum in declinationibus, tum in conſtructionibus ac orationibus latinis. Genera nominum cognoſcuntur tribus modis. Primo per ſignificationem, ut omne nomen ſignificans uirum aut fluuium eſt maſculini generis. Secundum per terminationem, ut nomen in a eſt fœminini generis. Tertio per autoritates, ut calybs eſt generis maſculini, quia Vergilius ait: Vulnificusq; calybs uaſta fornace liqueſcit. Iſte modus eſt certiſsimus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tiſsimus, ſed difficillimus propter autorum multitudinem. Ideo pueris ab Alexandro proponuntur duo priores modi. Nam primo ponit regulas generales, quibus diſcuntur genera nominum per ſuas ſignificationes. Deinde ponit regulas ſpeciales ſecundum ſingulas terminationes.

Propria nomina uirorum & mulierum

Omne uiri proprium tenet hic, tenet hæc mulieris.

Omnia nomina uirorum ſunt maſculini generis, & omnia nomina mulierum ſunt fœminini generis. Nomina uirorum, ut Ieſus Ioannes Sylla Seneca Nerua, &c. Mulierum, ut Paula Euſtochium Nyſa Myſis, &c. Nota quædã nomina quandoq; ſunt propria, quandoq; appellatiua, & ſecundum hoc uariant genus, ut Iuba uno modo eſt proprium nomen uiri, qui fuit rex Maurorum. Alio modo iuba ſignificat longum crinem in collo equi aut leonis, ſic eſt fœminini generis. Item ualens conſtans clemens pertinax fœlix, uno modo ſunt propria uirorũ, Altero modo adiectiua omnis generis.

Nomina gentilia

Nomen gentile commune genus retinebit.
Vt macedo galata, tollas duplicantia rectum.

Nomina gentilia, id eſt, quæ ſignificant gentes aut populos, ſunt communis generis, dummodo habent tantum unam terminationem nominatiui, ut Aaronita Donatiſta Origeniſta Ebionita Iſraelita Leuita Niniuita Areopagita Epirota Zodomita Aſcolonita Friſo Saxo Brito Macedo Tiburs Ligur Aquinas Arpinas Picens Laurens. Quandoq; hæc gentilia habent duas terminationes, unam maſculinam, aliam fœmininam, ut hic Teucer, hæc Teucra, id eſt, Troianus, hic Apher hæc Aphra, id eſt, de Aphrica, hic Italus, hæc Itala, hic Teutonus, hæc Teutona, id eſt, de Teutonia, hic Gallus, hæc Galla, id eſt, de Gallia. Item hæc Phenix, hæc Pheniſſa, id eſt, de Phenicia, hic Lybs, hæc Lybiſſa, id eſt, de Lybia, hic Cres, hæc Creſſa, id eſt, Cretenſis, hic Lacon, hæc Lacona, id eſt, uir uel fœmina de Laconia.

Aaron

Aaron fuit frater Moyſi, & primus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

primus Pontifex Iudæorum. Aaronita dicitur aliquis de tribu Aaron. Donatus, Origenes, Nicolaus & Ebion fuerunt hæretici. Inde Donatiſta, Origeniſta, Nicolaita & Ebionita, id eſt, qui imitatur Donatum, Origenem, Nicolaum & Ebionem. Niniuita qui uel quæ eſt de Niniue ciuitate Aſſyriæ. Areopagita, id eſt, de Areopago, qui erat pars urbis Athenienſis. Epirota, id eſt, aliquis de Epiro. Epirus i longa eſt regio iuncta Græciæ. Zodomita uir uel mulier de Zodomis uel impudicus. Prudent. A domino dominus flammas pluit in Zodomites. Aſcolonita, id eſt, de Aſcolone ciuitate. Macedo e curta, id eſt aliquis de Macedonia. Brauita uir uel mulier de Brabantia.

Niniuita
Areopagita
Epirota
Zodomita
Aſcolonita
Macedo
Brauita

Maſcula ſunt cuncta quæ ſunt maribus propriata.
Fœminei generis ſunt quæ dantur mulieri.
Communi iunge ſexum quod ſignat utrumq;.
Si tamen in recto ſemper ſit terminus unus.
Excipe mancipium, quod neutrum ſit quoq; ſcortum.

Nomina appropriata

Omnia nomina conuenientia ſolis uiris ſunt maſculini generis, ut papa patriarcha nauarcha tetrarcha nauta pyrata lixa athleta trapezita ſcurra proxeneta ſcriba collega fullo. Quæ autem conueniunt ſolis mulieribus, ſunt fœminini generis, ut nutrix obſtetrix ſaga. Quæ uero conueniunt utriq; ſexui ſub una terminatione ſunt communis generis, ut auriga uerna idololatra hypocrita myropola aſſecla homicida accola incola indigena terrigena, & reliqua quæ fiunt a uerbis colo & gigno, præter uerbigena ignigena & rubigena, quæ ſunt maſculina. Item communis generis ſunt perfuga transfuga conuiua conuena aduena & pincerna. Item pellio reſtio conuiuo epulo uates ſacerdos, quod tamen pro presbytero eſt maſculini generis. Sed Poeta & Propheta quamuis

utriq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

utriq; ſexui conueniant, tamen ſunt maſculini generis,
quoniam habent fœmininum ſub alia terminatione, ut
hic Poeta uel Poetes, hæc Poetria uel Poetris idis, hic
Papa — Propheta uel tes, hæc Prophetiſſa uel tis idis. Papa uel,
ut Græci dicunt papas ſignificat patrem, & nunc accuſa-
Patriarcha — tur pro ſummo Antichriſto, ſed olim quiuis pontifex di-
Nauarcha — cebatur papa. Patriarcha interpretatur Princeps pa-
Monarcha — trum uel ſummus pater. Nauarcha eſt Princeps nauis.
Tetrarcha — Monarcha, id eſt, ſolus princeps. Tetrarcha dicitur
Hæreſiar- — Princeps habens quartam partem regni, uel (ut alij di-
cha — cunt) habens quatuor principatus. Hæreſiarcha prin-
Heliarcha — ceps Hæreticorum. Heliarcha tribunus militum, id eſt,
Nauta — habens ſub ſe mille milites. Nauta, ſkibmand. Nauta
Pyrata — idem. Ouid. Quid tibi cum gladijs dubiam rege nauita
Athleta — puppim. Pyrata eſt prædo marinus, ſørøffuer.
Trapezita — Athletha, id eſt, pugnator. Trapezita, id eſt, nummu-
Lixa — larius, veſſeler. Lixa dicitur coquus in exercitu. Lix
Collega — enim cinis eſt. Inde lixinium uel lixinia, lud. Collega e
Scriba — longa dicitur ſocius in dignitate. Scriba dicitur ſecreta-
Scurra — rius. Scurra qui riſum mouet cauſa lucri, kringeldriff-
Proxeneta — uer. Proxeneta mediator inter ementem & uendentem,
Fullo — megeler. Fullo, feruer. Nutrix quæ puerum nutrit,
Nutrix — amme. Obſtetrix, quæ aſtat parturienti. Saga incan-
Obſtetrix — tatrix, trolquind. Auriga qui uel quæ regit currum.
Saga — Verna ſeruus uel ſerua in domo domini natus, unde uer-
Auriga — naculus adiectiuum, id eſt, domeſticus uel proprius, ut
Verna — ſermo uernaculus & lingua uernacula, id eſt, materna.
Idolatra — Idolatra uel potius Idololatra, id eſt, idolorum cultor.
Hypocrita — Hypocryta, id eſt, ſimulator, qui fingit ſe bonum cum
Miropola — non ſit. Myropola, qui uel quæ uendit unguentum.
Bibliopo- — Myropolium, apoteck. Bibliopola, id eſt, uenditor li-
la — brorum, & producunt o in penultima. Martial. Et faciet
Pharma- — precium bibliopola triphon. Pharmacopola, uenditor
copola — pharmaci, id eſt, medicinæ, apoteker. Accola, qui uel
Accola — quæ prope habitat, ut accola Rheni, id eſt, habitans pro-
Incola — pe Rhenum. Incola, qui incolit, id eſt, habitat alienum
Indigena — locum uel peregrinus. Indigena, id eſt, genitus in eo
Terrigena — loco. Terrigena in terra genitus uel homo. Verbi-
Verbigena — gena

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

gena uerbum genitum, id eſt, Chriſtus. Ignigena dicitur bacchus quaſi genitus igne, quia mater eius fulmine perijt. Nubigena dicitur centaurus, quaſi genitus de nube. Conuiua, gaſt. Conuiuo idem. Homicida qui uel quæ occidit hominem. Transfuga qui uel quæ in bello transfugit ad hoſtes. Perfuga idem ſignificat. Conuena qui uel quæ conuenit. Aduena qui uel quæ aduenit aliunde. Pincerna, ſkenck. Pellio, qui uel quæ facit ueſtes pellicas. Reſtio qui vel quæ facit reſtes. Vates futura prædicens. Epulo, id eſt, conuiua. Mancipium eſt ſeruus uel ſerua. Scortum, puer meritorius uel meretrix. Hæc duo nomina ſunt neutri generis, quamuis conueniant utriq; ſexui.

Ignigena
Nubigena
Conuiua
Homicida
Transfuga
Perfuga
Aduena
Pincerna
Reſtio
Vates
Epulo
Mancipiū

Quæ fiunt propria fluuiorum pone marina.

Nota regulam de nominibus fluuiorū.

Dicit quod propria nomina fluuiorum ſunt maſculini generis, ut Tyberis Iordanis Moſa Sequana Schalda Garumna, unde Tibullus ait: Magnusq; Garumna. Vergilius. Ceruleus Tybris cœlo gratiſsimus amnis. Quandoq; tamen leguntur fluuiorum nomina poſita in fœminino & neutro genere, quia intelligitur aliquod ſuperius, ſcilicet, aqua uel flumen. Albula eſt nomen fluuij, qui alio nomine dicitur Tybris, quod nomen Ouidius poſuit in fœminino genere dicens: Albula pota Deo. Item Hiader quod eſt nomen fluuij in Illyricis. Lucanus poſuit in neutro genere. Ibi, Et tepidum in molles Zephyros excurrit Hiader, hic intelligitur flumen, illic aqua. Item ſtyx & lethe, quæ ſignificant aquas infernales, ſunt generis fœminini. Iordanis eſt fluuius in Galilæa, in quo Chriſtus baptizatus fuit. Euphrates a longa eſt fluuius Parthorum tranſiens Babylonem. Tigris & Tybris ſupra. Sequana Matrona Arar Rhodanus a curta ſunt fluuij Galliæ. Rhenum nonnunquam legitur neutri generis.

Albula
Hiader
Iordanis
Euphrates
Tigris
Sequana

Nominis arborei uis hæc ſibi uult ſociari.
Hic dat pinaſter, ſpinus, rubus ac oleaſter.
Robur acer ſiler hoc retinent, adiungeq; ſuber.

Alia regula de nominibus arborum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nomina quæ ſignificant arbores ſunt generis fœminini, ut fagus quercus eſculus pyrus prunus malus populus ſalix larex uitis abies pinus ficus laurus. Excipiuntur rubus pinaſter ſpinus & oleaſter, quæ ſunt maſculini generis. Excipiuntur etiam ſuber robur acer & ſiler, quæ ſunt neutri generis. Item ſiler pro arbuſcula eſt neutri generis, quia Verg. ait: Molle ſiler. Eſt enim frutex ſimilis ſalici, unde fiunt uincula uitium. Siler etiam eſt quidam fluuius Lucaniæ. De quo Lucan. Radensq; ſalerni tecta ſiler.

Rubus — Rubus eſt arbor ſpinoſa, haffuentorn. Quidam poſuerunt fœminini generis. Serenus, Manditur apta rubus gingi uis & bona labris. Prudentius, Quem contorta rubus denſis cruciatibus edit. Sed Vergilius in maſculino uſus erat, Ferat & rubus aſper amomum. Rubetum eſt multitudo ruborum. Rubeta eſt magna & uenenoſa rana latens in rubis, alio nomine bufo.

Oleaſter — Oleaſter eſt ſylueſtris & ſterilis olea. Olea eſt arbor, ex cuius baccis fit oleum.

Pinaſter — Pinaſter eſt ſylueſtris pinus.

Spinus — Spinus eſt arbor prunorum generis maſculini ſecundum Seruium.

Fagus — Fagus, bøgetre. Inde faginus & fageus adiectiua.

Malus — Malus abbeltre. Malum, eble. Malus maſculini generis eſt arbor nauis, quæ uelum tenet. Lucanus, Fractaq; ueliferi ſonuerunt pondera mali.

Prunus — Prunus, kregetre. Prunum eſt ipſe fructus. Vergilius. Addam cerea pruna.

Platanus — Platanus eſt arbor ſterilis, habens lata folia, ſub qua potabant ueteres, & corripit mediam.

Fraxinus — Fraxinus, eſketre.

Eſculus — Eſculus eſt arbor glandes ferens ſicut quercus.

Taxus — Taxus, hulſſ.

Buxus — Buxus, busbomtre.

Sambucus — Sambucus, hyldetre. Inuenitur ſine m ſabucus apud Seruium.

Vlmus — Vlmus eſt arbor alba & alta, birckətre.

Suber — Suber, korcktre.

Acer — Acer eſt arbor de qua fiunt precioſæ menſæ. Nota quod arborum nomina faciunt de ſe nomen in um, quod in fructiferis arboribus ſignificat fructum, ut malum pyrum prunum. In ſterilibus ſignificat lignum uel ipſam arborem, ut buxum hebenum.

Hebenus — Hebenus media correpta eſt arbor nigra, quæ nec uetuſtate nec igni corrumpi poteſt. Vergilius, Sola India nigra fert hebenum.

Morus — Morus eſt arbor nigros fructus habens. Ouidius, Ardua morus erat gelido conter-

mina fonti. Eius fructus dicuntur mora, quæ primo ſunt alba, deinde rubra, tandem cum ſunt matura, fiunt nigra. Mora etiam ſunt fructus rubri.

Angelicum nomen dabit hic, ſeraphin cherubinq́;. Regula de Angelis
Interdum neutra ſunt, interdumq́; marina.

Angelorum nomina ſunt maſculini generis, ut Michael Gabriel Raphael Cherubin Seraphin. Sed Cherubin & Seraphin leguntur nunc maſculina nunc neutra indifferenter ſecundum Hieronymum. Et ſcribuntur indifferenter in fine per m uel n., quia ſunt pluralis numeri, & indeclinabilia. Attamen hæc duo non ſunt propria nomina Angelorum, ſicut nec uirtus dominatio & poteſtas, & propterea non oportet excipere aut mentionem de illis facere. Item Cherub & Seraph non ſunt propria Angelorum nomina, ſed appellatiua, quorum pluralia ſunt Cherubin & Seraphin. Angelus eſt Græcum nomen, quod latine ſignificat nuncium, quia Angeli ſunt nuncij & miniſtri Dei. Damaſcenus ita definit, Angelus eſt ſubſtantia intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libero, incorporea, Deo miniſtrans, immortalitatem ſuſcipiens, ſecundum gratiam, non naturam. Nouem ſunt Angelorum chori uel ordines, qui partim habent Hebræa nomina, ut Seraphin, quod interpretatur ardentes. Et Cherubin, quod interpretatur plenitudo ſcientiæ. Partim habent Græca nomina, ut Archangelus angelus & thronus, quod Latine ſedem ſignificat. Alia habent Latina nomina, ut Virtus, Poteſtas, &c. Item in Angelis ſunt tres Hierarchiæ, id eſt, ſacri principatus. In prima Hierarchia ſunt Seraphin, Cherubin & Throni. In ſecunda ſunt Dominationes, Principatus & Poteſtates. In tertia ſunt Virtutes, Archangeli & Angeli. Virtutes dicuntur Angeli, qui operantur miracula. Dominationes ſunt Angeli, qui dominantur alijs. Principatus ſunt Angeli, qui regunt principes. Poteſtates ſunt Angeli, qui Dæmones coercent. Archangeli ſunt qui magna

Angelus (margin)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nunciant. Angeli qui parua. Throni ſunt angeli, in quibus Deus ſedere dicitur, cum exercet iuſticiam. Michael interpretatur quis ut Deus.

Michael

Regula de idolis

Idola dicta dei dant hic, gerit hæc dea dictum.

Nomina idolorum, quæ putabantur à gentilibus eſſe dij, ſunt generis maſculini, ut Mars Iupiter Pluto Vulcanus Bacchus Cupido. Item nomina idolorum, quæ putabantur eſſe deæ, ſunt generis fœminini, ut Cybele Iuno Pallas Iſis Venus Perſephone. Idolum Græce ſignificat ſimulachrum, id eſt, ſtatuam uel imaginem, & proprie mediam producit, quia Græce ſcribitur per omega. Baptiſta, Verum etiam qui uana ſacris idola prophanis, &c. Sed abuſus corripit. Idolum ſignificat templum aut locum ubi ſtat idolum. Idololatria, cultura idolorum, ſed per ſyncopen ſcribitur idolatria. Iupiter ſupra. Mars erat Deus belli, qui & Mauors & Gradiuus dicitur. Et ponitur pro ipſo bello. Martius, id eſt, bellicoſus. Bacchus dicebatur Deus uini, quia fertur inueniſſe uſum uini. Item uocatur Liber Lyeus Bacchus Dionyſius, quæ nomina etiam pro uino ponuntur. Vulcanus habebatur Deus ignis, & colitur pro igne. Neptunus Deus maris. Nereus Deus alius maris, & pro ipſo mari ponitur. Cupido filius Veneris, Deus amoris. Pluto rex inferni. Eolus rex uentorum. Iuno Dea regnorum, ſoror & uxor Iouis. Cybele uel Cybelle mater Deorum. Venus Dea amoris uel libidinis, & capitur pro libidine. Ceres Dea frugum, accipitur pro frugibus & pro cibo. Perſephone uxor Plutonis, alio nomine Proſerpina & Diana & Phebe, id eſt, Luna. Apollo ſupra.

Idolum · **Mars** · **Bacchus** · **Vulcanus** · **Neptunus** · **Nereus** · **Cupido** · **Pluto** · **Eolus** · **Iuno** · **Cybele** · **Venus** · **Ceres** · **Perſephone**

Nomina uolucrum ferarum & piſcium

Quæ ſignant uolucres una ſub uoce ferasq́;. Et piſces ſexu non certo ſunt epicena.

Nomina auium & ferarum & piſcium, quæ ſub una uoce ſignificant utrumq́; ſexum, qui non facile diſcerni poteſt, ſunt generis epiceni, ut aquila pica paſſer accipiter. De feris, id eſt, beſtijs, ut dama lutra uiuerta uulpes martes felis melis. De piſcibus, murena ſepia ſalmo carpio

mo carpio lupus, ſed anguilla eſt fœminiui generis, non epiceni, quia caret ſexu. Item columbus & columba, gallus & gallina, lupus & lupa, & ſimilia, non ſunt epicena, quia habent duas terminationes. Item bos & canis non ſunt epiceni generis, ſed communis, quia ſexus facile in illis diſcernuntur. Epicenum Græce interpretatur latine promiſcuum, id eſt, permixtum, uel plus quam commune, quia nomen epiceni ſub uno articulo ſignificat utrumq; ſexum, quod nomen commune generis, facit ſub duobus articulis. Et nota quod nullum nomen eſt epiceni generis, niſi quod ſignificat animal utriusq; ſexus. Ergo apes muſca culex & ſimilia, non ſunt epiceni generis. Item nominibus epicenis præponuntur articuli & adiectiua ſecundum ſuas terminationes, unde maſculinus articulus uel maſcu. adiectiuum datur omnibus nominibus auium & piſcium, quæ terminantur in o. en. & or. ur & us. ut falco ſtruthio attagen anſer olor uultur & turdus. Aliis terminationibus, ſcilicet, a. as. es. is. x. do. datur articulus fœmininceus, & adiectiuũ fœminnieũ, ut pica anas palumbas achantis nycticorax hirundo. Attamen grus & bubo ſecundum Priſcianum ſunt dubii generis. Similiter dama talpa & panthera. Nota ad diſcer-
nendum ſexum nominibus epicenis addi debent hæc no- Philomela
mina mas & fœmina, ut cygnus mas, cygnus fœmina, pi- Pſitacus
ca mas, pica fœmina. Philomela, nachtgaal. Eadem auis Perdix
dicitur luſcinia & edon. Pſitacus, papegoye. Perdix Olor
aggerhøn. Olor & cygnus, ſuaan. Falco, falck. Falco
Struthio, ſtrus. Gryps gryphis, fuel gryff. Turdus, en Struthio
fuls naffn Coturnix idem. Otus eſt auis habens ma- Gryphs
gnas & plumoſas aures. Idem uocatur Aſio. Picus Turdus
ſpecht. Achantis & carduelis, teſtelfinck. Merula, dro- Otus
ſſel. Palumbes, holteduue. Dicitur etiam hic palum- Picus
bus, hæc palumba. Palumbus torquatus, ringelduue. Achantis
Martialis, Inquina torquati tardant hebetantq; palumbi. Merula
Columbus perraro inuenitur. Gallus non ſolum ſig- Palumbes
nificat auem, ſed etiam hominem de Gallia. Etiam fluui- Gallus
um Aſiæ, & olim ſacerdotem cybeles, & proprium nomen uiri, unde pro aue additur adiectiuum, ut gallus

 gallinaceus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Dama, Muſtela, Martes, Lutra, Talpa, Panthera, Vulpes, Cuniculus, Balena, Ceta, Murena, Sepia, Sarda, Mullus, Lupus, Sciurus

gallinaceus. Etiam dicitur pullus gallinaceus, ouum gallinaceum, id eſt, gallinæ. Dama eſt ſpecies ſylueſtris capræ. Vnde damula diminutiuum. Muſtela, veſelken. Etiam eſt piſcis quidam, lampre. Martes eſt genus muſtelæ ſylueſtris, maarder. Lutra, odder. Talpa, molduerp. Panthera eſt animal uarij coloris. Vulpes reff. Cuniculus, konnike. Martial. Gaudet in effoſsis habitare cuniculus antris. Balena eſt maximum animal marinum, valfiſch. Ceta dicitur omnis piſcis magnus. Vnde cetarius qui cetas capit aut uendit. Cetaria dicitur foſſa prope mare, in quo capiuntur cetæ. Murena eſt piſcis fere ſimilis anguillæ. Inde murenula, id eſt, reſtis uel aurea uel argentea & ornamentum colli. Sepia eſt piſcis habens atramentum pro ſanguine, & ponitur pro atramento. Perſius, Nigra quod infuſa uaneſcit ſepia lympha. Sarda, ſild. Mullus eſt piſcis barbatus. Lupus eſt piſcis uorax, qui ab indoctis uocatur lucius, gedde. Sciurus u longa eſt animal crinita cauda, egern.

De nominibus adiectiuis.

Adiectiua trium generum dic fine ſub uno.
Finibus aut geminis quandoq; tribus uariãtur.

Omnia adiectiua ſunt generis omnis, quandoq; ſub una terminatione, ut hic & hæc & hoc par, impar, deſes, diſcors, ſolers, uetus, intercus, amans, demens, audax, fœlix, trux. Quandoq; ſub duabus terminationibus, ut hic & hæc dulcis & hoc dulce, hic & hæc uiridis & hoc uiride. Quandoq; ſub tribus terminationibus, ut hic albus hæc alba hoc album, hic niger hæc nigra hoc nigrum, hic celeber hæc celebris hoc celebre. Nota quod omnia adiectiua ſecundæ declinationis in us er & ur deſinentia frequenter habent fœmininum per a, ſed adiectiua tertiæ declinationis nunquam habent fœmininum per a, & raro mouentur per tres terminationes, præter illa quæ deſinunt in er, quæ habent fœmininum per is. Inter adiectiua ſunt etiam nomina numeralia, ut unus duo tres, &c. quæ omnia ſunt generis omnis ſub una terminatione, præter tria prima & ab illis compoſita præter compo-

ſita

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſita à centum, ut hi ducenti, hæ ducentæ, hæc ducenta. Ita trecenti, quadringenti, quingenti, ſexcenti, ſeptingenti, octingenti, nongenti, tæ. ta. Mille quandoq; eſt ſubſtantiuum neutri generis, ſingularis numeri, cuius plurale eſt millia millium, ut unum mille duo millia. Sæpius autem mille eſt adiectiuum generis omnis & numeri pluralis, ſed millia nunquam eſt adiectiuum. Item hæc oratio, Ex tribu Iuda xij. millia ſignati, ſic conſtruitur, Homines ſignati ex tribu Iuda erant xij. millia. Item, Dedit ei duodecim millia drachmas, poteſt ſic conſtrui, Dedit ei drachmas quæ erant xij. millia. Quidam putant drachmas eſſe genitiuum Græcum. Centum ſemper eſt adiectiuum generis omnis, quare non poteſt dici, duo centum, tria centum, ſed bis centum, ter centum. Nota quod adiectiuum & ſubſtantiuum diſcernuntur per ſignificationes, nam adiectiua ſunt quibus addi poteſt in bono ſenſu hoc nomen res, aut aliud nomen ſubſtantiuum. Subſtantiua ſunt quibus præponi poteſt hoc nomen vnus uel bonus.

Oppida fœmineis iungas, ſed ur um dato neutris.

De nominibus locorum

Vrbium & oppidorum nomina ſunt fœminini generis, ut Epheſus, Tyrus, Hiericho, Caſtulo, Hieruſalem, Corinthus, Bethlehem, Betel, Niniue. Sed deſinentia in ur & um neutra ſunt, ut Auxur, Tibur, Tarentum, Traiectum. Item neutra ſunt argos, gaddir & preneſte, ſecundum Priſcianum. Sed Seruius uult preneſte eſſe fœminini generis, & ita reperitur gaddir, ut infra ſcribemus. Sunt etiam nomina ciuitatum pluralis numeri tantum, quorum quæ deſinunt in i ſunt maſculina, ut Gabij, Veij, Pompeij, Parrhaſij, Bargi. Quæ autem in a deſinunt neutra ſunt, ut Artaxata, Blactra.

Litera neutralis eſt, & uox materialis.

De nominibus literarum & dictionibus materialiter poſitis

Nomina literarum ſunt neutri generis, ut a, b, c, beta, iota, theta. Perſius, Et potis es nigrum uitio præfigere theta. Quandoq; nomina literarum uſurpantur genere fœminino, ut a longa, e breuis, &c. Sed hoc fit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

figurate,ut ſubaudiatur ſuperius,ſcilicet,litera. Altera regula tangitur in uerſu,uidelicet quod uox materialiter poſita eſt neutri generis, quod intelligitur de uoce complexa & incomplexa, ut pulchrum benedicamus,dominicale kyrie eleiſon,unum miſere, &c. Vox ponitur materialiter, quando non ponitur ſignificatiue, ſed pro ſola uoce. Kyrie eleiſon eſt oratio Græca, Latine dicitur Domine miſerere.

Kyrie eleiſon

De uerbis & aduerbijs nominaliter poſitis

Eſt neutri generis uerbum pro nomine ſumptũ,
Sic aduerbia dic,ſed fœmineis dabo ſponte.

Verba & aduerbia nominaliter poſita ſunt neutri generis, ut meum uelle, tuum poſſe, illud aue, bonum mane. Perſius, Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Idem,Iam clarum mane feneſtras intrat. Idem, Iam cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud cras. Excipitur ſponte, quod nominaliter poſitum fœminini generis eſt. Verg. Sponte ſua ſandix paſcentes ueſtiget agnos. Sed quidam putant ſponte eſſe uerum nomen, cuius genitiuus legitur apud Philelphum & Gallum,ſcil.ſpontis.Nota quod aduerbia nominaliter accepta declinantur quandoq;,ut ait Sergius qui declinat. Nominatiuo hoc mane. Genitiuo huius manis. Datiuo huic mani, &c. Et allegat Plautum, A primo mane usq; ad ueſperum.

De generibus nominum per regulas ſpeciales

SIt tibi nomẽ in a muliebre,ſed excipe plura,
Hic dant planeta,propheta,cometa, poeta.

Nunc ponuntur regulæ ſpeciales de nominum generibus ſecundum ſingulares eorum terminationes. Nomen in a deſinens eſt fœminini generis, ut phiſtula, puſtula,ſtipula,ſitula. Excipiuntur quatuor maſculina, ſcilicet,planeta,propheta,cometa & poeta, quæ Græce in es deſinunt. Addunt aliqui adria. Lucan.Sonat ionio uagus adria Ponto. Sed hoc eſt nomen idoli,& ideo non eſt ponendum. Etiam Adria eſt nomen urbis,ſed tunc fœm. generis eſt. Phiſtula,pibe. Inde phiſtulare at pibe. Puſtula,bleen. Stipula ſtro eller ſtoppel. Situla uas

quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quo hauritur aqua. Planeta dicitur ſtella erratica, quam- Planeta
uis ſol & luna etiam ſint Planetæ. Septem ſunt Planetæ,
quorum nominibus dies appellamus, ſci. Sol, Luna, Mars,
Mercurius, Iupiter, Venus, Saturnus. Propheta qui præ- Propheta
dicit aliquid. Poeta, id eſt, factor uel qui poemata com- Poeta
ponit. Cometa eſt ſtella crinita uel caudata, ſignificans Cometa
aliquid mali.

Quod declinatum dat tertia, ſit tibi neutrum.
Et neutri generis ſunt mammona mannaq; pa-
ſcha.

Nomina tertiæ declinationis in a ſunt neutri generis, ut poema, problema, diadema, &c. quibus adduntur tria barbara, ſcil. paſcha, manna & mammona. Polenta ſemper legi fœmininum, ut multis exemplis probari poſſet apud Ouidium, Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta. Non debet conſtrui dulce polenta, quia dulce eſt hic ſubſtantiuum & polenta caſus ablatiui, ut ſit ſenſus. Dedit ei aliquid dulce, quod coxerat in teſta de polenta. Non enim dedit ei polentam, id eſt hordeum, ſed potum de polenta factum. Item apud eundem, Cum liquido mixta perfudit diua polenta. Hic aperte eſt fœminini generis, quia conſtruitur ſic, Diua perfudit eum polenta
mixta cum liquido, id eſt, liquore. Polenta eſt horde- Polenta
um madefactum & iterum ſiccatum unde fit potus. In Bucco. Bapt. Mantuani (quod opus cum hos commentarios ſcriberem, nondum erat editum) ponitur polenta neutri generis, ſed factum eſt licentia poetica, quæ grammaticas leges quandoq; transgreditur, ut in eodem opere ſcriptum eſt natis pro natabus. Et alibi ſcripſit idem autor memphitis pro memphios genitiuum, ſcil. à nomine memphis. Sic & alij Poetæ quædam licentioſe
ſcripſerunt nequaquam imitanda. Problema, id eſt, pro- Problema
poſitio, ſcribitur ſine u. Diadema eſt precioſus pan- Diadema
nus, qui circumdatur regio capiti. Anadema idem ſig- Anadema
nificat. Anathema, id eſt, maledictio uel execratio. Anathema
Manna dicitur cœleſtis panis. Mammona interpreta- Manna
tur pecunia uel diuitiæ. Mammona

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Neutrum nomen in e facit, ut præſepe cubile.
Adiectiua notes, hæc barbara Græcaq́ poſcunt.
Neutrum plurale fit cete, recollige tempe.

Nomen ſubſtantiuum & latinum in e deſinens eſt generis neutri, ut mare cubile. Adiectiua ſunt omnis generis, quandoq́ ſub una uoce, ut quinq́ mille, quandoq́ ſub tribus uocibus, ut hic uterq́, hæc utraq́, hoc utrumque, hic quicunq́, hæc quæcunq́, hoc quodcunq́, hic quisq́, hæc quæq́, hoc quodq́. Græca & barbara in e ſunt fœminini generis. Græca, ut campe, epitome, ethice, paraſceue, phœbe. Barbara, ut Niniue, ſed phaſe eſt neutri generis. Addit autor quod cete & tempe ſunt neutri generis, & pluralis numeri, unde Vergilius ait, Immania cete & frigida tempe. Mare ſæpe ponitur pro quacunq́

Mare — aqua grandiori, ſcil. pro lacu, ut mare Galilææ. Ponitur etiam pro amplo uaſe, in quo aqua continetur, ut in libris Regum legitur, quam Salomon fecit mare æneum. Marinus en mariens, ut marinus piſcis. Maritimus

Cubile — ens ad mare, ut maritima urbs. Cubile ubi cubatur, id eſt, lectus. Cubiculum uero eſt cella, in qua eſt cubile.

Campe — Alia ſupra. Campe eſt uermis erodens frondes, qui & eruca uocatur, teſte Columella, qui alio loco hos uerſus canit, Nec ſolum teneras audent erodere frondes. Impli-

Epitome — citus conchæ limax hirſutaq́ campe. Epitome ſignificat breuiarium, id eſt, opus abbreuiatum quod non re-

Ethice — cte aliqui uocant epitoma epitomitis. Ethice dicitur mo-

Cete — ralis ſcientia. Alia ſupra. Cete ſunt grandes piſces & marinæ beluæ. In Geneſi. Creauit Deus cete grandia.

Tempe — Tempe peramenus eſt locus in Theſſalia. Et ponitur pro quolibet loco ameno. Vergilius, Viuiq́ lacus & frigida tempe.

I neutrum ponis, tamen adiectiua notabis.

I — Nomen in i eſt neutri generis, ut gummi nauci ſinapi, ſed adiectiua ſunt omnis generis, ut nihili frugi huiuſmodi. Nota tamen, quod nomina in i pluralis numeri tan-

meri tantum non ſunt neutri generis,ſed maſcul. ut cani
cancelli,fori &c.de quibus in heteroclitis. Nauci eſt puta- Nauci
men nucis, uel membrana in nuce iuglande. Capitur ad-
iectiue pro inutilis, Plautus, Qui homo timidus erit in
rebus dubijs nauci non erit, Idem, Amas hominem non Gummi
nauci. Gummi eſt uiſcus ex arboribus fluens. Piperi, Piperi
id eſt, Piper. Sinapi,ſennep, dicitur etiam ſinapis. Co- Sinapi
lumella, Seq; laceſſenti fletum factura ſinapis. Frugi Frugi
dicitur utilis & probus. Tullius,Homo frugi omnia recte Nihili
facit. Horat. Sum bonus & frugi. Nihili,id eſt, nullius,
precij, & poteſt eſſe genitiuus à nomine nihilum, ſicut
frugi datiuus à frux uel fruges. Frugalis dicitur etiam
utilis & parcus & non abutens rebus. Item omnia nomi-
na in i ſingularia ſunt indeclinabilia.

O ſicut cento maribus ſociare memento. O

Nomina in o maſculini generis ſunt, ut cento tyro
titio ſtellio ternio quaternio pugio ganeo carbo ſcipio.
Cento eſt ſtragulum lecti groſſum & piloſum, dictum
ſic à multitudine pilorum, id eſt,lanarum, ſengkled. Iu- Cento
uen. Intrauit calidum ueteri centone lupanar. Centun-
culus, id eſt, paruus cento. Cento etiam dicitur carmen
collectum ex multis & uarijs locis autorum, quale ſcri-
pſit Auſon. ex Vergilio, Et proba mulier. Quæ carmina
uocantur Vergilio centones. Similiter ex Homero colle-
cta carmina dicuntur Homerocentones. Quidam forma-
ri dicunt à nomine centum, alij à Græco uerbo cento,
quod eſt pugno. Tyro eſt nouus miles. Tyrunculus Tyro
paruus tyro. Titio eſt lignum ſemiuſtum, braand. Titio
Ternio dicitur numerus ternarius. Quaternio numerus Ternio
quaternarius. Vnde tres chartæ libri compoſitæ dicuntur
ternio, & quatuor chartæ quaternio. Pugio eſt culter Pugio
quo pungitur, qui uulgo truſile dicitur. Ganeo qui Ganeo
frequentat ganeum. Carbo, kuol. Carbunculus par- Carbo
uus carbo,& lapis precioſus. Stellio eſt paruum animal Stellio
quaſi ſtellis depictũ. Scipio eſt ſtipes qui manu tenetur. Scipio

Quæ dant do uel go bene ſignes, ſi tamen ex o. Do
Go

Obli-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Obliquos facit i, quæ poſcunt hæc ſibi ſubdi.
Hic recipit cardo, margo ſociatur & ordo.

Nomina in do & go, quæ habent in genitiuo inis, ſunt fœminini generis, præter ordo cardo & margo, quæ ſunt maſculina. Tamen margo legitur etiam fœminini generis. Iuuenal. Plena iam margine libri. Item cardo apud antiquos legitur fœmininum. Exempla de
Grando regula. Grando haffuel. Arundo røør. Cupido, id
Arundo eſt, cupiditas, quod etiam legitur maſcu. Sillius, Ambo-
Cupido bus uelox, uirtus geminuſq; cupido. Nam cupido etiam ſignificat fabuloſum Deum amoris. Plautus, Cupido quantus eſt, & illud genus manet ſæpe pro alia ſignifica-
Imago tione, ut patet in autoritatibus præmiſsis. Imago, byl-
Sartago led. Imaguncula, id eſt, parua imago. Sartago, brad-
Carthago pande. Carthago proprium nomen urbis in Aphrica.
Vligo Vligo eſt naturalis humor terræ, Columel. Si humidus
Vtiligo erit ager abundantia uliginis ſiccetur foſsis. Vitiligo eſt
Lanugo alba uel nigra macula in corpore. Lanugo eſt quaſi tenera lana in quibuſdam floribus arefactis. Salomon, Spes impij quaſi lanugo, quæ à uento tollitur. Etiam lanugo eſt prima barba. Ouid. Signarat teneras dubium lanugi-
Siligo ne malas, id eſt, maxillas. Siligo eſt hic fœminini generis. Etiam pro pane. Iuuen. Tot medicaminibus coctæq; ſiliginis offas. Plura uocabula habes ſuperius ibi, Onis habes ex o, &c.

Omne dabit pſeudo præſto, dabit hoc tibi pondo.
Eſt communis homo pariter cum uirgine latro.

Pſeudo & præſto ſunt omnis generis, quibus addunt aliqui ſoluendo. Item pondo eſt neutri generis, cui addunt quidam phonaſco, ſed male, quia dicitur hic phonaſcus, id eſt, magiſter uocis, qui uocem alicuius emendat. Subdit autor, quod homo uirgo & latro ſunt communis generis. Vbi nota quod multa ſunt nomina communis generis in o, quorum quædam ſunt gentilia, ut friſo ſaxo, alia ſignificant officia utriuſq; ſexus, ut pellio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

phrygio bibo mando erro, id eſt, qui uel quæ errat, &c. de quibus ſupra. Pſeudo nomen Græcum, id eſt, falſus, ſed utimur tantum per compoſitionem, ut Pſeudapoſtolus, id eſt, falſus Apoſtolus, Pſeudologus, id eſt, falſiticus, Pſeudographus, id eſt, falſarius uel falſo ſcriptus. Pſeudodelphus, id eſt, falſus frater. Præſto, id eſt, præſens. Tullius, Stator tuus mihi præſto fuit. Ouidius, Ante meos oculos præſto eſt tua ſemper imago. Et uideor uultus mente uidere tuos. Inde uerbum præſtolor, id eſt, præſto ſum uel expecto. Soluendo, id eſt, potens ſoluere. Ambroſius, Aes alienum ſubire cum debitor ſoluendo non eſt. Tull. Cum ciuitates ſoluendo non eſſent. Pondo eſt pondus duodecim librarum, & ponitur pro libra, quod & aſſipondium dicitur. Item duo pondo uel dipondium ſignificat duas libras. Tripondo uel tripondium ſignificat tres libras. Et omnia iam dicta nomina ſunt indeclinabilia. Item ſecundum aliquos pondo eſt pluralis numeri tantum, quod Perottus negat. Virgo raro dicitur de uiro, quia uir caſtus dicitur cœlebs. Virgo quandoq; ſignificat iuuenilis ætatis mulierem quamuis habeat uirum. Virguncula, id eſt, parua uirgo. Latro qui clam homines necat. Inde latrocinium, mordt. Latrocinor, id eſt, committo latrocinium. Inde latrones dicuntur ſatellites & milites mercenarij, à Græco uerbo latreuo, quod eſt ſeruio. Inde latrunculus, id eſt, paruus latro.

Pſeudo | Præſto | Soluendo | Pondo | Virgo | Latro

Hæc dat uerbale per io, caro talio iungo.
Vnio pro lapide uel puncto mas retinebit.
Sed uult fœmineũ concordia quando notatur.

Omne uerbale nomen in io deſinens eſt fœminini generis, ut natio ratio factio auctio acutio, quibus adduntur caro & talio & unio pro unitate uel concordia. Addamus etiam echo argo, & nomina ciuitatum, ut Caſtulo Narbo Hiericho, quæ ſunt fœminini generis. Plinius, Inimica eſt apibus echo. Sillius, Fulget præcipuis Parnaſia Caſtulo ſignis. Idem, Tarrato uitifera. Sed ſulmo eſt maſculini generis licet ſit oppidi nomen. Ouidius,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sulmo mihi patria eſt gelidis uberrimus undis. Nota
quod multa ſunt irregularia uerbalia in io, quæ ſunt fœ-
minini generis, ut legio regio communio opinio ditio
contagio conſortio alluuio ſuſpitio optio ſuperſtitio.Sed
ſtellio gurgulio ternio ſenio, &c. quæ non ſunt uerbalia
Natio neq; ſunt fœminini generis, ſed maſculini. Natio eſt
progenies uel gens. Cicero, Stultorum quidem magna
Ratio natio eſt,& fit à uerbo naſcor. Ratio eſt pars aut uis ani-
mæ, qua bonum à malo diſtinguimus. Ratio eſt etiam
computatio, ut ibi, Redde rationem uillicationis tuæ.
Item ratio eſt reſpectus,ut habenda eſt ratio ſalutis.Etiam
eſt cauſa finalis, etiam eſt modus. Horatius, Inter cuncta
leges & percontabere doctus. Qua ratione queas tradu-
Factio cere leniter æuum. Factio eſt conſpiratio in malis.
Auctio Auctio eſt uenditio publica per actionem precij. Plautus,
Talio Auctionem hic faciam, & uendam quicquid eſt. Talio
Vnio eſt talis & æqualis redditio mali. Vnio quandoq; ſigni-
ficat unum punctum, quandoq; ſignificat lapidem pre-
cioſum, ſcil. Margaritam. Et pro illis ſignificatis eſt maſ-
culini generis. Plinius, In aqua mollis unio exemptus
Echo dureſcit. Etiam eſt idem quod unitas uel concordia, & ſic
Argo eſt fœminini generis, ut facta eſt unio inter illos princi-
Legio pes. Tamen apud ueteres in eo ſenſu non legitur ſecun-
Regio dum Vallam. Echo eſt reſonantia, quæ fit in locis con-
Religio cauis. Argo fuit nauis Iaſonis. Legio eſt magnus nu-
Rebellio merus militum. Regio, id eſt, locus. Religio timor
Cõmunio diuinus. Rebellio reſiſtentia. Communio, id eſt,
Ditio participatio uel conſortium. Ditio, id eſt, poteſtas.
Portio Portio,id eſt,pars. Concio eſt populus congregatus.
Concio Superſtitio eſt falſa religio uel mala credulitas. Suſpi-
Superſti- cio,miſtanck. Gurgulio eſt fiſtula uel meatus à naribus
tio ad pulmonem.Etiam eſt uermis rodens frumenta. Se-
Suſpicio nio ſignificat ſex puncta in taxillo. Perſius, Quid dex-
Gurgulio ter ſenio ferret. Etiam eſt numerus ſenarius, id eſt, ſex
Senio rerum.

V C D T V c d uel t neutris debes ſociare.
Quod tot dat omne genus, & quæ nos de tot
habemus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nomina in u, c, d, t, deſinentia ſunt neutri generis. Exemplum de u, ut cornu gelu ueru. De c ut, lac. De d, ut quid quod aliud. De te, ut caput. Sed quot & tot cum ſuis compoſitis, ut aliquot quotquot ſunt omnis generis. Halec eſt quidam piſcis & quoddam liquamen, id eſt, liquor, qui comeditur. Plinius dicit, quod halec eſt garus imperfectus. Garus eſt precioſum liquamen ex inteſtinis & ſuperfluitatibus piſcium & alijs condituris. Halec Nonius inter aſpirata ſcribit, & quandoq; legitur fœminini generis. Vnde Plinius ait, Halec imperfecta nec colata. Martial. Cui portat gaudens ancilla paropſide rubra Halecem, ſed quam protinus illa uorat. Item diminutiuum halecula legitur apud Columellam. Horatius autem neutro genere poſuit. Tot, id eſt, tam multi. Quot, id eſt, quam multi. Quotquot, id eſt, quotcunq; uel quam multi. Aliquot, id eſt, aliqui. Et ſunt iſta indeclinabilia & numeri pluralis. Quid & quod differunt. Quid eſt ſubſtantiuum, & tantum ponitur interrogatiue, & poteſt regere genitiuum, ut quid noui refers? Quod eſt adiectiuum, & ponitur nunc interrogatiue, ut quod animal eſt hoc? Nunc relatiue, ut omne animal quod currit habet pedes.

Halec
Garus
Tot
Quot
Quid
Quod

Sit tibi nomen in al neutrum, ſic pone tribunal.
Hic ſal hocq; dabit, tantum eſt plurale marinum.

Al

Nomen in al deſinens eſt neutri generis, ut animal, thoral, bidental, &c. Excipitur ſal, quod in ſingulari numero eſt indifferenter generis maſculini & neutri, ſed in plurali eſt maſculini generis. Et falſum eſt quod aliqui dicunt pro condimento ciborum eſſe neutrum, pro ſapientia maſculinum. Sal enim proprie eſt condimentum. Et accipitur tropice pro diſcretione uel prudentia, & ſæpius legitur maſcu. Varro, Melior eſt foſsilis ſal quam marinus. Plinius, Quicunq; ligno conficitur ſal niger. Idem, Seruandis carnibus aptior eſt ſal acer &

ſiccus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſiccus. Columella, Sed candidiſsimus conijcitur in urce-
um fictilem. Lucan. x. Aequoreosq́; ſales longo miteſce-
re tractu. Accipitur etiam pro ioco uel urbano riſu, &
Salina — hoc in utroq́; numero. Salina locus ubi paratur ſal. Sa-
Tribunal — linum uaſculum cui imponitur ſal. Tribunal eſt altum
Triental — ſedile iudicis. Triental genus uaſis, quod capit tertiam
partem ſextarij. Perſius, Calidumq́; triental. Excutite
Bidental — manibus. Bidental dicitur quod fulmine ictum eſt. Per-
Toral — ſius, Triſte iaces lucis euitandumq́; bidental. Toral ue-
ſtis qua torus ornatur. Horatius, Ne turpe toral, ne ſor-
Ceruical — dida mappa. Ceruical eſt puluinus qui capiti ſuppon-
itur aut ceruici.

El — El neutrum pone, ſed propria nomina tolle.
Il — Il dabit hoc, demas hic & hæc uigil, ſed pugil eſt mos.
Ol — Ol tenet hic, ut ſol, dicetur fœmina micol.
Vl — Vl dabit hic, ut conſul, hic & hæc dant præſul & exul.

Nomen in el deſinens eſt neutri generis, ut mel, fel, ſubtel. Nomen in il eſt neutri generis, ut nil nihil. Excipitur uigil, quod eſt communis generis uel omnis generis, ſecundum Priſcianum, & pugil eſt maſcul. cui additur mugil ſecundum Phocam. In ol unum eſt latinum nomen, ſcil. ſol. quod eſt generis maſcul. In ul eſt unum maſcul. ſcil. conſul cum ſuis compoſitis, ut proconſul. Et duo ſunt communia, ſcil. præſul & exul, quod etiam Priſcianus ait. Tamen Phocas ait præſul eſſe maſculinum, quod mihi uerius uidetur, cum ſignificat epiſcopū. Sed ſi accipiatur pro principe, poſsit eſſe commune. Fel galle. Auſon. Quam ualidum eſt hominis quota portio
Nil — ceruleum fel. Nil fit à nihil, nihil à nihilum, nihilum fit à non & hilum, quod ſignificat illud paruum, quod in ſummitate adhæret fabæ, & ponitur pro paruo & exiguo. Lucilius, Neq́; proficis hilum. Vnde nihil ſcribitur ſine c. Reliqua patent in primo capitulo.

Omne

Omne genus dabit am,ſic debes ponere nequā. Am
Tantundem neutrum , totidē plurale fit omnis. Em
Hoc breuiabis idem , ſed pro mare protrahis idem.

Nomen in am eſt omnis generis , ut nequam, & compoſita a quis & quæ ſunt generis omnis ſub tribus uocibus, ut quiſnam, quænam, quodnam, quiſpiam, quæpiam , quippiam , quidam , quædam, quoddam & quiddam. Item quisquam quæquam quicquam. Tantundem eſt neutri generis, ſicut tantū à quo formatur , & totidem eſt omnis generis , & plurale ſicut tot à quo componitur. Idem prima producta maſculinum eſt , quod ueteres dicebant iſdem. Idem i curta neutri generis. Nequam ſupra. Tantundem ſignificat tantum. Plautus, Malo benefacere tantundem eſt periculum quantum bono malefacere. In genitiuo habet tantidem , cæteris caſibus caret. Tantundem Totidem ſignificat tot. Horatius, Millia quot capitum uiuunt totidem ſtultorum, id eſt, cupiditatum. Iuuen. Rari quippe boni , numero uix ſunt totidem quot Thebarum portæ uel diuitis oſtia Nili. Idem componitur ab is eius & demum. Totidem

Vm neutrum facies, mulierum nomina ſignes.

Nomina in um ſunt neutra, ut naulum, lorum, lutum, proſtibulum. Excipiuntur nomina mulierum , ut Euſtochium Glicerium Sophronium Delphinum Philenium Silenium Erotium, &c. & multa apud Plaut. Item puerorum nomina ponit Plautus , Pegnium & Dinatium, quæ ſunt maſcul. Naulum eſt præmium nauigandi. Naulum Lorum proprie eſt corigia de corio , unde ponitur pro cingulo & pro qualibet reſte. Vergil. pro habena accipit, Flectere equos curruq; uolans dat lora ſecundo. Loare, id eſt, ligare. Loramentum, id eſt , ligamen. Lorarius qui homines ligat, ſcil. tortor. Lorum Lutum prima correpta eſt humida terra. Inde luteus, id eſt , de luto factus, & lutoſus plenus luto. Lutum prima longa eſt ruber color habens parum albedinis. Vergil. Iam croceo mutabit Lutum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uellera luto. Inde lūteus prima lōga, id eſt, croceus. Idem, Aurora in roſeis fulgebat lutea bigis. Proſtibulum dicitur domus meretricis. Proſtibula eſt ipſa meretrix. Stabulum eſt locus non ſolum ubi pecora ſtant, ſed etiam ubi homines feſſi ſe reficiunt, id eſt, diuerſorium, hoſpitium. Veſtibulum eſt principium domus. Sagum eſt groſſus & piloſus pannus.

Proſtibulum
Stabulum
Veſtibulū
Sagnm

An

Hic dat nomen in an, teſtis fiet tibi titan.

Nomen in an eſt maſculini generis, ut titan azan acarnan pean. Azan eſt mons Arcadiæ. Statius, Venit & ideis ululatibus æmulus azan. Titan eſt ſol. Ouid. Nullus adhuc mundo præbebat lumina titan. Reliqua uocabula dicta ſunt in primo capitulo. Excipitur unum Hebræum nomen, ſcil. man, quod eſt generis neutri, & ſignificat id quod manna.

Azon
Titan

En

En dabit hoc, ſed ren dabit hic, pecten ſimul & ſplen.
Atq; lien iungas, & eis quæ de cano formas.
His adiungis hymen, tenet hic faciens ſacra flamen.
Hæc retinet ſyren, illi coniunge troezen.

Nomen in en eſt neutri generis, ut fulmen, culmen, pollen, omen, &c. Excipiuntur ren ſplen pecten lien hymen, & quæ formantur à cano, ut oſcen tubicen fidicen, &c. Additur etiam attagen ſignificans quandam auem. Horat. Non attagen Ionicus. Item flamen pro ſacerdote eſt maſculinum, nam pro flatu neutrum eſt. Syren eſt generis fœminini, cui additur Troezen nomen ciuitatis. Statius, Et quis uicina Troezen iungit opes. Fulmen blix. Culmen tectum domus uel ſummitas. Pollen eſt groſſior puluis tritici. Cribrum polinarium eſt ſaccus per quem farina purgatur. Omen eſt diuinatio ſumpta ex ore, id eſt, ſermone alicuius, quia homo quandoq; prædicit quod poſtea contingit. Vnde quando loquimur de aliquo malo, ſic dicimus, Si cōtigerit noſtros ſuccumbere,

Fulmen
Culmen
Pollen
Omen

quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quod omen Deus auertat, nulla tamen nobis eſſet ſpes reliqua. Pecten eſt inſtrumentum quo pectitur capillus aut lana, etiam quo texitur. Item quo cithara percutitur. Eſt etiam piſcis quidam. Pectunculus dicitur paruus pecten. Tubicen qui canit tuba. Fidicen qui canit fidibus. Oſcen qui canit ore. Horat. Oſcinen curuum prece ſuſcitabo. Liticen qui canit lituo. Littus ſupra. Tibicen qui canit tibia, & iſtud nomen producit i cum alia corripiant eam. Horat. Tibicen didicit prius extimuitq; magiſtrum. Et habent fœminina in a, ut fidicina, tibicina, &c. Hymen Græce dicitur pellicula, ſed Poetæ accipiunt pro Deo nuptiarum, & ſemper legitur maſculino genere. Ouidius, Turpia formoſus corpore iungit hymen. Stat. Motus hymen uerſæq; faces. Ouidius, Affuit & fortis tempora uinctus hymen. Flamen uno modo eſt uerbale à uerbo flo, & ſignificat idem quod flatus. Altero modo flamen dicitur quaſi filamen, & ſic ſignificat ſacerdotem, quia ſacerdotes olim habebant filum ſuper caput. Flamen Dialis dicebatur ſacerdos Iouis. Alia uocabula dicta ſunt ſuperius. Pecten Tubicen Fidicen Oſcen Liticen Tibicen Hymen Flamen

In dat hic ut delphin, ſed multa localia dant hæc. In

Nomen cuius terminatio eſt in, eſt generis maſculini, ut Delphin. Lucan. Nec placet incertus qui prouocat æquora delphin. Excipiuntur nomina ciuitatum, ut Salamin, Trachin, Eleuſin, quæ ſunt fœminini generis. Iuuen. Ille tamen qualis rediit ſalamine relicta. Delphin eſt animal marinum lato dorſo & curuo roſtro, cui os eſt pene in uentre. Etiam dicitur delphin & delphinus. Eſt etiam cœleſte ſignum uel ſydus. Delphin

On maribus iungas, tamen urbes hæc retinebunt. On

Hæc icon ſindon, ſed plurima Græca uolunt hoc.

Nomina deſinentia in on ſunt maſculina, ut agon, canon, dæ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

non, dæmon. Excipiuntur propria nomina ciuitatum, quæ ſunt fœminina, ut Aſcalon, Babylon Sydon Lacedæmon Ancon Crocon. Lucan. Cunq́; ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis. Iuuen. Ante domum Veneris quã dorica ſuſtinet Ancon. Excipitur Ilion quod eſt neutrum, ſed tamen dicitur hæc Ilios. Ouid. Tunc cum triſtis erat, defenſa eſt Ilios armis. Montium uero nomina ſunt maſculina, ut helicon citheron pelion aulon. Horat. Et amicus aulon fertilis Baccho. Statius, Motusq́; citheron. Sed Sion eſt fœm. gen. Item ſindon eſt fœm. gen. Martial. Nec ſic in tyria ſindone tutus erit.

Icon

Icon quod ſignificat imaginem eſt etiam fœm. ge. ſecundum Neſtorem. Item multa græca in on ſunt neutri generis, ut diateſſaron, diapaſon, colon, barbiton. Dia Græca præpoſitio ſignificat de.

Teſſara

Teſſara quatuor. Inde diateſſaron dicitur conſonantia muſica de quatuor tonis.

Sindon

Sindon eſt ſpecies lineæ ueſtis ex ſubtiliſsimis filis.

Barbiton

Barbiton eſt inſtrumentũ muſicum maius lyra. Et dicitur hæc barbitos.

Colon

Colon eſt membrum.

Ar

Ponis nomen in ar neutrũ, ſotular dat hic & lar.
Sed tria dant genera par & ſua compoſitiua.

Nomen in ar eſt neutri gen. ut iubar, calcar, nectar, bacchar. Excipit auctor lar & ſotular maſcu. Nar, arar & cæſar etiam ſunt maſcu. ſed per regulas generales, quia nar & arar ſunt fluuij, & cæſar ibi. Maſcula ſunt cuncta. Item par cum ſuis compoſitis eſt communis gen. ut compar, diſpar.

Bacchar

Bacchar eſt genus uaſis uinarij, quod & bacchium & baccharium dicitur. Baccar ſine h eſt quædam herba, & illud eſt gen. fœmini.

Lucar

Lucar eſt erogatio, quæ fiebat in luctis, id eſt, ſiluis uel pecunia collecta in luco, & iſtud eſt neutrum. Etiam lucar eſt auis canens prima luce, & ſic eſt fœmininum uel epicenum.

Sotular

Sotular eſt calceus, quod quidem multi putant eſſe barbarum. Legi tamen apud diuum Hieronymum Sotularis in ntõ. Hic ſotularis uidetur nobis nouus & elegans. Nota quod par accipitur quandoq́; ſubſtantiue in neutro genere. Cicero in Philip. de duobus uiris malis ita ſcribit: Ecce tibi geminum in ſcelere, par inuſitatum, inauditum, barbarũ. Reliqua uocabula ſupra.

Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Er maribus detur, iter hoc ſpinterq; ſequetur.

Nomen in er deſinens eſt maſculini generis, ut ager agger carcer, &c. Excipiuntur duo neutra, iter & ſpinter. Excipiuntur etiam alia, quæ ſequuntur in textu. Nota ſecundum Priſc. Omnia nomina ſecundæ declina. in er deſinentia ſunt maſcu. gen. nullo excepto. Sed nomina tertiæ declin. in er habent uaria genera. Nam quædam ſunt maſcu. ut pater agger uenter. Quædam fœmini. ut linter mater. Quædam neutra ſunt, ut iter. Quædam communia, ut pauper. Sed Priſcia. inter neutra non ponit, ueſper ruder & iuger, ſed alio loco ponit rudus & iugerum uel iugus iugeris, ergo iuger & ruder latina non uidentur, quia nuſquam inueniuntur. Veſper autem maſc. gen. eſſe multis autoribus oſtendam. Verg. Solis ad occaſum cum frigidus aera ueſper temperat, & ſaltus reficit iam roſida luna. Statius xij. Theba. In lachrymis exempta dies, nec ſerus abegit Veſper, amant miſeri lamenta malisq; fruuntur. Ouid. 4. Faſt. Veſper ubi eſt tectus ſupra noua uelera corpus Ponit, adorata per ſua uerba Deo. Iuuencus, Si ruber aſtrifero procedit ueſper olympo. Eſt etiam tertiæ declin. Verg. Mutati tranſuerſa fremunt, & ueſpere ab atro Conſurgunt uenti. Lucan. Et maturato præcedit ueſpere lucem. Ouid. Nocte uolant ſeroq; tenent ã ueſpere nomen. Spinter teſte Priſciano eſt fibula in humeris aut armilla. Fibula eſt uncus, quo ueſtes nectuntur. Armilla eſt ornamentum in brachijs.

Spinter
Fibula
Armilla

Campeſter uolucer alacerq; pedeſter equeſter.
Syluester celeber acerq; celerq; ſaluber.
His in bis quinq;, tenet hic er, & hæc is & hoc e.
Dat ſequeſter idem, quod ternæ ſiue ſecundæ.
Sicq; paluſter erit, hic & hæc alacris retinebit.

Decem nomina in textu poſita ſub terminatione er ſunt maſcul. ſub is fœm. ſub e neut. ut hic acer hæc acris hoc acre. Idem genus habent paluſter & ſequeſter, quod etiam eſt ſecundæ declin. & tunc habent fæmininum per a, & neutra per um. Item fere omnia iſta nomina poſſunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

eſſe communis generis,ſub terminatione is , ut hic alacer hæc alacris,hoc alacre, uel hic & hæc alacris & hoc alacre. Priſcianus etiam ſcripſit quod apud ueteres leguntur ſub una terminatione & communis generis , quod nunc non

Campeſter

ſeruamus. Campeſter ſignificat ad campum pertinens, ut campeſter locus.Horat. Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis. Campus eſt planicies terræ. Arma campeſtria ſunt inſtrumenta , quibus luditur in campis. Campeſtre ſubſtantiue eſt breue ueſtimentum , quo utuntur ludentes. Horat. Penula ſolſtitio campeſtre nanalibus auris.

Volucer

Volucer,id eſt,uolans uel uelox.

Alacer

Alacer,id eſt,lætus uel geſtum faciens ex lætitia.

Pedeſter

Pedeſter ad pedites pertinens, ut pedeſter exercitus.Etiam ſignificat humilem & non altum , ut ſermo pedeſter.

Equeſter

Equeſter ad equites pertinens,ut equeſter exercitus, id eſt, conſtans ex equitibus. Equeſter ordo,ridderſchafft. Vir equeſtris ordinis, en ridder.

Sylueſter

Sylueſter pertinens ad ſyluam , ut ſylueſter homo,ſylueſtris ſimia.

Celeber

Celeber, id eſt, nobilis, ut celeber uir,& celeber locus,id eſt , ad quem multi uenire ſolent.

Acer

Acer,id eſt,fortis & uehemens. Acriter,uehementer. Acrimonia,uehementia uel acies. Eſt etiam acer ſubſtantiuum,de quo alibi.

Celer

Celer uelox. Celerare, id eſt, celeriter facere. Vergilius, Tum celerare fugam patriaq; excedere ſuadet.

Saluber

Saluber ſanus uel dans ſalutem aut ſanitatem,& producit u. Ouidius , Vt faueas cœptis Phœbe ſaluber ades. Inſaluber uel inſalubris, id eſt,non ſaluber.Plinius, Belus amnis inſalubris potui,ſed cæremoniis ſacer.

Paluſter

Paluſter ad paludem pertinens uel in palude exiſtens, ut rana paluſtris , canna paluſtris , locus paluſter. Phocas addit his nominibus medioecr, ſed magis legitur hic & hæc mediocris, quod ſignificat medio modo ſe habens.Non mediocris,id eſt, ualde magnus uel nimius.

Tertia dans uer ber dabit hoc , tamen hic tenet imber.

Et ſua compoſita ſunt adiectiua notanda.

Nomina tertiæ declinationis , quorum terminatio eſt uer

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

eſt uer aut ber ſunt neutra,ut cadauer,uer,ſuber,uber,tu-
ber,uerber.Excipiuntur imber, quod eſt generis maſculi-
ni cum ſuis compoſitis,quæ quando capiuntur adiectiue,
ut pridie calendas decembres,tertio idus octobres.Sunt &
alia adiectiua in ber iam dicta,ſcil, ſaluber celeber. Nota
quod uber dupliciter accipitur. Vno modo ſubſtantiue,&
ſic eſt generis neutri.Altero modo capitur adiectiue,& ſic
eſt communis generis per regulam ſequentem (Degener
& pauper hic & hæc) Et propter hæc ait Alexander, Sunt
adiectiua notanda. Cadauer eſt corpus mortuum. Ver- **Cadauer**
gilius, Pedibusq; informe cadauer protrahitur. Ver ſu-
pra. Suber eſt arbor, quæ glandes profert, & eſt quaſi **Suber**
tota cortex, & pro cortice accipitur. Tuber eſt tumor **Tuber**
rotundus in corpore aut arbore,& in terra quidam fru-
ctus,& quaſi pomum terrenum dicitur tuber. Martialis,
Rumpimus altricem tenero de uertice terram. Tubera
boletis poma ſecunda ſumus. Legitur etiam maſculini
generis. Suet. Oblatos tuberes ſeruari iuſsit in craſtinum.
Vber ſubſtantiuum eſt mamma, ſed proprie pecoris. **Vber**
Ouidius, Fertilior ſeges eſt alieno ſemper in agro, Vici-
numq; pecus grandius uber habet. Verber eſt lignũ uel **Verber**
aliud quo uerberatur.Verbero dignus uerberibus. Im- **Imber**
ber cum ſuis compoſitis ante dictum eſt. Verg. Maximus
agricolis pelagoq; parabitur imber. Martial. Horridus
ecce ſonat boreæ ſtridore december.

Fœmininei generis lynter mater mulier ſunt,
Fœtibus hoc terræ dat terna, ſed hic cucumer
uult.

Dicit quod mater mulier & lynter ſunt gene. fœm.
nec ſunt plura in er fœminini generis. Et nomina tertiæ
declinationis in er ſignificantia fœtus terræ, id eſt, herbas
uel fructus uel arbores uel fructus earum ſunt neutri ge-
neris, ut ſiler cicer papauer lauer,quod ultimum tamen
Plinius nunc uſurpat in neut.gen. nunc in fœminino,ſed
tunc intelligitur herba.Excipit Alexander cucumer, quod
Priſcian.non excipit,quia magis in uſu eſt cucumis.Priſ-
cian.ab hac regula excipit acer pro arbore,quod ipſe uult

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

fœmininum. Sed Plinius uſus eſt neutro genere, dicens acer gallicum & idem ſæpius. **Cicer** Cicer eſt quoddam legumen ſuperius acutum, quod licet ſit neutrum, tamen diminutiuum facit cicerula fœm. gen. **Papauer** Papauer eſt herba habens ſemen in uaſculis, valmu. **Lauer** Lauer eſt herba naſcens in riuis, quæ cocta medetur torminibus, ut ait Plinius. **Mulier** Mulier à mollicie animi dicta eſt. Vnde ait Salomon: Mulierem fortem quis inueniet? Item mulier tantum dicitur de humana natura, fœmina uero de omni animali. Inde adiectiuum muliebris, id eſt, pertinens ad mulierem, ut mulebris uox, muliebre conſilium. **Lynter** Lynter eſt lignum cauatum, trou. Etiam eſt nauicula. Tibullus poſuit in maſculino genere, Græcos imitatus.

Degener & pauper, hic & hæc dant puber & uber.
Hæc etiam neutris interdum conſociantur.

Sunt aliqua nomina in er communis generis, ut puber uber degener pauper, quæ in obliquis etiam ſunt omnis gene. quia adduntur ſubſtantiuis neutris. Philel. Superas annos iam puberis æui. Lactan. Eccleſiæ paſtos ubere lacte ſinu. Lucanus, Pone duces priſcos & nomina pauperis æui. Statius, Pugna eſt de paupere regno. **Puber** Puber dicitur maturus ad generandum uel concipiendũ. Vnde adoleſcens, qui attigit annum 14. dicitur puber, quia tunc ei naſcitur pubes, quæ eſt lanugo uel crinis circa genitalia. Impuber uel impubis dicitur puer, ſcil. qui non habet pubem. Pubertas eſt adoleſcentia uel finis pueritiæ, in qua pubeſcunt, id eſt, pubes acquirunt homines. Pubes etiam ſignificat multitudinem adoleſcentum uel iuuenũ. Horat. Iam iam ſecundis uſq; laboribus Romana pubes creuit. **Vber** Vber dicitur fertilis uel abundans. Vbertas, id eſt, abundantia. Vbertim aduerbium, id eſt, abundanter. Exubero ſignificat abundo. Vergil. Pomiſq; exuberat annus. **Degener** Degener ignobilis uel ignauus non ſequens uirtutem ſuorum parentum. Verg. Degeneres animos timor arguit. Idem, Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores.

Pauper

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Pauper qui paucum habet. Pauperare facerē pauperem. Pauper
Plaut. Boni uiri me pauperant, improbi alunt.

Ir maribus detur, pyr & hir neutris ſocientur.
Eſt hic & hæc martyr, hoc debes dicere gaddir.

Nomen in ir eſt maſc. gene. ut uir leuir treuir abadir. Excipiuntur hir & pyr, quæ ſunt neutri. Item martyr eſt comm. gen. & Gaddir neutrum, quod autoritate Saluſtij probat Priſcianus. Tamen Ruffus Feſtus poſuit genere fœminino, dicens: Gaddir prima fretum ſolido ſupereminet arce. Attollitq; caput geminis incerta columnis. Eſt autem Gaddir ciuitas in finibus Hiſpaniæ in inſula quæ Gades dicitur, uel eſt ipſa inſula. Cætera uocabula habes ſupra. Gaddir

Or maribus ſocia, ſed plurima ſunt retrahenda. Or

Nomen in or eſt maſc. ut amor dolor meror, &c. Meror eſt magnus & internus dolor. Rumor, id eſt, fama Horat. Frigidus à noſtris manat per compita rumor. Dulcor, id eſt, dulcedo. Fulgor, id eſt, ſplendor, uel idem quod fulgur. Vergil. Namq; improuiſo uibratus ab æthere fulgor. Meror Rumor Dulcor Fulgor

Omne memor iungit quod comparat ad duo tantum.
Mas tantum ſenior, hic & hęc ſed dicitur autor.

Memor eſt generis omnis in ſingulari numero, nam in plurali eſt generis communis, quia non habet neutrū in plurali. Comparatiua in or ſunt communis generis, ut albior nigrior. Senior autem in quantum capitur ſubſtantiue eſt maſc. gen. ſed adiectiue uel comparatiue captum eſt generis communis, ut alia, & habet neutrum per us. Ambroſius, Vt fides aſtrueretur exemplo ſenioris fœminæ. Sene. Tragicus. Fama miratrix ſenioris æui. Autor eſt generis communis, ſub quo comprehendimus Rhetor, & uerbalia in ſor, quæ non habent fœmininum in trix, ut ſponſor inceſſor luſor poſſeſſor, licet aliqui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

dixerint poſſeſtrix teſte Marcel Ouidius, Sponſor coniu-
gíj ſtat dea picta ſui. Mapheus Vegius, Virgo interceſſor
noſtra fer ante Deum. Memor, hukommelſe. Imme-
Memor mor,id eſt, non memor. Senior ſubſtantiue dicitur uir
Senior ſenex & honorabilis. Autor eſt idem quod factor uel
Autor efficiens cauſa, ut Deus eſt autor mundi. Quis eſt autor
huius libri, uel huius rei. Facias autore me,id eſt,ego iu-
beo. Tull. ad Atticum. Ego tibi non ſum autor, ſi Pom-
peius Italiam reliquerit, te quoq; profugere, id eſt, ego
non iubeo uel ſuadeo. Autor etiam dicitur ſuperior uel
principalis. Vnde autoritas eſt dignitas & audientia. Au-
torare ſignificat obligare & ſubíjcere uel autoritatem da-
re. Horat. Autoratus es an turpi clauſus in arca. Autora-
mentum eſt præmium uel obligatio. Seneca, Nullum ſine
autoramento malum eſt. Exautorare eſt autoritate uel ſti-
pendio priuare. Plin. Centurionem Cæſar exauctorauit
atq; etiam relegauit. Auctor ſecundum Philelphum per
c ſcribi debet, quia, ut ait, ab augeo fit, & non ab authen-
te, quia tunc per th ſcriberetur.

Aequor ador marmor & cor ſunt neutra, ſed arbor
Hæc tenet, atq; ſoror ſexu noſcuntur & uxor.

Quatuor ſunt nomina in or neutri generis, ſci. æquor
ador marmor cor. Et tria ſunt fœmi. ſcil. arbor uxor &
Cor ſoror. Cor, hierte. Salo. Omni cuſtodia ſerua cor tuū,
quia ex ipſo uita procedit. Corculum, paruum cor. Cor-
datus, prudens. Cordolium eſt dolor cordis uel commi-
Arbor ſeratio. Arbor uel os, tree. Arbuſcula eſt parua ar-
bor. Arbuſtum dicitur locus ubi multæ ſunt arbores
Soxor paruæ. Soror, ſuſter. Sororius, ad ſororem pertinens,
Vxor uel maritus ſororum. Vxor eſt uiri coniunx, huſtru.
Vxorcula parua uxor ſicut ſororcula parua ſoror. Vxori-
us, pertinens ad uxorem, uel uir deditus uxori. Vergilius,
Pulchraq; uxoris urbe.

A color & corpus decus orta tenent genus omne.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nomina in or, quæ formantur ab illis nominibus
color,decus & corpus ſunt adiectiua generis omnis, ut
concolor,unicolor,bicolor, decolor,indecor,dedecor, bi-
corpor,tricorpor.Sed color eſt generis maſculini per pri- Color
mam regulam,quia eſt ſubſtantiuum. Color uel colos Concolor
farffue. Concolor ſimiliter coloratus. Aues cōcolores Vnicolor
uolant una. Vnicolor, id eſt, unius coloris. Bicolor Bicolor
duplicis coloris.Plinius,Intus omne ouum eſt bicolor. Tricolor
Tricolor triplicis coloris. Multicolor multi coloris ,uel Multico-
multos colores habens. Verſicolor, id eſt, uarios colo- lor
res habens. Decolor, id eſt,mali coloris. Diſcolor di- Verſicolor
uerſi coloris aut multiplex. Perſius, Mille hominum ſpe- Decolor
cies & rerum diſcolor uſus. Indecor,inhoneſtus. Dede- Diſcolor
cor idem ſignificat. Statius, Pro funere pulchro Dedeco- Indecor
rem amplexi uitam redituſq; pudendos. Et nota quod
Priſcianus hæc duo nomina prædicta formari dicit à no-
mine decor & non à decus, à quo fit compoſitum dede-
cus,ergo eſt duplex decor,unum eſt ſubſtantiuum, quod
ſignificat ornatum, alterum eſt decor nomen adiectiuum
ſignificans id,quod honeſtus. Primum producit o in ob-
liquis, alterum corripit. Priſcianus probat uerſu iambi-
bico Neuij,Dedecoremq; ditem duxerant. Vbi primus pes
eſt anapeſtus, ſecundus iambus. Bicorpor habens duo Bicorpor
corpora. Tricorpor habens tria corpora. Tricorpor

Nomen quod ſit in ur dabit hoc,teſtis tibi mur Vr
mur.
Multus erat murmur,ueteres quoq; ſic poſuere.

Nomen in ur deſinens eſt neutri generis, ut guttur
fulgur murmur ſulphur tibur fœmur ebur,&c. Legitur
tamen in Euangelio Iohannis murmur maſculini gener.
Et multus murmur de eo erat in turba. Plaut.etiã guttur
poſuit maſc.Et ne obturet gutturem inferiorem. Sed hoc
non licet imitari,quia Verg. & omnes autores uſi ſunt his
nominibus in neutro genere. Murmur eſt ſtrepitus uel Murmur
ſonus non ſatis intelligibilis,eſtq; nomen à ſono factum.
Inde murmuro uerbum,id eſt,facio murmur apud Plau.
legitur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

legitur murmurillum pro murmur, & murmurillare pro murmurare. Mimphur eſt lignum loro circumdatum quo utuntur tornatores. Reliqua ſupra.

Mimphur

Hic uultur furfur, hic aut hæc dabit tibi turtur.
Dat cicur omne genus, triplicas cum uoce ſaturq;.
Communis generis fur ligur augur & aſtur.

A prædicta regula excipiuntur duo maſculina uultur & furfur, & unum dubij generis turtur, & cicur, quod eſt generis omnis ſub una terminatione, ſed ſatur habet omne genus ſub tribus terminationibus, ut hic ſatur, hæc ſatura, hoc ſaturum, augur ligur auſtur & fur ſunt communis gen. quia conueniunt utriq; ſexui. Nota quod omnia nomina in ur ſunt tertiæ declin. præter unum, ſci. ſatur, quod eſt ſecundæ declin. ut prædictum eſt. Item omnia ſunt ſubſtantiua, præter ſatur & cicur, quæ ſunt adiectiua, ſed cicur non mouetur, niſi in nominatiuo ſecundum uocem. Vultur eſt auis quædam, gyer. Legitur etiam uulturus apud Ennium, & uulturius apud Catullū. Furfur eſt groſsities farinæ, kly. Turtur eſt quædam auis, ſic appellata à ſono uocis ſuæ. Et etiam quidam piſcis. Cicur, id eſt, manſuetus uel mitis. Tullius, Beſtias immanes alias, quaſdam uero cicures eſſe natura uoluit. Cicurare, id eſt, facere cicur uel domare. Augur qui uel quæ futura coniectat ex garritu auium. Augurium talis diuinatio. Aſtur aliquis uel aliqua de Aſturia, quæ eſt regio Hiſpaniæ. Auſturco eſt equus de Aſturia, alio nomine gradarius, ganger. Ligur aliquis de Liguria, quæ eſt regio Italiæ. Dicitur etiam Ligus teſte Priſciano. Vnde Liguſticus adiectiuum. Fur qui abſtulit alienam rem inuito domino. Accipitur pro ſeruo. Verg. Quid domini facient audent cum talia fures.

Vultur
Furfur
Turtur
Cicur
Augur
Aſtur
Ligur
Fur

As

Hęc dat nomē in as, facit hic as uas uadis & mas
Nomen gentile commune locatur ut arcas.
Quæ ſunt conciſa uelut arpinas ſociantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nomen in as fœminini generis, ut bonitas charitas
facultas cyclas, quod tam pro ueſte quam inſula eſt fœmi.
gen. ut habes ſupra, ibi (Sic breuis as format) exemplum
Propertij, ubi pro ueſte eſt fœmininum, pro inſula. Sil.
Cunctaq; canenti perfunditur æquore cyclas. Subdit Ale-
xander, quod gentilia & conciſa in as ſunt communis ge-
neris, ut Arcas Arpinas Aquinas Rauennas capenas no-
ſtras ueſtras, quæ omnia præter Arcas olim terminaban-
tur in atis, ut hic & hæc Capenatis Rauennatis dicebant
antiquiſsimi, ut ſæpe monet Priſcianus, ſed poſtea perdi-
derunt duas literas, i & t, quia dicimus Capenas, ideo
dicuntur conciſa, id eſt, ſyncopata. Et non legas in textu
Alpinas, ſed Arpinas, quia Alpinas atis non legitur, ſed
Alpinus. Ouid. Exigis Alpino Roma ſub hoſte iacet. Ver-
gilius, Alpinas obdura niues & frigora Rheni. Item hæc
gentilia leguntur etiam neutri generis. Cicero, Cum ea
nunc in Arginati prædio erat. Arpinas dicitur aliquis Arpinas
natus in Arpino, quod eſt oppidum Italiæ, patria Tullij,
de quo Iuuenalis, Sed uigilat conſul uexillaq; ueſtra coer-
cet. Hic nouus Arpinas ignobilis, & modo Romæ Mu-
nicipalis eques. Rauennas aliquis de urbe Rauenna. Rauennas
Aquinas aliquis de Aquino, quod eſt oppidum Campa- Aquinas
niæ, & patria fuit Iuuenalis & ſancti Thomæ doctoris. Noſtras
Noſtras de noſtra patria. Veſtras de ueſtra patria. De Veſtras
quibus inter pronomina ſuperius. Bonitas, godhed. Bonitas
Ponitur pro manſuetudine. Tullius, Quid eſt tam popu-
lare quam bonitas? Populare, id eſt, gratum populo.
Charitas eſt dilectio. Caritas eſt præcioſitas, cui opponi- Charitas
tur utilitas. Tullius, Ex tanta caritate annonæ ſubito tan-
ta utilitas facta eſt. Annona eſt frumentum uel cibus.
Facultas eſt poſsibilitas. Etiam ſignificat artem. Etiam ſig- Facultas
nificat poſſeſsionem. Quintilianus, Cunctas facultates in
precia collegi. Alia uocabula habes ſupra.

Omne tenet nugas, nec declinabile credas.
Hic abbas pone boreas primasq; gigasq;.
Hoc fas atq; nefas retinet, ſic uas quoq; uaſis.

Nugas adiectiuum indeclinabile omnis generis. Ab-
bas, bo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

bas,boreas, primas & gigas ſunt maſculina,quibus addi-
mus adamas, agragas, tiaras, elephas & pharias, quod eſt
ſpecies ſerpentis,de quo Lucanus, Et contentus iter cauda
Agragas ſulcare pharias. Agragas eſt urbs Siciliæ. Verg. Arduus
Tiaras inde Agragas oſtentat mœnia longe. Tiaras uel tiara eſt
pileus Phrygius. Verg. Sceptrumq́; lacerq́; tiaras. Adamas
ſupra. Quod autem ſit maſculinum, oſtendit Iuuenalis,
Myrthina deinde adamas notiſsimus Elephas. Lucanus,
Nec tutus ſpacio eſt elephas. Item Atlas pro monte etiam
Abbas eſt maſculini generis. Idem, Vicinus gadibus Atlas. Ab-
Boreas bas interpretatur pater. Boreas eſt uentus ſeptentrio-
Primas nalis, qui & aquilo dicitur, noerdenueer. Primas dici-
tur primus in dignitate, ut primas Germaniæ, id eſt,
principalis epiſcopus. Et illi nomini adduntur optimas,
ſummas,ſupernas, infernas. Sed hæc omnia magis di-
Optimates cuntur pluraliter. Optimates ſunt optimi ciuitatis.Sum
mates ſummi. Supernates ſuperni. Infernates inferiores,
Nugas uel qui habitant in locis decliuibus. Nugas,id eſt,mendax.
Dicitur etiam nugax. Item nugæ nugarum ſunt menda-
cia uel uanitates. Item tria ſunt neutra in as, fas, nefas, &
uas uaſis,nam uas uadis eſt maſculinum, ut ſuperius pa-
Fas tuit. Fas ſignificat licitum & ius. Perſius, Publica lex
hominum naturaq́; continet hoc fas, Vt teneat uetitos in-
ſcitia debilis actus. Nefas,id eſt, illicitum uel peccatum.
Nefas Iuuenalis, Credebant hoc grande nefas & morte pian-
dum, Si iuuenis uetulo non aſſurrexerat. Inde nefarius,
id eſt, malignus & nequam. Et hæc duo nomina etiam
ſunt indeclinabilia. Priſcianus ponit adhuc unum neu-
trum,ſcilicet, ceras ceradis, quod eſt proprium nomen
cuiuſdam loci.

Es breuis Es breuis hic ponit, ſeges & teges hæc ſociabit.
Et compes,triplicat pes cætera quæ tibi format.
Præter apes uel apis, quæ fœmineis ſociabis.

Nomen in es breue eſt maſculini generis, ut palmes
ames trames ceſpes limes fomes gurges termes.Excipiun-
tur ſeges teges & compes,quæ ſunt fœminini. Alia com-

poſita à pes in quantum capiuntur adiectiue, ſunt omnis generis, ut bipes tripes ſegnipes palmipes. At in quantum capiuntur ſubſtantiue, ſæpius ſunt maſculini, ut ſonipes ſemipes, præter apes, quod eſt fœminini generis, & indifferenter dicitur apes uel apis, ſicut ualles uel uallis, torques uel torquis, & quædam alia. Termes eſt ramus oliuæ. Horatius, Germinat & nunquam termes pallentes oliuæ. Alia uocabula primæ regulæ habes ibi, Mas autem commune ſi fiet in es, &c. Compes eſt catena pedum. Ouid. Spes facit ut uiuat foſſor quoq; compede uinctus. Compedire eſt pedes illigare. In Pſalmo, Dominus ſoluit compeditos. Bipes, id eſt duos pedes habens, ut bipes aſinus, bipes animal. Tripes tres pedes habens, ut menſa tripes apud Horatium. Quadrupes habens quatuor pedes. Capitur etiam ſubſtantiue pro animali quatuor pedum, & tunc eſt communis generis ſecundum Seruium. Vergil. Saucius aut quadrupes nota intra tecta refugit. Idem, Nulla neq; amnem libauit quadrupes, Octipes habens octo pedes. Ouidius, Octipedes fruſtra quæruntur brachia cancri. Semipes, id eſt, medius pes. Seſquipes, id eſt, unus & dimidius pes. Gallipes habens pedes galli, quo nomine dicitur qui nuſquam progreditur. Palmipes, id eſt, latos pedes habens, ut anas & anſer. Alipes, id eſt, alatos pedes habens uel uelox. Aeripes æreos pedes habens. Loripes habens pedes contortos & flexos ad modum lori. Iuuen. Loripedem rectus derideat, Aethiopem albus. Apes uel apis, bien. Apicula dicitur parua apis. Apiarius qui apes habet uel cuſtodit. Apiarium eſt uas in quo mellificant apes, alio nomine aluearium. Apis huius apidis fuit idolum Aegyptiorum, ſcil. bos, quem colebant, & ſic eſt maſculini generis, & prima producta. Luca. Et ſacer in magnum cineres mactabitur apes. Idem dicitur ſerapis.

Termes

Compes

Bipes
Triceps
Quadrupes

Octipes
Semipes
Seſquipes
Gallipes
Palmipes
Alipes
Aeripes
Loripes
Apes

Quæ duo dāt ſignes, ut miles equesq; ſuperſtes.
Diues hebes ſoſpes præpes teres & comes hoſpes.
Inquies antiſtes ales, dic per tria deſes.

Iſtorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Iſtorum multa legimus neutris ſociata.

Nomina in textu poſita ſunt communis generis,quibus adduntur pedes reſes præſes obſes præpes impes interpres indiges.Item deſes eſt generis omnis,& multa aliorum adduntur ſubſtantiuo neutri generis , & ſic etiam ſunt omnis generis. Ouid. Poſt mea manſurum fata ſuperſtes opus. Idem,Os hebes eſt,poſitæq; mouent faſtidia menſæ. Prudent. Formatum fortunæ habitum cum diuite cornu. Iuuen.Depoſitum tibi ſoſpes erit. Lucan.Rerum nos ſumma ſequetur. Imperiumq́; comes. **Miles** Miles eſt qui uel quæ militat,lantzknecht.Ouid. Nam rudis ad partus & noua miles eram. **Eques** Eques qui uel quæ equitat. Ponitur etiam pro equo. Verg. Equitem docuere ſub armis Inſultare ſolo.Eques auratus,ridder. **Pedes** Pedes pedibus uadens & non equitans. Peditatus dicitur exercitus peditum. Equitatus multitudo equitum. **Superſtes** Superſtes, id eſt, permanens & non moriens. Terent. Deos quæſo, ut ſit ſuperſtes. **Diues** Diues,ryg.Diuitare,facere diuitem. **Comes** Comes qui uel quæ comitatur. **Inquies** Inquies uno modo capitur adiectiue,& ſic eſt idem quod inquietus.Saluſt.Nobis primæ diſſenſiones uitio humani ingenij euenere , quod inquies atq; indomitum ſemper agitur. Alio modo capitur ſubſtantiue,& eſt fœminini generis , ſignificans idem quod inquietudo. Plin.Ex ebrietate fit inquies nocturna. Similiter quies olim capiebatur adiectiue, ut ait Priſcianus. **Ales** Ales adiectiue eſt idem quod uelox. Silli. Alite uectus equo. Ales ſubſtantiue eſt auis, ſed tamen eſt communis generis. Vergil. Namq́; uolans rubra fuluus Iouis ales in æthra. Boeti. Quæ canit altis garrula ramis Ales cauo clauditur antro. Frequentius tamen in maſculino genere legitur. Alia dicta ſunt.

Es longa

HAec dabit es longe, ueteres hic debet habere.
Hic dabit hæc ue dies, dant hi tantummodo plures.
Cumq; meri dabit hic,& patronymica iunges.

Nomen in es longum deſinens eſt fœm. gen. præter
uerres. Vt ſedes cædes clades ſtrages ambages nubes pro-
les moles ſoboles labes ſudes trudes lues rupes torques
uepres acies facies, & omnia nomina quintæ declin. præ-
ter dies, quod in ſingulari eſt dubij generis, in plurali
maſc. & compoſitum eius meridies eſt maſc. Item patro-
nymica in es ſunt maſc. ut Priamides Aeacides. Quibus ad
duntur multa Græca in es maſc. ut bootes cometes pro-
phetes Euangeliſtes plaſtes ſophiſtes, quæ ſæpe in a mutã-
tur. Item tapes lebes, & nomina lapidum, ut achates pyri-
tes magnes ophites. Stat. Queriturq́ꝫ excluſus ophites.
Plinius tamen his nominibus lapidum uario genere uti-
tur, nunc maſculini nunc fœminini, ſcil. ſecundum diuer-
ſam ſubintellectionem lapidis aut gemmæ. Moles ma- **Moles**
gnitudo uel grauitas. Verg. Tantæ molis erat Romanam **Proles**
condere gentem. Proles eſt filius aut filia. Torques **Torques**
eſt ornamentum colli, ſcil. aurea uel argentea catena. Tor-
quatus, id eſt, torque ornatus. Etiam dicitur torquis maſc.
gen. Stat. Colloq́ꝫ decorus. Torquis in hoſtiles cecidit per **Nubes**
uulnus arenas. Nubes, volcke. Rupes eſt altus & præ- **Rupes**
ruptus locus. Verg. Dumoſa de rupe procul pendere ui- **Ambages**
debo. Ambages eſt circuitus. Vepres, id eſt, ſpina. **Vepres**
Trudes, id eſt, ſtipes quo nauis truditur. Verg. Ferrataſq́ꝫ **Trudes**
trudes & acuta cuſpite contos Expediunt. Reliqua exem- **Verres**
pla regulæ ſupra. Verres eſt porcus, orne. qui ſi caſtra-
tus ſit, dicitur maialis. Verrinus ad uerrem pertinens, uel
de uerre, ut uerrinus callus. Item, Verres fuit nobilis uir
Romanus, qui prætor Siciliæ factus, diripuit prouinci-
am, in quem ſunt orationes Tullij, quæ uocantur Verri-
næ. Dies ſupra. Meridies eſt medium diei, quaſi medi- **Meridies**
dies. Vnde uerbum meridio meridias, uel meridior aris,
id eſt, meridie quieſco uel dormio, uel comedo. Bootes **Bootes**
interpretatur bubulcus, & eſt quædam ſtella. Aratus.
Tardus in occaſum ſequitur ſua plauſtra bootes. So- **Sophiſtes**
phiſtes eſt ſapiens uel doctor uel deceptor. Zelotes, id **Zelotes**
eſt, uehemens amator.

Es quoq́ꝫ commune, ceu ſunt hæres locupleſq́ꝫ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Hic aries paries pes præs, ſed dicitur hoc æs.

Sunt quædam nomina in es producta communis generis, ut hæres locuples uates expes manſues. Item aries paries pes & præs ſunt maſculini generis, ſed æs æris eſt neutri generis. Et nota quod tantum unum eſt nomen latinum in es neutri gen. æs æris, licet etiam legamus aliqua Græca in es neutri, ut hippomanes & cacoethes. Iuue. Tenet inſanabile multos Scribendi cacoethes ægro in corde ſeneſcit. Cacoethes e producta, dicitur latine malus mos. Hippomanes eſt caruncula, quæ innaſcitur pullis equinis in fronte, quam carunculam mater pulli deuorat, uel eſt uirus ſtillans ex inguine equarum coire uolentium. Vergil. Hinc demum hippomanes uero quod nomine dicunt Paſtores, lentũ diſtillat ab inguine uirus, Hippomanes quod ſæpe malæ legere nouercæ. Expes, qui uel quæ eſt ſine ſpe.

Cacoethes Hippomenes. Expes

Is

Haec dat nomen in is, tamen hic declino molaris.
Caulis & ędilis axis quintilis aprilis.
Riualis cum natalis maialis aqualis.
Vomis glis puluis cucumis ſanguis lapis anguis
Faſcis cum piſcis fuſtis poſtis cinis ignis.
Centuſſis uectis ſextilis acynacis amnis.
Panis cum penis crinis funis ſimul unguis.
Enſis uel menſis uermis torquis quoq; torris.
Et collis follis & callis pollis & orbis.
Hic aut hęc finis clunis corbiſq; canalis.

In is deſinentia ſunt fœminini generis tam Græca quam latina, ut aſſis bilis noualis curulis cratis uallis baſis craſis phraſis doſis poeſis phreneſis. Excipiuntur nomina quæ ſunt maſculina, ſcil. finis clunis corbis canalis, quæ ſunt generis dubij. Poſſent addi plura maſculina, ut iugalis con-

lis conſularis cardinalis officialis patruelis,auricularis,ſed Aſſis
hæc ſæpius leguntur adiectiue. Aſſis, id eſt, aſſer. Inde Bilis
aſſula,id eſt,parua aſſis. Bilis eſt quidam humor in cor-
pore, qui uocatur cholera. Accipitur pro ira, ut moues Noualis
mihi bilem, .i. facis me iratum. Noualis eſt nouus ager
uel qui renouatur ſemine. Quidam putauerunt eſſe maſ-
culini,ſicut & curulis,ſed errant. Verg. Alternis idem ton-
ſas ceſſare nouales.Dicitur etiam hoc nouale.Idem,Impius
hæc tam culta noualia miles habebit. Curulis u longa Curulis
dicitur ſella uel ſedile conſulis, & accipitur pro conſule
uel magiſtratu. Lucanus, Vacuæq́ loco ceſſere curules. Cratis
Cratis eſt rata connexio ferramentorum aut lignorum. Vallis
Cratis ferrea,røſt.Cratis lignea,leed. Vallis eſt locus de-
cliuus, dale. Legitur etiam ualles. Verg. Eſt curuo anfra-
ctu ualles accommoda fraudi. Conuallis eſt rotunda Baſis
uallis undiq́ montes habens. Baſis eſt lapis aut lignum Craſis
portans columnam uel ſtatuam. Craſis ſignificat tem- Phraſis
peramentum. Phraſis,id eſt,eloquentia. Doſis Græce Doſis
datio Latine. Poeſis,id eſt, factura uel opus poeticum. Poeſis
Phreneſis eſt inſania & producit e. Iuuen. Cum furor aut Phreneſis
dubius, cum ſit manifeſta phreneſis. Phreneticus, id eſt, Molaris
inſanus. Molaris eſt lapis molæ, & dens quo molitur
cibus. Eſt & adiectiuum, ut molaris carrus,molaris rota. Caulis
Caulis eſt tener & nouus ramus herbarum in folijs.Hora.
Qui teneros caules alienos fregerit horti. Dicitur etiam
colus pro eodem. Item caulis dicitur etiam de pennis &
caudis animalium. Plinius, Boum caudis longiſſimus
caulis. Idem, Pennarum caules præciſi non creſcunt.
Compoſita huius nominis adiectiua ſunt, ut unicaulis,
id eſt, habens unum caulem. Multicaulis, id eſt, habens
multos caules. Plinius, Carduus multicaulis eſt & ramo-
ſus. Braſſica eſt ſpecies oleris,quæ uulgo dicitur caulis. Aedilis
Aedilis qui præeſt ædibus, & fuit quidam magiſtratus Axis
Romæ. Axis eſt lignum in curru circum quod rota
uoluitur.Accipitur pro curru uel pro parte cœli.Axungia
eſt pinguedo qua axis ungitur. Riualis qui alterius ami- Riualis
cam amat. Maialis dicitur porcus caſtratus. Ponitur & Maialis
adiectiue, ut maialis arbor, maytre. Aqualis eſt uas aquæ. Aqualis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Aqualiculus,id eſt,lynter porcorum,& ponitur pro uen-
Anguis tre. Anguis eſt ſpecies ſerpentis. Ouid. Anguibus ex-
uitur ueteri cum pelle uetuſtas. Anguiculus eſt eius dimi-
Faſcis nutiuum,quod apud Ciceronem legitur. Faſcis eſt pon
dus uel res,quæ portatur. Verg. Ego hoc te faſce leuabo.
Inde faſciculus,id eſt, paruus faſcis. Faſces pluraliter acci-
pitur pro conſulatu, quia faſces uirgarum portabantur à
Fuſtis lictoribus ante conſulem Romanum. Fuſtis baculus.
Poſtis Fuſtigare,id eſt,fuſte percutere. Poſtis eſt lignum craſ-
ſum ad ianuam,& ponitur pro ianua. Verg. Poſteſq; ſub
ipſos nituntur gradibus, id eſt, per ianuam conantur in-
Centuſsis gredi. Centuſsis eſt quidam nummus ualens centum
Vectis aſſes. Vectis eſt ſtipes ferreus, quo mouetur aliquid, uel
lignum teres, quo portatur aliquid,ut arca Moyſi porta-
Acinacis batur uectibus. Accipitur pro diabolo. Acinacis a curta
Amnis dicitur gladius Perſicus.Amnis eſt fluuius.Horat.Ruſticus
Panis expectat dum defluat amnis. Panis cibarius. Panaria
Penis brødkorff. Penis,id eſt,cauda. Peniculus idem. Funis
Funis eſt reſtis. Inde funiculus paruus funis. Vnguis eſt duri-
Vnguis cies ad digitos hominis, uel auis, uel beſtiæ, negel eller
klou. Ouid. Terretur minimo pennæ ſtridore columba,
Vnguibus accipitris ſaucia facta felis. Vnguiculus paruus
Enſis unguis. A teneris unguiculis mihi cognitus es. Enſis,id
Menſis eſt, gladius. Menſis ſpacium quatuor hebdomodarum.
Vermis Inde menſtruus adiectiuum pertinens ad menſem. Ver-
mis,orm.Vermiare,id eſt, dolere uel ſtimulari, ut faciunt
Torris uermes. Vermiculus paruus uermis. Vermiculare,id eſt,
Callis ſculpere. Torris eſt lignum ardens uel aduſtum. Cal-
Collis lis eſt uia durata pedibus. Collis eſt paruus mons.
Follis Follis eſt pellis inflata, uel illud quo ignis excitatur.
Pollis Pollis uel Pollen eſt flos tritici uel farina. Orbis eſt cir-
Orbis culus uel res rotunda. Corbis, korff. Corbio qui facit
Corbis corbes. Canalis eſt lignum cauatum. Iugalis adiecti-
Canalis uum ſignificat pertinens ad iugum, ut iugalis bos. Acci-
Iugalis pitur ſubſtantiue pro equo.Verg.Abſenti Aeneæ currum
Cardina- geminoſq; iugales. Cardinalis adiectiue ſignificat prin-
lis cipalis uel ſupremus. Patruelis ad patruum pertinens
Patruelis uel filius patrui. Conſularis qui fuit conſul,ſed adiecti-
Conſula- uum ſignificat pertinens ad conſulem.
ris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Adiectiua tenent hic & hæc, pariterq́; tricuſpis.
Iſtius obliquis neutrum quandoq́; locabis.
Dis eſt commune, ſed plurali tenet omne.

Nomina adiectiua in is ſunt communis generis, ut hic & hæc infamis, iugis, comis, immanis, ſegnis, &c. quæ etiam habent neutrum per e. Nota quod compoſita quandoq́; ſunt adiectiua, licet ſimplicia ſunt ſubſtantiua, ut cuſpis, ſanguis, caulis ſunt ſubſtantiua, at compoſita eorum ſunt adiectiua & commun. gen. ut bicuſpis, tricuſpis, unicaulis, multicaulis, exanguis. Tricuſpis autem quamuis in ntõ non habeat neutrum, tamen in obliquis. Ouid. Poſitoq́; tricuſpide telo Mulcet aquas rector pelagi. Addit quod dis in ſingulari eſt gen. com. nec habet neutrũ per e, ſed in plurali eſt omnis, quia dicitur hi & hę dites & hęc ditia. Ouid. Delubraq́; ditia donis. Econtrario multa nomina in ſingulari ſunt omnis generis, ſed in plurali ſunt commuuis, ut pauper, diues, memor, uigil.
Infamis, id eſt, malam famam habens. Petrarcha, Infamis mulier multisq́; infauſta maritis. Infamis
Iugis perpetuus uel continuus. Salo. Secura mens iuge conuiuium. Iugis
Comis, id eſt, ſuauis & benignus. Horat. Ita uir bonus es conuiuaq́; comis. Comiter benigne. Ouid. Comiter excipitur ſanguine iunctus erat. Comitas, id eſt, benignitas. Comis
Immanis ualde magnus uel terribilis & crudelis. Pruden. Immanes feritate lupi. Immanis
Segnis, id eſt, piger. Vergil. Haud ſegnis ſtrato ſurgit palinurus, &c. Segnis
Inſignis, id eſt, egregius uel ſignatus propter bonum uel malum. Inſignis
Tricuſpis tres cuſpides habens. Bicuſpis duas cuſpides habens. Philel. Num fortaſſe ſibi te totum mitra bicuſpis, Arripuitq́;, &c. Tricuſpis
Dis .i. diues. Dito .i. facio diuitem. Dis ſubſtantiuum idem quod Pluto .i. princeps inferorum. Dis

Eſt hic & hæc teſtis affinis ciuis & hoſtis.
Et canis & iuuenis, extorris, adde ſodalis.

Nomina in textu poſita ſunt commun. gen. Sunt autem ſubſtantiua quibus adduntur contubernalis & perduellis. Scholaris autem licet uulgus utatur ſubſtantiue,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

apud autores adiectiue ponitur, ut ſcholaris diſciplina. Prudentius neutrum eius ponit, In Caſſiano ſcholare
Teſtis murmur annotantes ſcripſerant. Teſtis eſt qui uel quæ teſtatur. Salom. Teſtis falſus non erit impunitus. Teſtes etiam ſunt teſticuli. Horat. Accidit ut quidem teſtes cau-
Ciuis damq; ſalacem Demeteret ferro. Ciuis dicitur aliquis uel aliqua de ciuitate, quia ciuitas eſt multitudo ciuium. Ciuilis uel ciuicus, id eſt, pertinens ad ciues, ut ciuile bellum. Corona ciuica, quæ dabatur alicui, qui in bello ciuem ſeruaſſet. Conciuis dicitur ex eadem ciuitate, ut Petrus eſt conciuis meus. Conterraneus, qui ex eadem terra
Hoſtis eſt, & uulgo patriota dicitur. Hoſtis eſt contra quem
Perduellis bellamus, ſed inimicus non eſt amicus. Perduellis idem ſignificat quod hoſtis. Plautus, Perduelles penetrant ſe in fugam. Ab hoſtis adiectiua hoſtilis & hoſticus. Horat.
Canis Nunc neq; dira uenena, nec hoſticus auferet enſis. Canis, hundt. Canis uenaticus qui uenatur. Canis uillaticus, qui cuſtodit uillam, id eſt, domum ruſticam. Canis paſto-
Affinis ralis uel paſtoritius, qui oues tutatur à lupis. Affinis,
Confinis ſuoger. Confinis, id eſt, propinquus, ſed hoc eſt adie-
Extorris ctiuum. Extorris, id eſt, exul. Sodalis dicitur ſocius
Sodalis uel ſocia in rebus iucundis. Contubernalis idem eſt quod
Contubernalis ſodalis uel cohabitans.

Os

Hic os pręponit, tenet hoc os oris & oſſis.
Et chaos atq; melos argos epos aſſociamus.
Dant duo bos impos compos cuſtosq; ſacerdos
Hæc dant glos cos dos, ſic Gręca locantur et arbos.

Nomina in os ſunt maſculina, ut mos ros honos lepos iſthmos tripos. Excipiuntur os oris, os oſſis, chaos, argos, epos, quæ ſunt neutra. Item bos, compos, impos, cuſtos & ſacerdos ſunt communis generis. Et quatuor latina ſunt fœminina, ſcil. cos, dos, glos & arbos. Et multa Græca ſunt fœminina, ut theotocos, id eſt, Dei mater. Rodos, pathmos, chios, & alia nomina inſularum, quæ ſæpe mutantur in us, ut dicetur ibi (Os Græcum ſæpe.)

Ros, dou.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ros,dou. Roro emitto rorem. Irroro,id eſt, irrigo,Ro- Ros
ſidus & rorilentus,id eſt,rora perfuſus. Iſthmos eſt ter- Iſthmos
ra anguſta inter duo maria. Chaos eſt omnium rerum Chaos
confuſa congeries. Ouid. Ante mare & terras,& quod te-
git omnia,cœlum, Vnus erat toto naturæ uultus in orbe,
Quem dixere chaos rudis indigeſtaq; moles. Ponitur eti-
am chaos pro inferno & pro nocte, ut ibi, Tetrum chaos Melos
illabitur. Melos dicitur cantus uel ſuauitas uocis. Ar- Argos
gos eſt nomen ciuitatis in Græcia. Seneca,Argos nobili-
bus nobile ciuibus. Inde argi & argiui & argolici dicun-
tur Græci. Logos eſt ſermo uel uerbum uel ratio. Hinc Logos
latine dicitur logos maſculini generis, id eſt,ſermo uel
uerbum. Plaut. Loquere uter meruit culpam paucis, non
longos logos. Tullius, Ego te certe ſcio omnes logos,qui
ludis dicti ſunt,animaduertiſſe.A logos fit dialogus,quod
eſt collocutio. Epilogus,id eſt,concluſio orationis rheto-
ricæ. Catalogus, id eſt, numeratio uel enarratio per or-
dinem. Alogus,id eſt, mutus uel ſine ratione. Polylogus,
id eſt,loquax uel multorum uerborum.Philologus ama-
tor ſermonis.Aſtrologus ex aſtris futura loquens. Epos Epos
eſt carmen heroicum. Bos eſt taurus uel uacca. Sæpius Bos
autem accipitur pro tauro caſtrato. Cuſtos qui uel quæ Cuſtos
cuſtodit. Sacerdos qui uel quæ ſacrificat uel ſacris in- Sacerdos
tendit, unde legitur in fœminino. Verg. Deiphobus con-
tra ne ſæui magna ſacerdos. Nam ueteres habebant quæ-
dam ſacra, quibus præerant mulieres. Etiam ſacræ uirgi-
nes dicuntur ſacerdotes. Cos eſt lapis,quo ferrum acui-
tur. Inde coticula eſt lapis quo experimur aurum uel ar- Cos
gentum. Dos eſt quod ſponſo datur cum uxore.Teren. Dos
Hac fama impulſus Chremes ultro ad me uenit, unicam
gnatam ſuam cum dote ſumma filio meo uxorem ut da-
ret. Accipitur dos pro quocunq; dono uel gratia. Sueton.
de Tito, In puero ſtatim corporis animiq; dotes explen-
duerunt. Logos non eſt neutri generis, ſed maſculini,
ut omnia ab eo deriuata.

Dant hic in us facta tibi declinante ſe- Vs ſecundæ
cunda. declinationis

Hæc paradiſus habet nardus domus atq; zacynthus,
Et ſynodus coſtus & carbaſus alnus abyſſus.
Aluus criſtallus & humus byſſusq; papyrus.
Hæcq; ſaphirus habet, uannus colus atq; phaſelus.
Exodus Aegyptus dyphthongus ad hæc referantur.
Cryſtallū tamen hoc dicemus & hic paradyſus,

Nomina ſecundæ declinationis in us ſunt maſcul. ut aceruus, mannus, neuus, lembus, limbus. Excipiuntur nomina in textu enumerata, quæ ſunt fœmin. Nec oportet his addere plura nomina, quia illa omnia clauduntur in ſequenti regula (Os Græcum.) Aceruus eſt cumulus uel congeries, hob ſom ſten hob eller andet. Aceruare id eſt, cumulare. Mannus eſt equus manſuetus, uel paruus, ut alīj dicunt. Neuus eſt macula corporis. Ouid. Nullus in egregio corpore neuus erit. Neuoſus plenus neuis. Lembus eſt nauicula piſcatoria. Limbus eſt faſcia ambiens infimam partem ueſtis, ut ſericus limbus, pelliceus limbus. Etiam limbus dicitur quælibet extremitas, ut limbus inferni. Nimbus eſt repentina pluuia, & ponitur pro uento uel tempeſtate. Vergil. Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi. Nimboſus pluuioſus uel plenus tempeſtate. Paradiſus eſt locus ameniſſimus uel hortus arboribus conſitus, quia paradyſus Græce eſt hortus latine, & legitur maſculini generis, in Gene. Plantauerat Deus paradiſum uoluptatis à principio, in quo poſuit hominem. Nardus uel nardum eſt frutex radice craſſa & nigra, folīјs quidem paruis & denſis, & ſpicas emittens ex ſpicis. Pſeudonardum eſt herba fere ſimilis nardo. Hyacinthus eſt quædam herba, habens florem purpureum uel rubrum. Verg. Et ſuaue rubens hyacinthus. Et legitur ſemper maſculini generis. Vergil. Et pinguem tiliam & ferrugineos hyacinthos. Colum. Nec non uel niueos uel

Aceruus
Mannus
Neuus
Lembus
Limbus
Nimbus
Paradyſus
Nardus
Hyacinthus

ceruleos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

cæruleos hyacinthos. Quare puto hic in Alexandro legen-
dum zacynthus, quod nomen eſt fœminini gene. &
ſignificat inſulam, & indifferenter dicitur zacynthus uel
zacynthos. Verg. Iam medio apparet fluctu nemoroſa za-
cynthos. Synodus eſt conuentus uel congregatio, à ſyn — Synodus
quod eſt con, & hodos uia. Coſtus uel coſtum eſt fru- — Coſtus
tex uel herba aromatica naſcens in India. Ouid. Thura
nec Euphrates, nec miſerat India coſtum. Quidam putant
omnia nomina herbarum in us deſinentia eſſe fœmini-
na, ut crocus amaracus ſanſucus. Quandoq; tamen legun- — Crocus
tur gen. maſc. Crocus, ſaffran. Amaracus penultima — Amaracus
curta, eſt herba aromatica, meyeraan. Vnde fit unguentũ, — Sanſucus
quod amaracinum dicitur. Sanſucus eadem herba. Car — Alnus
baſus ſupra. Alnus eſt arbor in paludibus naſcens, po- — Abyſſus
nitur etiam pro naue. Abyſſus eſt immenſa profundi- — Aluus
tas aquarum. Pſal. Iudicia Dei abyſſus multa. Aluus eſt
uenter. Plin. Plurimum negocij humano generi aluus
exhibet. Legitur quandoq; maſculino genere, ut ait Priſ-
cianus. Cryſtallus uel lum. eſt lapis perſpicuus & trans- — Cryſtallus
lucidus. Eſt autem nomen Græcum, quod latine ſonat
glacies uel gelu contractum. Inde cryſtallinus adiectiuum
i curta. Mart. Frangere dum metuis frangis cryſtallina,
peccant Secure nimium ſollicitaq; manus. Humus eſt — Humus
terra. Humare in humo ſepelire. Byſſus eſt lana moliſ- — Byſſus
ſima colore fere aureo, qui naſcitur in conchis quibuſ-
dam. Hinc byſsinus i curta, ut byſsina ueſtis, quæ etiam
byſſus dicitur. Papyrus uel papyrum eſt frutex uel ar- — Papyrus
buſcula naſcens in Aegypto, de cuius cortice fiebant olim
chartæ, & ideo papyrus nunc ſignificat chartam, in qua
ſcribitur. Papyrus emporetica eſt qua mercatores utun-
tur ad imponendum puluerem aromaticum uel alias res.
Papyrus bibula eſt, quæ ſupponitur ſcripturæ recenti. — Smarag-
Smaragdus eſt lapis precioſus uiridi colore. Inde ſmarag- — dus
dinus adiectiuum i curta. Eſt etiam ſmaragdus maſculi-
ni generis. Lucanus x. Terga ſedent crebro maculis di-
ſtincta ſmaragdo. Plin. Smaragdi ſcythici ſunt nobiliſſi-
mi, & ita ſæpius apud eundem. Idem Plinius utitur ame-
tiſtis & chryſolitus in fœminino genere, quæ ſunt no-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

mina lapidum uel gemmarum. Prudentius aut poſuit chryſolitus maſculino genere, Ingens chryſolitus natiuo interlitus auro. Credo ergo quod hæc & alia nomina lapidum poſſunt poni in genere maſculino, & etiam in fœminino, ſecundum quod auditur lapis aut gemma, ſed imitandi ſunt authores.

Vannus Vannus eſt ruſticum inſtrumentum, quo frumenta purgantur. Inde uannare & euannare. Lucil. Vt euannetur frumentum uis.

Phaſelus Phaſelus eſt nauis uelox & longa. Horat. Fragilemq; mecum ſoluat phaſelum. Eſt etiam inſula & quoddam legumen.

Aegyptus Aegyptus eſt quædam regio Aphricæ uel Aſiæ. Inde Aegyptius & Agyptiacus adiectiua.

Dyphthongus Dyphthongus eſt duarum uocalium commixtus ſonus.

Sapphirus Sapphirus eſt quidam lapis precioſus.

Exodus Exodus, id eſt, exitus.

Hoc uulgus pelagus indeclinabile uirus.
Os Græcum ſæpe mutabis in us muliebre.

Duo ſunt nomina in us ſecundæ declinationis neutra, ſcil. uulgus & pelagus, quibus additur uirus, quod nunc eſt indeclinabile, ſed ueteres declinabant ſicut uulgus. Lucret. Liquet enim tetri ſupra ueſtigia uiri. Idem, Contrectanſq; ſuo contactos perdere uiro. Subdit Alexander, quod nomina quæ Græce terminantur in os, ſæpe mutantur à latinis in us fœmininum, ut arctos arctus, balanos us, eremos us, groſſos us, periodos us. Et nomina inſularum & ciuitatum, ut Delos, Cypros, Rhodos, Tyros, Damaſcos, Corinthos, quæ omnia apud noſtros leguntur nunc per os nunc per us fœminini generis. Horatius, Captiuum portatur ebur captiua Corinthus. Tibull. Prima ratem uentis credere docta Tyrus. Dicit autem ſæpe, quia Græcum nomen in os quandoq; etiam mutatur in us maſculinũ, ut Gyros gyrus, id eſt, circuitus. Gomphos gomphus, id eſt, clauus. Cyclos us, id eſt, circulus. Planos us, id eſt, deceptor. Zelos us, id eſt, æmulatio uel nimius affectus. Quandoq; etiam in us neutrum, ut pelagos pelagus. Quandoq; in us commune, ut philoſophos us, philocalos us, quæ teſte Priſciano ſunt commu-

nis gene-

nis generis, Vulgus & pelagus ſunt explicata. Vulgus inuenitur maſculini generis.Horat. Huic ego uulgum Errori ſimilem cunctum inſanire docebo. Virus eſt uenenum. Verg. Ille malum uirus ſerpentibus addidit atris. Viroſus & uirulentus,id eſt,uenenoſus. Virus etiam ſignificat malum dolorem & malum ſaporem & naturalem uim. Arctus interpretatur urſa, & eſt cœleſte ſignum uel ſtella maris. Verg. Claramq; lycaonis arcton. Balanus a curta eſt quædam glans uel nux, unde exprimitur ſuccus uel unguentum, quod uocatur balanium uel myrobalanum.Horat.Preſſa tuis balanis capillis. Groſſus eſt ſpecies ficus,ſcil. ficus abortiua quæ non matureſcit. Plin. Crudæ groſſi uerrucas tollunt.Et ſæpius idem utitur hoc nomine in genere fœminino, ſed in ſacris literis legitur maſcul. niſi codices mendaces ſint, Ficus protulit groſſos ſuas. Eremus eſt deſertus locus, & producit e mediam, licet uulgo corripiatur. Periodus, id eſt, circuitus uel finis. Philoſophus eſt amator ſapientiæ. Philocalus amator boni.

Virus

Arctus

Balanus

Groſſus

Eremus

Periodus

Philoſophus

Philocalus

Hoc ternæ dabit us ſi non tenet u genitiuus.
Dat lepus hic, tenet intercus genus omne uetusq;.

Vs tertiæ declinationis

Nomen tertiæ declinationis in us eſt neutri generis, ſi non habet i in penultima genitiui, ut corpus, tempus, decus,ſcelus,olus,ſydus,rubus,pondus, ulcus,opus, quæ habent oris uel eris in genitiuo. Excipitur lepus,quod eſt epiceni generis, ſub articulo hic. Item intercus & uetus ſunt generis omnis, quia ſunt adiectiua. Opus eſt res per laborem effecta uel ipſe labor operandi. Verg. Maius opus moueo. Et ſic eſt neutri generis. Etiam opus in genitiuo habens opuntis eſt nomen ciuitatis, & ſic eſt fœminini generis, ut alia nomina ciuitatum in us.Item opus eſt idem quod neceſſarius, & ſic eſt adiectiuum omnis generis. Dicimus enim, liber eſt mihi opus. Cicero, Dux nobis opus eſt.Etiam pro nominatiuo ponitur ablatiuus, ut opus eſt mihi libro, ueſtimento, pecuniis,id eſt, indigeo libro,&c. Intercus,id eſt, quod intrinſecus ca.cum. ut intercus morbus, intercus aqua. Plautus, Nam eum

Opus

Intercus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ueternum aut aliqua intercus tenet. Prudent. Nunc noua materies ſolitata intercute flatu.

Vetus

Vetus, id eſt, antiquus, ut uetus uir , uetus mulier. Inde uetulus a. um. Cicero Equis uetulis teneras anteponere ſolemus. Item uetuſtus ueteranus a. um. i. uetus. Veternus eſt morbus inducens continuum ſomnum, & ponitur pro pigritia & ſomno. Verg. Nec torpore graui paſſus ſua regna ueterno. Inuenitur etiam ueternus a.um. pro uetus uel piger.

Rudus

Rudus ſignificat fruſta lapidum . Plin. Solo ueſtucato inijcitur rudus. Ruderatus rudere plenus,uel lapidoſus. Euderare eſt effodere. Ruder nuſquam legitur.

Hæc dant ſi creſcant genitiuus & u tibi ſeruat.
Hoc monoſyllaba dant ut thus,ſed dicitur hic mus.
Hic dat & hæc tibi ſus grus , & ligus addimus illi.
Et pecus hæc pecudis , pecus hoc pecoris ſibi iungit.

Nomina in us , quæ habent u in penultima genitiui creſcentis ſunt fœminina,ut uirtus ſalus ſeruitus iuuentus ſenectus palus tellus incus ſubſcus. Monoſyllaba in us ſunt neutra,ut rus crus pus thus. Excipiũtur tria,ſcil.mus quod eſt epiceni ſub articulo maſculini. Grus & ſus gen. commun. ſecundum Priſcianum , quibus additur ligus, quod eſt idem quod ligur. Item pecus habet duplex genus ſecundum duplices obliquos, nam pecus pecoris eſt generis neutri,per regulam (Hoc ternæ dabit us) Pecus pecudis eſt fœminini generis per regulam (Hæc dant ſi creſcant.)

Subſcus

Subſcus eſt tenuis & non latus aſſer , quo tabulæ uel aſſeres inter ſe coniunguntur. Pacuuius , Nec ulla ſubſcus prohibet compagem. Omnia alia uocabula ſunt interpretata ſuperius in primo capitulo ibi (Vs producta tibi dabit, &c.)

Vs quartæ declinationis

QVartæ nomen in us maribus ſociare ſolemus.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Hæc anus atq; tribus & porticus & manus idus
Hęc acus & pinus nurus & ſocrus & domus adde.
Hic tenet hęcue ſpecus, illi penus aſſociemus.

Nomen quartæ declinationis in us eſt maſcu. gener. ut caſus cenſus metus luctus fructus riſus. Excipiũtur decem in textu poſita, quæ ſunt fœminina, ſcil. anus manus tribus,&c. quibus licet addere alia nomina arborum quartæ declinationis in heteroclitis poſita, ſcil. laurus quercus cornus ficus, ſed hæc continentur in regula generali (Nominis arborei uis,&c.) Vnde etiam pinus ſuperflue ponitur in textu. Item ſpecus & penus ſunt generis dubij, leguntur enim nunc in maſculino, nunc in fœminino. Ouid. Eſt ſpecus in medio ſyluis ac uimine denſus. Plaut. Niſi mihi annuus penus ab amatoribus congeritur. Aulus Gellius, Sole medio & flagranti ſpecum quandam nactus remotam latebroſamq; penetro. Lucil. Magna penus paruo ſpacio conſumpta peribit. Hæc nomina etiam ſunt neutri generis, ſed tunc ſunt tertiæ declinationis. Pruden. Nox obſcura loci per ſpecus ambiguum. Horat. Annonæ pro ſe portet frumenta penuſq;. Caſus eſt ruina, fit enim Caſus
à uerbo cado. Curtius. Inopinato rhedæ caſu fuit oppreſſus. Rheda eſt currus ſiue rotis. Caſus etiam eſt miſeria uel infortunium. Verg. Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. Etiam eſt euentus uel fortuna. Ouidius, Caſus ubiq; ualet, ſemper tibi pendeat hamus. Quo minime credis gurgite piſcis erit. Cenſus eſt pecunia uel Cenſus
ſubſtantia. Naſo, In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores, Cenſus amicitias, pauper ubiq; iacet. Metus Metus
eſt timor. Luctus eſt dolor qui ſignis externis indica- Luctus
tur. Anus uetus mulier. Vnde anicula diminutiuum Anus
nomen, & anilis adiectiuum, id eſt, pertinens ad anum. Pruden. Nunc eſt anilis fabula. Dicitur etiam hic anus ani pro culo. Porticus eſt ampla domus ædificata cauſa
ſpaciandi tempore calido uel pluuioſo, & propter ame- Porticus
nitatem à magnis uiris extra urbem. Stat. Nunc ibi diſtin-

ctis

ctis ſtas porticus alta columnis. Crypto porticus dicitur ſubterranea, porticus quæ fiebat pro refrigerio, nam cryptos Græce dicitur occultus uel ſubterraneus. Manus, haand. ponitur pro auxilio & pro poteſtate & pro multitudine hominum. Vergil. Hic manus ob patriam pugnando uulnera paſſi. Compoſita à manus ſunt adiectiua, ut unimanus quadrimanus a. um. Liuius, Nunciatum eſt Aretij puerum natum unimanum. Horat. Romæ puer natus eſt quadrupes quadrimanus. Idus ſunt quidam dies, nam quiſq; menſis habet octo idus, ſed ultimus uocatur idus, & qui illum præcedit dicitur tertio idus, & ita deinceps. Eſt autem nomen tantum plurale. Nurus eſt uxor filij. Socrus eſt mater uiri. Vnde ſocrus & nurus ſunt relatiua logica, ſicut ſocer & gener, de quibus ſupra. Terentius, Vno animo omnes ſocrus oderunt nurus. Ponitur nurus pro qualibet fœmina non antiqua.

Manus

Idus

Nurus

Socrus

Cum nomen fit in aus, hæc illi iungitur ut laus.

S uult hæc iungi ſi conſona præſidet illi.

Mons pons fons hic dant, mars ſeps ſtirps dens quoq; quadrans.

Et partes aſſis, torrens ſociabitur iſtis.

Atq; chalybs chalybis quod gens eſt ſiue metallum.

S conſona præcedente

Nomen in aus eſt fœminini generis, ut laus, fraus, emaus. Subdit quod nomen habens conſonantem ante s, fœminini generis, ut trabs, plebs, puls, hyems, frons, mors ſors, urbs. Excipiuntur mons pons, &c. in textu poſita, quæ ſunt maſc. Item partes aſſis, id eſt, nomina quæ ſignificant partes aſſis, ut triens, quicunx, decunx, dodrans, dextans. Adduntur alia maſc. ſcil. oriens occidens rudens tridens bidens pro inſtrumento duorum dentium, nam pro oue eſt fœmininum. Serpens autem eſt generis communis. Vergilius, Corpora natorum ſerpens amplexus uterq;. Iuuenalis, Et mouiſſe caput uiſa eſt argentea ſerpens,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

pens. Item ſtirps & ſcrobs ſunt neutri generis. Vergilius,
Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum. Idem, Heu
ſtirpem inuiſam. Columella, Ne totus ſcrobs terra com-
pleatur. Lucanus, Exigua trepidus poſuit ſcrobe nobile
corpus. Seruius ait, quod ſtirps quando progeniem ſig-
nificat, eſt fœminini generis tantum, quando uero arbo-
rem ſigificat, & maſculini & fœminini generis eſt. Idem
dicit quod ſcrobs melius ponatur genere maſculino, quia
ita ſæpius reperitur. Scobs uel ſcobes eſt puluis ligni, Scobs
qui fit ſerra uel terebra uel alio inſtrumento. Scobina eſt
parua ſerra. Scobs eſt etiam quæcunq; immundicia.
Scrobs eſt foſſa uel foramen in terra. Scobiculus, id eſt, Scrobs
paruus ſcrobs. Item ſcrofa dicitur ſus, quod ſcrobes facit
roſtro. Vrbs, eſt magna ciuitas. Vergilius, Vrbs anti- Vrbs
qua ruit multos dominata per. Vrbanus in urbe habi-
tans uel ad urbem pertinens uel facetus. Vrbanitas eſt face
tia uel iucunditas. Inurbanus non urbanus. Suburbanus
prope urbem habitans & exiſtens. Suburbanum dici-
tur prædium iuxta urbem poſitum. Mons, biere. Mons
Pons, bro. Ponticulus paruus pons uel aſſer per quem Pons
tranſitur. Ponto eſt nauis ſupplens uicem pontis, ſcilicet,
qua currus & animalia transferuntur flumen. Fons Fons
aqua ſaliens, brynd. Fontanus, pontanus, montanus, id
eſt, ad fontem pontem montemq; pertinens, ut aqua fon-
tana, clauus pontanus. Mars ſupra. (Idola dicta diei.) Seps Seps
uel ſepes, gierde, & eſt fœminini generis. Item ſepes eſt
ſpecies ſerpentis, & ſic eſt maſculinum. Lucanus, Oſſaq;
diſſoluens cum corpore tabificus ſeps. Et fit à uerbo græ-
co ſepo quod eſt putrefacio. Stirps eſt radix uel interior Stirps
pars arboris, & accipitur pro progenie. Extirpare eſt
eradicare. Quadrans eſt quarta pars aſſis, nam aſſis ha- Quadrans
bet duodecim uncias. Prima pars aſſis dicitur uncia, quæ
eſt xij. pars aſſis. Sextans eſt ſexta pars aſſis, id eſt, un-
ciæ duæ. Quadrans quarta pars aſſis, id eſt, unciæ tres.
Triens tertia pars aſſis, id eſt, quatuor unciæ. Semis, id
eſt, medius as, ſex unciæ ſecuns, uel ſeptunx unciæ ſeptem.
Bes uel beſſis octo unciæ. Dodrans unciæ nouem. Dextans
decem unciæ, quaſi dempto ſextante. Deunx unciæ

undecim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

undecim, quaſi dempta uncia ex aſſe. Et ſunt omnia nomina menſurarum uel ponderum, unde ſignificant uas aut mummum. Triens pro uaſe. Perſius, Sed tremor inter uina ſubit, calidum'q; trientem Excutit e manibus. Pro nummo. Iuuen. Non habet infœlix quem porrigat ore trientem. Perſius, Quid petis ut nummi quos hic quicunce modeſto Nutrieras, pergant auidos ſudare deunces. Quincuns etiam ſignificat menſuram terrę. Cicero, Cum admiraretur Lyſander proceritates arborum, & directos in quicunce ordines. Torrens aqua hyeme congregata per pluuiam in æſtate ſiccatur. Etiam eſt participium à uerbo torreo, & tunc eſt generis omnis ſicut omne participium. Verg. Aut numerum lupus aut torrentia flumina ripas. Oriens regio orientalis. Occidens regio occidentalis. Rudens eſt reſtis nautica. Lucanus, Nec quatiunt ualidos ne ſibilet aura rudentes. Plautus tamen poſuit rudens genere fœminino. Hanc quam trahis rudentem, complico. Chalybs eſt fluuius Hiſpaniæ, in quo optime temperatur ferrum, quod etiam chalybs uocatur. Verg. Vulnificus'q; chalybs uaſta fornace liqueſcit. Etiam homines ibi habitantes uocantur chalybes.

Torrens

Oriens

Rudens

Chalybs

Adiectiua notes quibus omne genus dare debes.

Notanda ſunt adiectiua conſonantem ante finalem s habentia, quæ ſunt generis omnis, ut elegans petulans demens prudens recens ſons inſons particeps anceps præceps iners ſolers expers diſcors miſericors amens demens. Item omnia participia præſentis temporis ſunt generis omnis, quæ tamen quandoq; ſubſtantiuantur in neutro genere, ut occidens ens contingens. Quædam etiam ſubſtantiuantur in maſculino genere, ut oriens occidens uidens pro propheta. Item quædam fœminini generis, ut animans, continens pro terra, quæ non eſt inſula. Animans tamen quandoq; legitur neutrum. Ouid. Pronaq; cum ſpenctent animantia cætera terrã. Elegans, id eſt, ornatus uel electus & ſplendidus, ut elegans oratio. Elegantia, id eſt, ornamentum & electio. Petulans libinoſus uel

Elegans

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uel etiam iniurioſus. Petulantia nequitia eſt uel laſciuia. Recens
Recens,id eſt,nouus. Sons eſt malus uel nocens. Inſons Sons
innocens. Iners ſine arte uel piger. Inertia,pigritia. Iners
Solers,id eſt,cautus, quaſi totus in arte, quia ſolo noſci Solers
dixerunt totum. Expers,id eſt, carens,quaſi extra par- Expers
tem. Sillius,Nec quiſq̃ noſtri diſcedet muneris expers. Amens
Amens,id eſt, ſtultus. Demens idem. Amentia & demen-
tia,id eſt,ſtultitia.Verg. O Coridon Coridon quæ te de-
mentia cepit. Nota hic quod ars pars & mens ſunt ſub-
ſtantiua fœminini generis,ſed eorum compoſita ſunt ad-
iectiua omnis generis.

Dant hic ps iuncta poliſyllaba,ſed uariantur. Ps
Hic aut hæc forceps & adeps.
Pluraq; dant hic & hæc, cœlebs infansq; pa-
rensq;.
Et princeps effrons,illis coniunge bifrontem.

Poliſyllaba deſinentia in ps,ſunt maſculina,ut man-
ceps auceps hydrops cyclops. Sed forceps & adeps ſunt
dubij generis,tamen ſæpius leguntur maſcul. Subdit au-
tor quod multa nomina in bs ps uel ns,ſunt com.gene.ut
princeps infans, &c. quibus adduntur cliens municeps &
ſerpens,de quo iam dictum eſt. Poliſyllaba dicuntur ſem
per ab Alexandro,quæ non ſunt monoſyllaba, ſunt ta-
men etiam poliſyllaba in ps omnis gen. ſcil. adiectiua, ut
præceps anceps.&c.de quibus prædictum eſt. Forceps eſt Forceps
inſtrumentum fabrorum, quo tenetur calidum ferrum,
tange.Verg. Verſantiq; tenaci forcipe maſſam. Etiam eſt
inſtrumentum ferreũ,quo carbones diriguntur in igne.
Item cancri habent forcipes.Adeps eſt pinguedo in uentre Adeps
porcorum uel auium, ut ſuillus adeps. Plini. Iuuat aures
adeps anſerinus cum ocymi ſucco impoſitus. Adipatus di-
citur adipe linitus. Manceps eſt princeps artificum uel
operariorum. Municeps dicitur ciuis uel habens ius ci- Manceps
uium. Municipium dicitur oppidum, in quo habitant Municeps
municipes. Cœlebs quaſi cœleſtem uitam agens, id eſt, Cœlebs
caſtus,& proprie cœlebs,qui uxore caret. Ouid. Sine con-

N iuge cœ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

iuge cœlebs uiuebat. Cœlibatus dicitur cœlebs uita. Suet. Amiſſa uxore duobusq; liberis manſit in cœlibatu. Phile. ſcripſit, Quam in muliebri ſexu uirginitatem dicimus, eam in uirili non uirginitatem, ſed cœlibatum priſci uocant.

Infans — Infans dicitur puer,qui nondum ſcit fari.Infantia eſt prima ætas. Infantilis i longa pertinens ad infantem. Infans etiam dicitur de pullis brutorum. Plin. Quadrupedes infantes ſuos cognoſcunt. Infans etiam ponitur adiectiue pro mutus uel fari neſciens. Tull.Ipſum Scipionem accipimus non infantem fuiſſe. Ouidius, Gutturaq; imbuerant infantia lacte canino. Et hoc modo comparatur. Prudent. Largire comptum carnem infantiſſimo.

Parens — Parens dicitur pater & mater. Item auus & auia & omnes maiores parentes dicuntur. Parentela eſt parentum ſeries uel progenies. Parens prima longa eſt participium à uerbo parco.Horatius, Qui male parentem in rupes detruſit aſellum.

Princeps — Princeps qui uel quæ principatum habet, uel qui primus eſt in dignitate.

Effrons — Effrons, id eſt, impudens uel inuerecundus. Philelphus, Namq; uerecundi nihil eſt quod penſitet effrons. Frons enim ſedes eſt uerecundiæ. Vnde de inuerecundo dicitur, quod perfricuit frontem.

Bifrons — Bifrons habens duas frontes. Vergilius, Ianumq; bifrontem.Ita quadrifrons habens quatuor frontes. Veteres enim pingebant Ianum non ſolum bifrontem,ſed etiam quadrifrontem à quatuor anni temporibus.

Cliens — Cliens dicitur famulus uel famula, quaſi colens uel cultor & cultrix. Et proprie dicitur qui patronum habet, nam patronus & cliens ſunt relatiua. Clientela multitudo clientum. Reliqua ſuperius.

X

Hæc x præponas, ſed plurima demere debes,
In triplici genere decet adiectiua notare.

Nomina in x deſinentia ſunt fœminina, ut pax fax lex fex radix ceruix coxendix celox nux nox crux falx fornax.Adiectiua ſunt omnis generis, ut rapax dicax audax fœlix trux atrox pernox præcox artifex.

Celox — Celox eſt nauis parua,ſed uelox, nam à celeritate ſic dicta. Varro,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nautæ remiuagam mouent celotem. Coxendix, id eſt, quod coxa, ſcilicet, ſuperior pars fœmoris. Rapax, id eſt, ſolitus rapere. Dicax eſt deriſor uel deriſorius. Dicacitas irriſio. Vnde Tullius, Deſine dicacitate iſta uti. Pernox per noctem durans, ut luna fuit pernox. Statius, Nec ſubire domos, ſed circum funera pernox Turba ſedet. Præcox eſt præmaturus, uel ante alia maturus. Columella, Tunc præcox bifera deſcendit ab arbore ficus. Idem ſignificat præcoquus. Coxendix Rapax Dicax Pernox Præcox

X e ſi præſit maribus polyſyllaba iungit.
Eſt tamen hæc pellex uibex obexq; ſupellex.
Forfex adiungis, hic aut hæc dat tibi cortex.
Atq; ſilex imbrex & onyx cum ſardonice adde.

Polyſyllaba in ex ſunt maſc. ut apex latex ramex murex uertex codex podex pollex. Excipiuntur uibex, pellex, &c. in textu poſita, quæ ſunt fœminina. Sed cortex & ſilex ſunt dubij generis. Similiter onyx ſardonyx & imbrex ſecundum Sulpitium. Ramex, id eſt, hernia, id eſt, ruptura & deſcenſio inteſtini in ſcrotum, id eſt, ſaccum teſticulorum. Plaut. Tua cauſa nemo noſtrum rupturus eſt ſuos ramices. Ramicoſus uel hernicoſus, qui patitur id uitium, quod maxime fit ſenibus. Murex eſt quoddam conchilium, quo ueſtes tinguntur & ponitur pro purpura. Verg. Tyrioq; ardebat murice lana. Etiam ponitur pro ſaxo. Pollex eſt primus & craſſiſſimus digitus, qui plus alijs pollet, id eſt, poteſt. Inde adiectiuum pollicaris, ut lignum pollicare craſſitudine, id eſt, tam craſſum quam pollex. Pellex eſt mulier impudica, quæ rem habet cum uiro alterius mulieris. Vnde uxor & pellex ſunt relatiua. Iuuen. de mala uxore, Aut odit pueros, aut ficta pellice plorat. Obex eſt quod obijcitur uel opponitur, ut preſſulus eſt obex ianuæ. Legitur ſæpius maſculini generis. Vergil. Ecce maris magno claudit nos obice pontus. Super quem uerſum Seruius ait, quod aliqui legunt ibi magna, quia obex olim fuit fœmininum, Ramex Murex Pollex Pellex Obex

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſed nunc eſt maſculinum. Probus tamen ſcripſit hic &
Forfex hæc obex. Hæc Seruius. Forfex eſt inſtrumentum, quo
aliquid ſcinditur, ſaxe. Forficula eſt parua forfex, ſcil. quo
pili ſcinduntur, uel quid aliud, nam forpex non eſt latinū.
Cortex eſt quaſi corium cuiuſq; rei, ſcil. arboris, pomi, &
Cortex ſimilium. Verg. Tegmina quis capitum raptus de ſubere
cortex. Silex eſt durus lapis, Statius, Indomitusq; ſilex
Silex curua fornace liqueſcit. Vergil. Stabat acuta ſilex præciſis
undiq; ſaxis. Inde adiectiuum ſiliceus, ut is habet ſiliceum
caput. Onyx & ſardonyx ſupra. Imbrex eſt canalis, per
Imbrex quem cadit imber de tecto.

Fœtibus hæc terræ dabis, hicq; frutex retinebit.
Et dux & coniunx commune notentur & exlex

Nomina in x, quæ ſignificant fructus terræ, id eſt, herbas uel arbores ſunt generis fœm. ut ilex carex ſandix filix nux. Excipitur frutex, quod eſt maſc. cui additur rumex. Verg. in moreto, Fœcundus rumex, &c. Addit Alexander quod dux coniunx & exlex ſunt com. gen. Similiter ilex & compoſita à dux, ut tradux redux & irredux. Lucan. Irreducemq; uiam deſerto limite carpit. Item compoſita à grex, ut ſegrex, id eſt ſegragatus, congrex, id eſt, congregatus. Prudent. Omnibus una ſubeſt natura, ſed exitus omnes. Nō unus pagit meritorum ſegrege forma. Idem, Iam mundus te Chriſte capit, quem congrege nexu. Pax & Roma tenent. Idem neutri generis ſociat. Scindent
Ilex in partes geminatum ſegrego regno. Ilex eſt arbor
Carex glandifera. Carex eſt herba quædam habens longa &
acuta folia. Carectum locus abundans carice. Verg. Tu
Sandix poſt carecta latebas. Carica eſt genus ficuum. Sandix
Frutex eſt herba quædam inter olera ſylueſtria, quam uocant
aliqui barbulam hircinā. Frutex eſt ramus natus ex radice arboris uel arbuſcula. Fruticari eſt frutices emittere. Tull. Exciſa eſt arbor non euulſa, itaq; quam fruticetur uides. Frutetum & fruticetum dicitur ubi multi frutices ſunt.
Rumex Rumex eſt herba quædam ad libidinem prouocans.
Exlex Exlex, id eſt, extra legem uiuens. Illex ſine lege. Alia
Illex ſunt in primo capitulo.

Hic

Hic dant grex & rex fornix cilixq́ꝫ calixq́ꝫ.
Et phenix maſtix, hic calx pedis, hæc latomorũ.

Nomina in textu poſita ſunt maſc. quibus adduntur
Thorax limax anthrax harpax uarix bõbix oryx eryx ia-
pix & natrix pro ſerpente. Lucan. Et natrix uiolator a-
quæ. Iuuen. Et getulus onyx. Horat. Albus peccet iapix.
Mart. Tam leue nec bombix pendulus urget opus. Cy- Cylix
lix dicitur aliquis de Cylicia, quæ eſt regio prope Syriam.
Et quamuis ſit nomen gentile, tamen eſt maſculini & non
communis generis, quia fœmininum habet ſuam ter-
minationem. Nam omnia fere gentilia in x deſinentia
ſũt maſc. & habent fœm. per a, ut hic Thrax hæc Thraiſſa,
id eſt, uir & mulier de Thracia, hic phenix hæc pheniſſa.
Vergilus Hunc pheniſſa tenet Dido, hic cylix hæc cyliſſa.
Ouid. Quod ferat ut dicam terra cyliſſa crocos. Cylicium
eſt ueſtis de pilis, quæ primo facta fuit in Cylicia. Phe- Phenix
nix dicitur uir de Phenicia. Etiam phenix dicitur auis
unica in Arabia, magnitudine aquilæ, colore purpureo,
ſed circa collum aureo, quæ quingentis annis uiuere fer-
tur, ac deinde in nido ſemet comburere, ex cuius cinere
nouum phenicem renaſci ſcripſerunt multi, ſed pro aue
phenix eſt dubij generis, quia neſcitur utrum phenix mas
ſit an fœmina. Ouid. poſuit maſcul. Corpore de patrio
paruum phenica renaſci. Limax eſt reptile, quod dicitur Limax
uulgo teſtudo, ſnegel. Colum. Implicitus conchæ limax
hirſutaq́ꝫ campe. Thorax Græce ſignificat pectus, & etiã Thorax
munimentum pectoris, ut ferreus thorax, laneus thorax.
Anthrax eſt hulcus in locis corporis magis periculoſus, Anthrax
quod carbunculus uocatur à medicis. Harpax eſt inſtru- Harpax
mentum ferreum aduncum, quo aliquid extrahitur ex
puteo. Alia uocabula habes ſuperius. Calx eſt imus Calx
pes, id eſt, quod uulgo pes dicirur. Nam proprie pes eſt
tota illa pars corporis qua itur. Pedis partes ſunt coxa
fœmur genu crus & calx, qui etiam pes imus dicitur. In-
de calcare & calcitrare, id eſt, calcibus trudere. Equus cal-
citroſus, qui multum calcitrat. Calcaneum uero eſt poſte-
rior pars calcis. Calx etiam de quo muri fiunt, kalck. Et

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

pro hoc ſignificato eſt fœminini generis, ut uiua calx, pro priori ſignificato eſt maſc. Perſius, In portam rigidos calces extendit. Vergilius autem fœminino genere poſuit, Cornipedemq́; citum ferrata calce fatigat. Item Caper Grammaticus ait, quod pro materia, quia fiunt muri, dicitur cals & non calx.

Latomus — Latomus eſt lapicida, id eſt, qui lapides cædit uel ſculpit. Latomia locus ubi lapides cæduntur, qui Latine dicitur lapicidina, quia latomus & latomia ſunt Græca.

Trix — Trix tenet hæc, tamen obliquis neutrum ſuperaddes.

Victrices turbæ uictricia tela tulere.

Nomina in trix ſunt fœminina, ut meretrix genitrix nutrix matrix. Quædam tamen in obliquis addũtur ſubſtantiuis neutri generis, & ponitur adiectiue, ſcilicet, uictrix & ultrix. Claud. Victrici concepta ſolo. Vergil. Res Agamemnonias uictriciaq́; arma ſecutus. Lucan. Tollite iampridem uictricia tollite ſigna. Sillius, Mandabat Tyriis ultricia bella futuris. Et non inueni plura quam hæc duo uictrix & ultrix, quæ ponuntur adiectiue, ſed tamen non adduntur ſubſtantiuis maſculinis, quia non dicitur uictrices populi, ſed uictores populi, uictor exercitus, uictrix manus. Lucan. Victrix cauſa Deis placuit, ſed uicta Catoni.

Matrix — Matrix eſt uterus mulieris, in quo concipit, & ponitur pro charta. Columella tamen accipit matricem pro matre in animalibus brutis, id eſt, fœmina, quæ tenetur cauſa fœtus.

Meretrix — Meretrix eſt quæ turpiter & impudice quæſtum facit. Salomon, Fouea profunda eſt meretrix. Inde adiectiuum meretriceus, id eſt, pertinens ad meretricem, ut habitus meretriceus. Nota quod ab hac regula excipitur natrix pro ſerpente quodam, quod eſt maſculinum, ut dictum eſt ſuperius.

Capitulũ quintũ eſt de formatione præteritorum & ſupinorum regularium. De prima coniugatione.

Ut tibi per metrũ formatio præteritorũ, Atq́; ſupinorum pateat, præſens lege ſcriptum.

Et primo diſce quæ ſit formatio primæ.

Hactenus de nomine,pronomine & participio, nunc de uerbo agitur,de quo ſunt tria capitula. Primum de præteritis perfectis & ſupinis. Secundum de uerbis imperfectis & anomalis. Tertiũ de formis uerborum. Cognitio præteritorum & ſupinorum ualet ad coniugationes uerborum. Coniugatio ſecundum Priſcianum, eſt conſequens uerborũ declinatio,ut amo amas amat,&c. Coniugationes uerborum ſunt quatuor, quæ diſtinguuntur per indicatiuos,per imperatiuos & infinitiuos modos.Nã prima coniugatio habet a productum, ſecunda e productum, tertia e curtum,quarta i longum in imperatiuo & infinitiuo, & in ſecunda perſona præſentis temporis indicatiui modi,ſed in hoc modo tertia habet i curtum, ut legis. Do tamen cum compoſitis a corripit in infinitiuo. Nota quædam uerba ſub una ſignificatione ſunt diuerſarum coniugationum, ut pinſo as & is, lauo as & is, nexo as & is, primæ uel tertiæ. Item aliqua pro diuerſis ſignificatis,ſunt nunc primæ nunc tertiæ coniugationis cum in prima perſona ſit eadem,ut dico as, id eſt, proprium facio,dico ieg ſiger. Mando as, id eſt, committo, mando is,comedo. Fundo as, id eſt, ſtatuo, fundo is, ieg ſtøber. Volo as,ieg flyffuer. Volo uis notum. Sero as, id eſt,claudo,ſero is, id eſt, ſemino. Appello as, alloquor uel prouoco, appello is, id eſt,ui adduco. Compello as,id eſt, alloquor, Compello is, id eſt, cogo. Nota unum eſt uerbũ primæ coniugationis habens di in præterito,ſcil. do cum ſuis compoſitis,& unum habet ti,ut ſto cum ſuis compoſitis,& tredecim habent ui diuiſis uocalibus,ſcil.cubo crepo domo,&c. Omnia alia primæ coniugationis in o deſinentia habent ui per unam ſyllabam.

Vi a ſecunda perſon. præſ. tem, in as.

As in præterito ui ſuſcipit s remouendo.

Verba primæ coniugationis faciunt præteritum perfectum à ſecunda perſona præſentis temporis indicatiui modi ſingularis numeri, remouendo s & addendo ui, ut amo as aui. Excipiuntur xv. in textu poſita,de quibus poſtea dicetur. Bo. Albo facio album. Inde dealbo, Albo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Labo ſubalbo, &c. quæ idem ſignificant. Labo moueor
& cado. Naſo, Et ſatis in dubio pectora noſtra labant.
Libo Libo guſto uel tango. Vergil. Oſcula libauit natæ. Ca-
Cibo pitur pro ſacrifico & producit i. Inde prælibo, delibo.
Orbo Cibo ſaturo. Cibauit eos ex adipe frumenti. Orbo, pri-
Probo uo, fra at ſkille. Fera mors orbauit me parentibus. Pro-
bo, at beuiſe uel at prøffue, & corripit o. Inde approbo
comprobo, id eſt, ualde & ſimul probo. Improbo repro-
bo, id eſt, non probo, non laudo. Titubo pedibus aut
Titubo lingua moueor. Ouidius, Haud aliter titubat quam ſi me-
Caco ra uina bibiſſet. Co. Caco purgo aluum. Paco in pa-
Paco ce conſtituo, ut pacabo uos. Vaco uacuus ſum uel ca-
Vaco reo. Tull. Vacare culpa magnum eſt ſolatium. Etiam ſig-
nificat operam do, & ſic exigit datiuum, ut uaco philoſo-
Dico phiæ. Dico aſſigno conſecro. Verg. Connubio iungam
ſtabili propriamq; dicabo. Abdico i curta eſt repello. Te-
rentius. Chremes recuſat nuptias, generum abdicat. De-
Calco dico, id eſt, dico. Calco, id eſt, calce premo, vnder at tre-
Sulco de. Inculco, ind at trede. Conculco, id eſt, calco. Sulco,
Vendico id eſt, facio ſulcum uel aro, ponitur pro nauigo. Ven-
Vindico dico aſſumo pro meo, uendico mihi hunc librum. Vin-
dico, uindictam ſumo, ut iniurias uindicabo, etiam eſt li-
Extrico bero. Extrico i longa, id eſt expedio libero uel expel-
Intrico lo. Intrico, id eſt, impedio uel innecto. Petrar. Merſat
oues tondere iubens nec uellera lanę Intricent prohibens.
Occo Intricata res, id eſt, difficilis intellectu. Occo trango, &
proprie glebas poſt ſationem. Horat. Cum ſegetes occat
Fuco tibi mox frumenta daturas. Segetes, id eſt, terras. Fuco
Vado coloro. Do. Vado tranſeo uadum uel duco per uadum,
Mando id eſt, per fundum fluuij. Mando committo. Tardo
Tardo tardus ſum uel facio tardum, nam & abſolutum & tran
Sedo ſitiuum eſt. Sedo placo. Luca. Rex puer in bellis popu-
Trepido li ſedauerat iras. Trepido ſum trepidus uel turbo uel
Secundo curro. Secundo fortuno. Vergil. Tandem lætus ait, Dij
Repedo noſtra incepta ſecundent. Repedo redeo. Iuuencus, Inde
Trucido Galilæas repetat ſaluator in oras. Trucido i longa oc-
cido. Verg. Fit uia ui rumpunt aditus primosq; trucidant.
Beo Eo. Beo facio beatum. Sola uirtus beat hominem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ebeo priuo beatitudine. Creo facio. Recreo reficio. Ebeo
Screo phlegma profero. Meo tranſeo, meatus, tranſi- Creo
tus. Laqueo uel illaqueo, id eſt, ligo uel innecto. Nau- Screo
ſeo appeto uomere. Nauſea eſt appetitus uomendi ſine Meo
affectu. Enucleo nucem aperio, uel nucleum tollo uel Laqueo
declaro. Eo & Pho. Ruffo facio ruffum. Plin. Cortice Nauſeo
nucum ruffatur capillus. Triumpho ago triumphum Enucleo
uel maxime lætor. Terent. Non tam ipſo lætatur dono Ruffo
quam abs te datum, id uero ſerio triumphat, proprie au- Triũpho
tem triumphare, eſt ob egregiam uictoriam magno cum
honore in urbem recipi, ut Cæſar triumphauit de Gal-
lis. Lympho furioſum facio. Lymphatus furioſus. Go. Lympho
Lego mitto hominem, uel do teſtamentum. Iohannes le- Lego
gauit mihi libros. Rex legauit fratrem ſuum. Allego e
longa, uulgo, at ſende. Ablego; bort at ſende. Plaut. Ado-
leſcentem hunc ablegauit. Delego, id eſt, committo, ipſe
delegauit alteri negocium. Relego mitto in exilium uel
patria pello. Rogo at bede. Etiam ſignificat interrogo. Rogo
Terent. Dic quod rogo. Arrogo, id eſt aſſumo uel ſuper-
be adſcribo. Ambro. Quam adeptus es gloriam, non tu-
is meritis arroges? ſed diuinæ miſerationi ſemper ad-
ſcribas. Abrogo, id eſt, tollo uel aufero. Derogo, id eſt,
partem aufero, hoc datiuum uult, illud accuſatiuum, ut
derogo legi, abrogo legem. Erogo, id eſt, expendo uel
diſtribuo. Irrogo, id eſt, infero. Prorogo, id eſt, prolon-
go. Surrogo, id eſt, ſubſtituo uel in alicuius locum pono,
hæc omnia corripiunt Ro. Caſtigo uerbis uel uerberi- Caſtigo
bus punio. Fatigo moleſto uel feſſum facio. Veſtigo, Fatigo
id eſt, quæro. Vergil. Veſtigatq; uirum. Inteſtigo inue- Veſtigo
nio. Inſtigo irrito uel accendo. Profligo, id eſt, de- Inſtigo
ſtruo uel ſupero, at ſla paa flugt. Iurgo litigo. Terent. Profligo
Credo iam ut ſolet iurgabit. Obiurgo, id eſt, arguo, at Iurgo
ſtraffe met ord. Io. Aporio pauperem facio. Anga- Aporio
rio, id eſt, cogo. Crucio, id eſt, moleſto uel punio. Ra Angario
dio radios emitto uel ſplendeo. Pallio .i. tego uel oc- Crucio
culto. Baſio oſculor. Mart. Cur non baſio te phileni cal- Radio
ua es? Repudio expello. Is repudiauit uxorem. Tri- Pallio
pudio, id eſt, ſalto, at dantze. Vitio corrumpo. Perſius, Repudio

Tripudio
Vitio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Halo	Non liceat facere id quod faciebat agendo. Lo. Halo flo
Balo	uel ſpiro. Halitus,id eſt flatus. Exhalo expiro. Anhelo,id
Palo	eſt, aſpiro,anhelitus. Balo clamo ſicut ouis. Palo ua-
Protelo	go uel erro. Protelo e longa, id eſt, prolongo uel mo-
Mutilo	leſto & uexo. Terent. Nec te iratus ſuis ſæuis dictis pro-
Ventilo	telet. Mutilo, id eſt, amputo. Ventilo per uentum
Obnubilo	moueo, ut Iohannes uentilat ignem, uentilat fruges.
Oppilo	Obnubilo, id eſt,obſcurum facio. Oppilo claudo. Cō-
Vacillo	pilo,id eſt,ſpolio,expilo idem. Vacillo, id eſt, moueor
Suggillo	uel dubito. Suggillo,id eſt, lædo. Titillo, id eſt, mo-
Titillo	ueo pruritum. Iohannes titillat ſemetipſum. Refocillo,id
Autumo	eſt, recreo. Mo. Autumo opinor uel affirmo. Horat.
Aeſtimo	Autumat hæc populus. Aeſtimo apprecio, ut quanti
Cremo	æſtimas librum? Etiam ſignificat conſidero. Exiſtimo,
Fumo	id eſt,puto uel iudico. Cremo, id eſt, uro. Cremium
Spumo	quod crematum eſt. Fumo fumum emitto. Spumo
Humo	ſpumam eijcio. Deſpumo,id eſt,ſpumam tollo. Humo
Limo	in humo ſepelio. Limo lima tero,at fæle. Infamo, id
Infamo	eſt,facio infamem, ut unius improbitas infamat multos.
Mano	No. Mano fluo. Vergil. Cruor hoc de ſtipite manat.
Concinno	Concinno,apto uel paro.Pſalm. Lingua tua concinnauit
Diuino	dolos. Diuino propheto. Hora. Diuinare etenim mag-
Sereno	nus mihi donat Apollo. Sereno facio ſerenum. Vergil.
Tamino	Vultu quo cœlum tempeſtatesq; ſerenat. Tamino,id eſt,
Buccino	maculo inquino. Claud. Inquinat egregios adiuncta ſu-
	perbia mores. Buccino,id eſt,buccina uel tuba cano.
Boo	Oo. Boo grauiter ſono.Plaut. Boat cœlum fremitu ui-
	rum. Reboo,id eſt,reſono. Vergil. Reboant ſyluæq; &
Inchoo	magnus olympus. Inchoo incipio. Horat. Vitæ ſumma
Papo	breuis ſpes uetat inchoare longas. Po. Papo comedo
Palpo	uel patrem uoco, eſt uerbum puerile. Palpo attingo
	manu. Etiam ſignificat placo. Iuuen. Quem uero timet,
Mancipo	quem munere palpat Carus, &c. Mancipo proprium
	facio. Horat.Quædam ſi credis conſultus mancipas uſus.
Stipo	Anticipo,id eſt,præuenio. Participo,id eſt, partem capio.
Criſpo	Stipo impono,at ſtoppe. Criſpo,id eſt, moueo. Sillius,
Vſurpo	Non illis ſolitum criſpare haſtilia campo. Vſurpo, id
Culpo	eſt,uſu habeo. Culpo,id eſt, reprehendo. Quo. Ae-
Aequo	quo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quo facio æquum. Omnia mors æquat. Obliquo fle- Obliquo
cto. Philel. Laurentius quoties in me incidit, ſemper ob-
liquat faciem. Liquo facio liquidum, ut ignis liquat ce- Liquo
ram. Antiquo facio antiquum, uel tollo, ut princeps Antiquo
antiquauit legem inutilem. Aquo aquam adfero uel Aquo
do. Ro. Aro terram ſcindo. Aro littus, id eſt, fruſtra Aro
laboro. Exaro, id eſt, ſcribo. Gyro uerto uel circumago. Gyro
Spiro flo. Boetius, Spirat inſanum nebuloſus auſter. A- Spiro
ſpiro afflo uel faueo. Vergi. Aſpirat fortuna labori. Etiam
ſignficat inſto, ut is aſpirat ad ſacerdotium. Expiro efflo
uel emitto, ut is expirauit animam. Etiam ſignificat mo-
ri, ut Iohannes expirauit. Inſpiro inflo. Reſpiro quieſco
uel anhelitum duco. Conſpiro cum aliis propono con-
ſentio. Suſpiro gemo. Delyro erro. Horatius, Quic- Delyro
quid delyrant reges plectuntur achiui. Obturo clau- Obturo
do. Horatius. Obturem patulas impune legentibus au-
res. Blatero ſtulte loquor. Idem, Audit cum magno Blatero
blateras clamore fugiſq;. Tolero patior. Naſo, Vt ua- Tolero
leas animo, quicquam tolerare negabis. Temero uiolo Temero
uel uim facio. Tempero rego uel moderor. Obtem- Tempero
pero obedio. Suſurro clam dico. Naſo, Pars quid ue- Suſurro
nit aure ſuſurrat. Inde nomen ſuſurro, id eſt detractor.
ſo Aſſo, at ſtege. Coaſſo contabulo, nam aſſis eſt tabu- Aſſo
la uel aſſer. Coaſſare compingere aſſes in ædificio.
Craſſo craſſum facio. Laſſo laſſum facio uel fatigo. Craſſo
Martialis, Pingue ſolum laſſet, ſed iuuat ipſe labor. Laſſo
Pauſo, id eſt, quieſco, à nomine pauſa, quod eſt quies. A- Pauſo
fra-ctius, Nobis datur pauſa loquendi. Incuſo arguo. Muſ- Incuſo
ſo murmuro uel dubito, uel timeo. Statius, Nec muſſant, Muſſo
ſed uoce palam charoq; tumultu Reddere regna iubent.
Ver. Cuncti ſe ſcire fatentur, Quid fortuna ferat populi,
ſed dicere muſſant. Idem, Muſſat rex ipſe Latinus. Re- Recuſo
cuſo, id eſt, contemno uel nolo. Horat. Vtq; ſacerdotis fu-
gitiuis liba recuſo. To Auſculto audio. Plautus, Qui Auſculto
auſcultare non uult, exurgat foras. Ponitur cum datiuo
pro obedio. Terentius, Pamphilum ne adiutem, aut au-
ſcultem ſeni? Vaſto deſtruo. Vergilius, Vaſtabat Cy- Vaſto
prum. Vito caueo. Plautus in ſticho. Qui poteſt Vito
mulieres

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

mulieres uitare, uitet, ut quotidie caueat pridie, ne faciat,
Lito quod pigeat poſtridie. Lito, id eſt, ſacrifico uel offero,
proprie tamen ſignificat ſacrificiis placo. Mart. Non qua-
Diſcepto cunq; manu uictima cæſa litat. Diſcepto litigo uel cer-
Roto to. Philel. Diſceptare nimis fugias. Roto, id eſt, circum
Confuto ago ad modum rotæ. Verg. Inſtat non ſecius & rotat en-
Mulcto ſem. Confuto uerbis conuinco, refuto idem. Mulcto
punio auferendo pecuniam. Mulcta eſt pœna pecuniaria.
Suppedito Suppedito tribuo. Tull. Ciceroni meo ſuppeditabis quan-
tum ſat uidebitur. Idem, Creditores regis aperte pecuni-
Irrito am ſuppeditant. Irrito moleſto uel prouoco. Verg. Ir-
ritatq; uirum telis ac uoce laceſſit. Prorito idem. Vo.
Mutuo Mutuo, at ſkiffte, ut mutua mihi Dalerum uel Marcam.
Mutuo etiam aduerbialiter, ut accepi librum mutuo, id
Sinuo eſt, mutuaui. Sinuo, id eſt, facio ſinum uel curuo. Verg.
Inſinuo Squameos intorta ſinuat ueſtigia ſerpens. Inſinuo, .i.
latenter immitto. Cicero, Me in eius familiaritatem inſi-
Continuo nuabo. Continuo, continue ago. Parum proficit qui
Infatuo ſtudium non continuat. Infatuo facio fatuum. Mulie-
Deartuo res infatuarunt Salomonem. Deartuo per artus diuido,
Cauo uel membratim frango. Vo. Cauo facio cauum. Verg.
Lauo Cauat arbore lintres. Nauo diligenter do. Tull. Naua-
re operam uolebam. Nauus uel gnauus, id eſt, diligens.
Deprauo Deprauo facio prauum uel corrumpo. Multos depra-
Ouo uat mala ſocietas. Ouo exulto. Leuo facio leue. Verg.
Leuo Ego hoc te faſce leuabo. Leuo prima producta ſignificat
plano. Horatius Nimis aſpera ſano leuabis culto. Xo.
Taxo Taxo reprehendo. Etiam ſignificat æſtimo. Laxo fa-
Laxo cio laxum uel diſſoluo. Verg Laxat clauſtra Sinon. Lixo
Lixo coquo in aqua, ut lixaui carnes Elixo idem. Luxo diſ-
Luxo ſoluo uel torqueo. Luxaui brachium uel pedem Pes lux-
Aromati- atus, id eſt, ex iuncturis diſtortus Zo. Aromatizo odo-
zo rem facio. Anathematizo deteſtor uel maledico. Cola-
phizo percutio. Catechizo inſtruo, couſtituo uel habere
Baptizo facio. Baptizo mergo. Exorcizo adiuro. Exorciſta
Exorcizo adiurator. Et hæc omnia in zo deſinentia ſunt Græca.

Sed cubo ſiue crepo domo, deinde micoq; fri-
coq;.

Nexo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nexo plicoq́; ſono ſeco, deinde tonoq́; uetoq́;.
Prætereunt in ui diuiſas, do dedit, & ſto.
Dat ſtetit, & iuui iuuo præterit & lauo laui.

Excipiuntur à regula prædicta cubo crepo, &c in
textu poſita, quorum undecim habent ui, ut cubo
cupui, crepo crepui, &c. Item do habet dedi, ſto ſteti, iuuo
iuui, lauo laui. Cubo ſignificat iaceo, & corripit primã Cubo
uocalem, ſicut omnia alia uerba hic poſita, præter nexo,
unde compoſita eorum corripiunt mediam. Item omnia
compoſita uerbi cubo ſunt primæ coniugationis, uel etiã
tertiæ, ſed tunc in præſenti aſſumunt m, ut accubo as, uel
accumbo is, recubo as, uel recumbo is. præteritum tamen
ſemper eſt idem & etiam ſupinum. Accubo uel accumbo
ſignificat adiacea uel aſſideo meneæ. Vergil. Tu das epulis
accumbere diuum. Concubo uel concumro, id eſt, con- Concubo
dormio. Vnde concubina. Decubo uel decumbo, id eſt,
deorſum cubo uel iaceo, ſicut ægrotus uel dormiens Diſ-
ubo uel diſcumbo, id eſt, accumbo. Excubo, id eſt uigilo.
Excubiæ uigiliæ. Incubo uel incumbo, in aliquo uel ſu-
per aliquid iaceo Verg. Iucubuitq́; thoro, dixitq́; nouiſſi-
na uerba. Ita gallina incubuit ouis. Incumbere etiam ſig-
nificat operam dare, ut incumbe ſtudio literarum Occu-
bo uel occumbo eſt morior. Verg. Neq́; adhuc crudelibus
occubat umbris. Idem, Seu uerſare dolos ſeu certæ oc-
umbere morti. Procumbo cado. Ouid. Procumbit uter-
q́; pronus humi. Accipitur pro mori. Recubo uel recum-
bo, id eſt, cubo. Secubo ſeorſum cubo, uel ſolus iaceo.
ſuccumbo, id eſt, uincor uel ſubijcior. Verg. Huic uni for-
an potui ſuccumbere culpæ. Crepo ſignificat uiolen- Crepo
um ſonum facio, ſcilicet ex impulſu uel alia ui. Ouid. Et
repat in medijs laurus aduſta focis. Concrepo idem, Diſ-
repo, id eſt, diſſono. Concrepo conſono. Crepo ponitur
pro frangor, quia quod frangitur ſonat, ut Iudas ſuſpen-
us crepuit medius. Ponitur etiam pro deploro. Plautus,
Qui crepat defunctum patrem. Domo facio manſue- Domo
um, ut domo equum. Etiam ſignificat uinco, ut domui
hoſtes. Inde perdomo & edomo compoſita, o curta. Fri- Frica
co, at

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

co,at gnyde, Verg. Porcus fricat arbore coſtas. Confrico contero, ut Apoſtoli confricabant ſpicas. Defrico, aff at gnyde, ut defricui cutem. Perfrico, gennen at gnyde. Perfricare faciem uel frontem, eſt inuerecundum eſſe.

Mico

Mico ſignificat fulgeo, & proprie cum motu uel tremore, ut fulgur micat, enſis micat. Etiam ſignificat moueri & tremere. Idem de equo. Stare loco neſcit, micat auribus & tremit artus. Ouidius, Corq́; tremor micat. Etiam micare eſt digitis ſortiri. Cicero. Dignum eſſe dicunt, qui cum in tenebris micet. Emico effulgeo, Plaut. Ex oculis quaſi radij emicant ſolis. Promico procul mico. Dimico infra. Nexo & plico ut infra.

Sono

Sono facio ſonum. Inde aſſono ad aliquid ſono. Perſius, Reparabilis aſſonat echo. Conſono, id eſt, ſimul ſono uel concordo. Diſſono diuerſe ſono. Inſono ualde ſono. Perſono idem. Vergilius, Cithara crinitus Iopas perſonat aurata. Reſono ſonum reddo. Idem, Reſonat clangoribus æther.

Seco

Seco ſcindo uel diuido. Ponitur pro tranſire. Vergilius, Ille uiam ſecat ad naues ſociosq́; reuiſit. Deſeco abſcindo. Diſſeco diſcindo uel diuido. Reſeco amputo. Et hæc omnia corripiunt penultimam.

Tono

Tono ualde ſono uel facio tonitrum, & raro legitur in tertia perſona. Veteres uſurpant tono & ſono tertiæ coniugationis. Intono ualde tono.

Veto

Veto, id eſt, prohibeo. Perſius, Veto quiſquam faxit oletum. Idem poſuit præteritum in aui. Excepto ſi quid manſura rubrica uetauit. Sed Cicero ait uetui. Nam me ad famoſas mater accedere uetuit.

Do

Do, id eſt, dono, ut dedi Petro ad te literas. Item ſignificat dicere. Vergilius, Sed tamen iſte Deus quis ſit da Tytere nobis. Compoſita eius ſunt tertiæ coniugationis præter quatuor, ſcili. circundo peſſundo uenundo & ſatisdo, quæ ſunt primæ coniugationis, & tamen corripiunt a in penultima ſyllaba cuiuſcunq́; temporis, ſicut & ſimplex ipſum do.

Circundo

Circundo, om kring at lægge. Vergilius, Aut acres uenabor apros, non me ulla uetabunt Frigora Parthenios canibus circundare ſaltus.

Venundo

Venundo, id eſt, uendo. In Euangelio, Poterat hoc unguentum uenundari multo.

Peſſundo

Peſſundo id eſt, calco uel opprimo. Terentius, Quæ ſi non aſtu

prouidean-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

prouideantur, me aut herum peſſundabunt. Peſſum ad-
uerbium ſignificat ſub pedibus, unde etiam dicitur do
peſſum per duas dictiones. Lucan. Quam celſa cacumina
peſſum Tellus uicta dedit. Satiſdo, ſatisfacio uel ſoluo. Satiſdo
Sto, at ſtaa. Vergilius, Stat ſut cuiq; dies, breue & irreuo- Sto
cabile tempus, Omnibus eſt uitæ. Stare conuentis eſt ſer-
uare pacta. Item ſtare pro impedire ponitur, ut per me
non ſtabit. Aſto & adſto, hoeſſ at ſta. Anteſto excello,
unde fit antiſtes. Conſto ſimul ſto uel componor. Iohan-
nes non conſtat ſibi,, id eſt, nou permanet in una ſenten-
tia. Conſtat imperſonaliter notum eſt. Circumſto, om at
ſtaa. Vergil. Circumſtant animæ dextra leuaq; frequen-
tes. Diſto, fraa at ſtaa. Roma diſtat hinc quingentis mi-
liaribus. Item diſto ſignificat etiam differre. Iuuen. Nec
diſtare putant humana carne ſuillam. Exto til at uere.
Vergilius de ceruis ſcythicis. Torpent mole noua, & ſum-
mis uix cornibus extant. Etiam dicitur, liber ille non ex-
tat, id eſt, non habetur ab aliquo. Inſtare, id eſt, operam
dare pro aliqua re habenda, at legge vind paa en tingeſt
at haffue. Plautus, Poſcit, inſtat, urget, hominem non ſi-
nit quieſcere. Vnde inſtitor, id eſt, mercator, & habet in-
ſtiti in præterito, non inſteti. Catullus, Inſtitit imperio
deterioris heri. Statius, Othrin & arcte gelidum caput
inſtitit Oſſæ. Othris & Oſſa ſunt nomina montium. Ob-
ſto contra ſto uel impedio. Inde obſtaculum .i. impedi-
mentum. Prœſto .i. do. Plinius, Plura hic mihi præſtitit
quam parentes. Etiam ſignificat excello. Tull. Bona æſti-
matio diuinis præſtat. Præſtat imperſonale ſignificat
melius eſt. Idem: Nonne emori per uirtutem præſtat, quã
uitam miſeram, & inhoneſtam per decus amittere? Pro-
ſto publice ſto cauſa lucri, ut meretrices dicuntur proſta-
re. Reſto ſuperſum uel relinquor. Verg. Quid iam miſe-
ro mihi demiq; reſtat? Subſto ſub alio ſto, ponitur pro
ſimplici, ſicut & conſto & reſto. Superſto ſupra aliquid
ſto uel iuuo. Omnia compoſita uerbi ſto, ſic habent in Iuuo
præterito ſtiti, ut aſto aſtiti, conſto conſtiti, &c. Iuuo at
hielpe. Ver. Audentes fortuna iuuat. Ponitur pro delecto.
Idem, Non omnes arbuſta iuuant, & in hoc ſenſu ſæpius
eſt imperſonale. Idem, Iuuat arua uidere. Adiuuo, id eſt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

iuuo. Terent. Fortes fortuna iuuat. Adiuuo in præſenti corripit u, & in præterito perfecto producit u. Lauo, id eſt, aqua purgo, etiam eſt rigo. Et legitur quandoq; tertiæ coniugationis. Horat. Phœbe qui xanto lauis amne criſtas.

Lauo

Et neco quod necui facit & quandoq; necaui.
Increpo format ui, tamen & reperitur in aui.
Aui præteritum plica dat cum nomine iunctũ.
Hoc ſine præbet ui, tamen & reperitur in aui.

Hic ponuntur uerba, quæ habent duplicia præterita perfecta, ſcilicet, aui & ui, ut neco increpo, & composita à plico, quæ cum nomine compoſita, ſæpius habent aui, cum præpoſitione ui, & quandoq; aui, ut applico explico implico, &c. Neco ſignificat occido, & fit à nomine nex. Enni. Hos peſtis necuit, pars occidit illa duellis. Eneco idem ſignificat uel uexo. Terent. Cur me enecas? Increpo ſonum facio. Naſo, Annuit Alcides increpuitq; lyra. Etiam eſt cum clamore arguo. Plico ſignificat rugas facio, at folde. Inde plicabilis, id eſt, potens plicari. Plinius, Aegyptij naues plicabiles humeris transferunt quoties ad cataractas uentum eſt. Applico adiungo. Iſte nouit ſe omnibus applicare. Explico expando uel extendo, capitur pro declaro & extraho. Implico inuoluo uel innecto. Verg. Implicuitq; comam leua. Supplico humiliter rogo, ſcilicet, plicans manus, & iungitur datiuo. Terentius, Hunc orabo, huic ſupplicabo. Inde ſupplex & ſupplicium, de quibus ſupra.

Neco
Increpo
Plico
Applico
Supplico

Aui in præterito, Atum in ſupino

Regula quæ formam ſeruans as mutat in aui.
Recte præteritum formando ſupinat in atum.
Sic lauo lotum uel lautum, potoq; potum.
Doq; datum dat, ſtoq; ſtatum, format iuuo iutum.

Omnia uerba primæ coniugationis quæ regulariter habent aui in præterito perfecto, mutant aui in atum in ſupi-

in ſupino,ut amaui amatum, oraui oratum a producta. Excipitur unum, ſcil. poto potaui potum per ſyncopen pro potatum. Verg. Et potum paſtas age Tityre. Item lauo habet lotum uel lautum in ſupino, do datum, ſto ſtatum,a curta, iuuo iutum. Sed hæc quatuor non excipiuntur à regula,quia non habent regulariter aui in præterito. Supinus dicitur erectus. Verg. Tendoq; ſupinas Supinus
Ad cœlum cum uoce manus. Vnde ſupinus dicitur qui iacet in dorſo. Iuuena. Cubet in facie mox deinde ſupinus. Hinc ſupinare & reſupinare eſt erigere uel facere ſupinū, uel peruertere. Pruden. Protrahit & faciem leua reuocante ſupinat. Iuuen. Aulam reſupinat amici. Hinc à Grammaticis ſupina uocātur dictiones à uerbis factæ, quæ cum habeant uocem participij paſſiui, tamen ſupinantur, id eſt,uertuntur in actiuam ſignificationem, quia primum ſupinum, quod deſinit in um, ſignificat actiue,ut uade lectum,id eſt,ut legas. Iohannes me miſit ad uos oratum, id eſt,ut orem. Sed ultimum ſupinum ſignificat paſſiue, ut facile dictu,facile factu,id eſt,ut dicatur & fiat. A ſupinis autem multa nomina,uerba & participia fiunt, quare utilis eſt cognitio ſupinorum. Poto,id eſt,bibo,quam- Poto
uis proprie bibere ſit neceſſitatis,potare luxuriæ, id eſt, ſuperfluitatis. Inde potus & potio, quæ idem ſignificant, licet potio quandoq; ſignificat potum medicinalem. Legitur etiam potatum ſupinum à poto; unde potator & potatio & potatus. Melius tamen dicitur potum pro ſupino, unde potor & potus, quandoq; capitur actiue, ut Iohannes fuit heri bene potus, id eſt, multum potauerat. Naſo, Occurrit nuper uiſa eſt mihi digna relatu Pompa, ſenem potum pota trahebat anus. Accipitur etiam paſſiue. Idem, Quò plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ. Epoto media longa,vd at dricke. Inde epotus. Iuuen. Epotaq; flumina medo. Compoto ſimul poto. Inde compotor, id eſt,qui cum alio potare ſolet.Item lauo habet tria ſupina, ſcil. lautum lotum & lauatum. Horat. Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lauatum Admonuit. Terēnt. Abeunt lauatum. A primo ſupino ſcil. lotum fit nomen lotium,quod ſignificat urinam Ab altero ſupino fit lautus, quod eſt, delicatus uel mundus uel elegans. Iutum non eſt in uſu,

ſed adiutum dicimus, ut ueni adiutum uos. Inde adiuto frequentatiuum u producta.

Quod dat ui dat itum, niſi deſinat in co, ſed in ctum.
Iſta ſupinantur, plicat & micat excipiantur.
Nam plico dat plicitum, mico neſcit habere ſupinum.

Verba primæ coniugationis habentia ui in præterito, habent itum in ſupino, ut cubo cubui cubitum, crepo crepui crepitum. Excipiuntur ea quæ in co deſinunt, quæ habent ctum, ut ſeco ſecui ſectum, frico fricui frictum, unde participia ſectus & frictus. Plico tamen non plictũ, ſed plicitum facit cum compoſitis, inquantum habent ui in præterito, nam ſi præteritum fuerit in aui, ſupinum erit in atum, ut duplico caui catum. Mico autem caret ſupino uſitato, & forſan propter mingo quod habet mictum. Nota quod uerba primę coniugationis, quæ habent itum in ſupino, formant uerbalia in atio, ut cubatio domatio ſupplicatio, & non cubitio ſupplicio. Sed participia eorum præteriti temporis, & nomina uerbalia illis uoce ſimilia habent itus, ut cubitus, crepitus, domitus, ſonitus, tonitus. Huius dicti rationem puto quod prædicta uerba quandoq; leguntur habere aui atum, ut ſono ſonaui ſonatum. Vnde Horatius fecit participium ſonaturus. Magna ſonaturum des nominis huius honorem. Item cubo aui atum, uel cubui itum, quod magis in uſu eſt, ut eamus cubitum. Plautus, It incœnatus cubitum. Inde nomen cubitus uel cubitum, de quo ſupra. Item à crepo crepitus dicitur ſonus uiolentus, & præcipue turpis ſonus uentris. Item à tono attonitus, id eſt, turbatus, quaſi tonitru percuſſus.

Aui dimico dat uel ui primumq; ſupinat.
Sicq; neco nectum facit & quandoq; necatum.
More patris nexum faciet tibi nexo ſupinum.

Dimico habet duplex præteritum, ſcil. dimicui & di-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

micaui. A primo præterito non fit ſupinum ſicut nec à ſimplici eius mico, ſed ab altero præterito, ſcilicet dimicaui fit ſupinum dimicatum. Titus Liui. Iuſta acie & collatis ſignis dimicatum eſt. Dimico, id eſt, pugno. Naſo, Vitricus & gladijs & acuta dimicet haſta. Addit Alexander, quod neco habet duplex ſupinum ſecundum duplex præteritum; dicitur enim necaui necatum, & necui nectũ, unde necatus & nectus participia, quæ Priſcianus ita differre uult, ut necatus ferro, nectus alia ui peremptus dicatur. Sed hæc differentia falſa eſt, quia ſæpe legimus apud Tullium, Necatus ueneno. Enectus proprie dicitur uere mortuus. Cicero, Enectus ſiti Tantalus. Liuius, Fame, frigore ſqualore enecti. Horat. Bos eſt enectus arando. Nexo habet nexum in ſupino, ſicut primitiuum eius necto. Et dicitur necto is, nexo is, & nexo as, ſub eodem ſignificato, eodem etiam præterito perfecto & ſupino, ſci. nexui nexum, ſed necto etiam habet nexi. Nexo as ſignificat frequenter necto.

Dimico

Nexo

De formatione præteritorũ & ſupinorũ ſecun. con.

DEbes formare poſt prímam uerba ſecundæ.

Omnia uerba ſecundæ coniugationis deſinunt in eo, ut habeo, rideo. Et omnia uerba deſinentia in eo ſunt ſecundæ coniugationis, præter pauca primæ, ſcilicet beo creo ſcreo meo calceo laqueo nauſeo enucleo, & duo quartæ coniugationis, ſcil. eo & queo. De uerbis ſecundæ coniugationis Alexander ſeruat hunc ordinem, ut primo ponat quinq; regulas ſpeciales, ſcil. de uerbis deſinentibus in deo, geo, leo, queo & ueo. Deinde ponit regulam generalem de omnibus alijs terminationibus, ſcili. deo, ceo, meo & cæteris.

Litera longa uel r deo ſi facit, excipe ſtrídi.

Deo

Verbum habens longam uocalem uel r ante deo, habet in præterito ſi, ut ſuadeo ſuaſi, rideo riſi, ardeo arſi. Excipitur ſtrideo ſtridi. Excipitur etiam nideo, quod ſecundum quoſdã caret præterito. Suadeo, at raade. Oui. Nox & amor uinumq; nihil moderabile ſuadent. Diſſuadeo, id eſt, non ſuadeo, uel ne facias ſuadeo. Perſuadeo,

Suadeo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſuadendo induco, ut alius mihi ſuaſit, alius diſſuaſit hoc, ſed neuter perſuaſit, uelim tibi perſuadeas, id eſt, uelim credas. Suadus, id eſt, ſuadens, & ſuadela, id eſt, ſuaſio.

Rideo — Rideo, at lee, ponitur pro amenum eſſe. Vergil. Omnia nunc rident. Item pro derideo, & ſic regit accuſatiuum. Ouid. Riſit amatorem Lida puella ſuum. Arrideo, ad aliquem rideo. Derideo & irrideo, at beſpotte. Terent. Lepidum tibi uiſum eſt ſcelus nós irridere. Subrideo parum uel clam rideo. Ridiculus rideri dignus, uel qui deridetur.

Ardeo — Ardeo ſignificat comburo, ut domus ardet. Accipitur pro ſplendeo. Vergilius, Ardet apex capiti. Item pro amo. Idem, Coridon ardebat Alexin. Item pro ualde cupio. Idem, Patriæq́; mori pro mœnibus ardent. Item pro uehemens eſſe. Idem, Pentheſilea furens medijs in milibus ardet. Redardeo rurſus ardeo. Naſo, Flamma redardeſcit, quæ modo nulla fuit.

Strideo — Strideo facio ſtridorem uel ſonum uiolentum, ut currus non linitus ſtridet.

Nideo — Nideo ſignificat ſplendeo uel odorem do. Plautus, Tota renidet domus. Vnde nidor dicitur odor rei aſſatæ ualde aduſtæ. Iuuen. Capitum te nidore ſuæ putat ille culinæ.

Si breuis eſt e uel i, producitur atq́; facit di.

Verba habentia e uel i breue ante deo, habent di in præterito perfecto e uel i producta, ut ſedeo ſedi, uideo uidi, cum eorum compoſitis. Nec plura ſunt. Nota quod compoſita à ſedeo mutant e in i breue, ſed in præterito habent e productum ſicut ſimplex, ut aſſideo aſſedi, poſſideo poſſedi. Sed ſuperſideo tenet e in præſenti.

Sedeo — Sedeo, at ſyde. Inde ſedes ſella & ſedile, quæ idem ſignificant. Aſſideo, hoſſ at ſyde. Plaut. Date illi ſellam ut aſſideat. Etiam ſignificat ſimilem eſſe. Horati. Parcus ob hæredis curam nimiumq́; ſeuerus Aſſidet inſano. Deſideo deorſum ſedeo. Inde deſes. Præſideo princeps ſum, ut Iohannes præſidet huic urbi. Inde præſes. Diſſideo, diſſentio uel diſcordio. Petrus à Paulo diſſidet capitali odio. Diſſidium diſcordia. Inſideo, ind at ſyde eller paa ſyde, ut inſidet equo. Obſidéo circundo, at belegge. Luca. Staturum tamen obſidet hoſtem Rex obſidet urbem. Obſideo, belech. Ouid. Fecerat obſidio iam diuturna famem. Superſedeo, ceſſo, & iungitur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

iungitur ablatiuo. Plautus, Superſede iſtis rebus. Cicero. Superſedeas hoc labore itineris. Sedet accipitur pro placet. Verg. Et ſedet hoc animo. Video, at ſee. Præuideo ante uideo. Prouideo idem fere ſignificat, ut Sapientis eſt oĩa quæ uentura ſunt prouidere. Etiam eſt parare in futurum, ut ego mihi ſatis prouidi. Inde prouidus eſt prouiſio. Inuideo, id eſt, non libenter uideo, at benide. Et poteſt habere datiuum cum accuſatiuo. Verg. Liber Pampineas inuidit collibus umbras. Hinc inuidus & inuidia & inuidentia.

Video

Inuideo

Mordeo ſpondeo pendeo tondeo di geminato. Formant principio, nec eorum compoſitiua.

Quatuor uerba in textu poſita habent in præterito di, geminato principio, ut mordeo momordi, pendeo pependi, tondeo totondi, & ſpondeo ſpopondi, & non ſpoſpondi, teſte Priſciano. Compoſita eorum non geminantur, ut habetur infra. Pendeo, at henge. Eſtq; uerbum abſolutum, ut fur pendet, toga pendet. Accipitur pro ſollicitus ſum uel moror. Verg. Dum conſulta petis noſtroq; in limine pendes. Pendulus, id eſt, pendens. Impendeo ſupra aliquid pendeo, ut mors impendet omnibus. Ponitur pro inſtare. Cicero, Magnum bellum impendet à Parthis. Pendo & impendo longe aliter ſignificant, ut infra dicetur. Spondeo promitto. Deſpondeo in matrimonium promitto. Terent. Placuit, deſpondi. Etiam ſignificat deuouere, at forloffue, unde deſpondere animum eſt nolle uiuere. Plaut. Pater eius poſtquam puerum perdidit, animum deſpondit. Plinius, Quæſo Hercle animũ ne deſpondeas. Colum. Quam probabilis ratio eſt in ſocordiam compelli, quia deſponderis ſapientiam. Reſpondeo, reddo ſermonem. Iuuena. Nil mihi reſpondes? aut dic aut accipe calcem. Etiam ſignificat conſentio, ut fac uerbis tua facta reſpondeant. Tondeo crines ſeco forfice. Suet. Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere, id eſt, excoriare. Quandoq; ponitur quaſi paſſiue ſicut & lauo. Verg. Cinyphei tondent hyrci, id eſt, tondentur. Etiam ponitur tondeo pro ſeco ſimpliciter uel pro carpo, ut bos tondet gramina. Hinc tonſor, & adiectiuum

Pendeo

Spondeo

Reſpõdeo

Mordeo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tonſorius, ut tonſorius culter, & tonſtrina domus tonſoria. Mordeo, at bide. Vnde mordax, id eſt, ſolitus mordere. Accipitur mordeo pro lædo. Teren. Par pari referto quod eam mordeat. Mordicus aduerbium, id eſt, mordendo. Plautus, Iamdudum oportuit naſum ademptum mordicus.

Mordeo

Si componantur geminantia non geminantur,
Lex erit hæc cunctis, po ſto do diſcꝙ remotis.
Do ſto compoſita geminabunt, poſcoꝙ diſco.
Curro tamen cum præ geminat, ſic pungere cum re.

Compoſita uerborum geminantium principium præteriti non geminant ipſum, ut reſpondeo reſpondi, impendeo impendi, remordeo remordi. Et hæc regula eſt uniuerſalis & communis omnibus uerbis, ut tango tetigi, attingo attigi, pello pepuli, compello compuli, cado cecidi, incido incidi. Excipiuntur compoſita à do, ſto, poſco, diſco. Item præcurro & repungo, quæ geminant principia præteritorum, ut addo addidi, aſto aſtiti, depoſco depopoſci ediſco edidici, præcurro præcucurri, repungo repupugi. Diomedes etiam ponit excurro execucurri. Priſcianus autem ſic ait: A curro compoſita utroꝙ modo prolata inueniuntur, ut decurro decurri uel decucurri. Plautus, Ego hac præcucurri gratia, ne te patet opprimeret imprudentem. Remordeo ſignificat rurſus mordeo, ponitur pro redarguo in ſequentia, Dum uox uitam non remordet, dulcis eſt ſymphonia, id eſt, concentus. Reliqua uel dicta ſunt uel dicentur.

Remordeo

Hæ præter per ui deo præterit, excipe prandi,
Pranſus ſum, iunge neutro paſſiua ſecundæ.

Omnia uerba in deo deſinentia, de quibus non eſt prædictum, habent ui per diuerſas ſyllabas, ut madeo madui, candeo candui, ſplendeo, frendeo, ſurdeo &c. Excipitur prandeo, quod habet prandi uel pranſus ſum. Cui adduntur alia neutro paſſiua, ut audeo auſus ſum, gaudeo ga-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

deo gauiſus ſum. Madeo madidus ſum, ut madeo ſu- Madeo
dore. Lucan. Fraterno primi maduerunt ſanguine mu-
ri. Permadeo totus madeo. Candeo candidus ſum, & Gaudeo
proprie ignis uel res ignita candere dicitur, ut candens
carbo, candens ferrum. Capitur pro ſplendeo & pro iraſ-
cor, maxime in compoſitis, ut Iohannes hoc audito ue-
hementer excanduit uel incanduit, id eſt, iratus eſt. Excan-
deſco iratus fio. Frendeo eſt fere idem quod ſtrideo. In Frendeo
Pſal. Frenduerunt ſuper me dentibus ſuis. Dicitur etiam
frendo is. Frondeo frondes emitto. Vergil. Nunc fron- Frondeo
dent ſyluæ, nunc formoſiſſimus annus. Sordeo ſordi- Sordeo
dus uel uilis ſum. Vergilius, Sordent tibi munera no-
ſtra. Surdeo ſurdus ſum, unde ſurdeſco ſurdus Surdeo
fio, & obſurdeſco, id eſt, inobediens ſum, ut Petrus
meis monitis obſurdeſcit. Studeo ſtudioſus ſum uel Studeo
operam do. Terent. Studeo tibi ſororem reddere. Quan-
doq; ponitur abſolute, quandoq; cum datiuo, ut ſtudeo
bonis artibus, ſtudet delicijs. Prandeo prandium ſumo, Prandeo
uel ante meridiem comedo, quia prandium dicitur co-
meſtio ante meridiem, tamen accipitur prandium quan-
doq; ſimpliciter pro comedo. Hora. Si pranderet olus pa-
tienter legibus uti Nollet Ariſtippus. Item prandium
pro quacunq; comeſtione ponitur. Audeo ſum audax. Audeo
In Epiſtola Pauli, In quo quis audet, audeo & ego.
Gaudeo gaudium habeo. Propheta, Non eſt gaudere Gaudeo
impijs dicit Dominus.

Dans deo di uel ſi geminansue ſupina dat in ſũ. Si,Di, dat ſum
Sic ſedeo ſeſſum, reddit tamen es geminatum.
Gaudeo gauiſum præbet, ſed ſtrideo nil dat.
Præteriens in ui dat itum, nullumue ſupinum. Vi dat itũ

Nunc agitur de ſupinis uerborum in deo. Verbum in deo habens in pręterito di uel ſi, etiã quod geminat principium præteriti, habet in ſupino ſum, ut uideo uidi uiſum, rideo ridi riſum, tondeo totondi tonſum. Supina .n. nunq̃ geminant principium. Sedeo ſedi ſeſſum habet per duo ſſ, gaudeo habet gauiſum, non gauſum. Sed audeo habet auſum non auiſum, ut ait Priſcia. euphoniæ cauſa aſſumpſit i. Vnde participia gauiſus gauiſurus. Strideo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

autem & nideo carent ſupinis. Addit Alexander, quod uerba in deo, quę habent ui in præterito, uel habent itum in ſupino, uel carent ſupino, hoc eſt, aliqua habent tum, ut ſtudeo, aliqua carent ſupino, ut candeo. Et omnia fere præter ſtudeo, quia ſunt neutralia abſoluta, de quibus poſtea ponitur regula generalis. (Pauca ſupinantur.) Nota quod à ſupino uerbi ſedeo fit nomen ſeſſio, quandoq; ſignificat accuſatiuum ſedendi, quandoq; idem quod ſedile. Item ſeſſilis, id eſt, ſedens uel amplius, ut ſeſſilis obba.

Si facit l uel r ante geo, xi litera longa.
Vel dyphthongus habet, in ui geo cætera format.
Præbet ui nullum, ſi per ſum, xiq; facit ctum.
Dic tamen indultum, ſed procreat urgeo nullũ.

De uerbis in geo tres ſunt regulæ. Prima eſt, Verba quæ habent l uel r ante geo, habent in præterito ſi, ut algeo alſi, fulgeo fulſi, mulgeo mulſi, indulgeo indulſi, tergeo terſi, turgeo ſi, urgeo ſi, & non ſunt plura ſaltem uſitata. Altera regula eſt, Verba habentia uocalem longam uel dyphthongum ante geo, habent xi in præterito, ut frigeo frixi, lugeo luxi, augeo auxi, nec plura ſunt. Tertia regula eſt, Omnia alia uerba in geo habent ui per diuiſas ſyllabas, ut egeo egui, langueo langui, rigeo rigui, uigeo ui, indigeo ui, & hæc carent ſupinis. Sed quę habent ſi in præterito habent ſum in ſupino, ut fulſi fulſum. Excipitur indulgeo indulſi, quod habet indultum uel etiam indulſum teſte Priſciano. Excipitur etiam urgeo, quod caret ſupino ſecundum uſum. Item quæ habent xi in præterito habent ctum in ſupino, ut luxi luctum, auxi auctũ.

Algeo — Algeo ſignificat frigeo. Martial. Alget adhuc nudo clauſa culina foco. Horat. Qui ſtudet optatam curſu contingere metam, Multa tulit fecitq; puer ſudauit & alſit.

Fulgeo — Fulgeo eſt ſplendeo. Inde fulgidus, &c.

Mulgeo — Mulgeo lac educo. Ver. Hic alienus oues cuſtos bis mulget in hora. Et habet non ſolum mulſi mulſum, ſed etiam mulxi mulctum ſecundum Priſcianum, unde mulctra dicitur mulſio uel ex-

tractio

tractio lactis. Verg. Bis uenit ad mulctram. Item mulctra-
le uas in quo mulgetur. Indulgeo ſignificat clementer Indulgeo
concedo uel permitto. Terentius, Nimium filio indulges
Menideme. Perſius, Indulge genio. Indulgentia eſt per-
miſſio uoluntatum uel clementia. Quintilianus, Mollis
illa educatio quam indulgentiam uocamus, neruos om-
nes & mentis & corporis frangit. Abuſiue & male ſæpe
ponitur indulgeo pro ignoſco & indulgentia pro uenia
& remiſſione. Tergeo uel tergo ſignificat purgo. Iuue. Tergeo
Vaſa aſpera tergeat alter. Turgeo, id eſt, tumeo. Vergil. Turgeo
Turgent in palmite gemmæ. Plautus, Vxor nunc in fer-
mento tota eſt, ita turget mihi. Vrgeo premo. Tullius, Vrgeo
Illum neq; urſi neq; leuaui. Frigeo ſum frigidus. Verg. Frigeo
Sanguis habet, frigentq; effœto in corpore uires. Vtuntur
aliqui præterito frigui, cum dicendum ſit frixi. Terentius,
Refrixerit res. Lugeo doleo. Luctus dolor. Augeo Lugeo
magis facio. Cicero, Natura non patitur ut aliorum ſpo- Augeo
liis noſtras facultates augeamus. Ego ſum egenus, nam Egeo
egenus dicitur qui non ſatis habet. In hac uita alius eget,
alius abundat. Egeſtas, id eſt, defectus uel indigentia. In-
digeo, id eſt, egeo. Rigeo durus ſum, ut ueſtis riget ge- Rigeo
lu. Inde rigor duritia, & rigidus durus. Vigeo uim ha- Vigeo
beo & fortis ſum. Tull. Vigebat in ea domo patrius mos
atq; diſciplina. Inde uenit uigor, id eſt, uis uel fortitudo.
Vergil. Igneus eſt ollis uigor & cœleſtis origo. Ollis pro
illis. Langueo ſum debilis. Langueo

Eui dant etumq; leo fleo & a pleo nata. Leo
Cætera uerba leo per ui facit abſq; ſupino.
Sed doleo dat itum ſoleo ualeoq; oleoq;.
Aſt oleo quandoq; etiam dat oleuit oletum.
Sic & compoſita dicas adolere per ultum.

Hæc uerba fleo leo & pleo cum ſuis compoſitis ha-
bent in præteritis eui, & in ſupino etum, ut fleui fletum,
deleui deletum, repleui repletum. omnia alia uerba in leo
habent in præterito lui, & pleraq; carent ſupinis, ut caleo
calui, palleo pallui, ſqualeo ſileo uileo, &c. Sed doleo ua-
leo & oleo habent ſupina, ſcilic. dolitum ualitum olitum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sed oleo habet etiam eui etum cum ſuis compoſitis, præ-
ter adoleo quod in ſupino habet adultum, unde fit adul-
tus participium. Item ſoleo habet in ſupino ſolitum, quis
in præterito non dicatur ſolui ſed ſolitus ſum, cum ſit
uerbum neutro paſſiuum, antiqui tamen dicebant ſolui
Fleo ſicut dolui. Fleo ſignificat emitto lachrymas, quamuis
ſit abſolutum, tamen quandoq; habet actiuum, ut iſte
flet patrem. Boetius, fleuit amiſſos Ithacus ſodales. Defleo
at begræde. Efflere, id eſt, flendo corrumpere. Petrus ef-
Leo fleuit oculos. Leo non eſt in uſu, unde fit letum pro
morte ſecundum Priſcianum. Alleo, id eſt, allino, at be-
Deleo ſmøre, hic alleuit atramentum ori. Deleo, ud at ſlette,
ut deleo ſcripturam. Terent. Deleo dehinc omnes ex ani-
mo mulieres. Quandoq; ſignificat deuaſtare, ut rex dele-
uit oppidum captum. Spongia deletilis, id eſt, quia dele-
Pleo tur aliquid. Pleo ſignificat plenum facio, ſed non eſt in
uſu. Repleo, impleo, compleo, idem fere ſignificant. De-
pleo ſignificat euacuo. Statius, Tu modo ſi ueteres digno
depleuimus hauſtu, Da fontes mihi Phœbe nouos. Ex-
pleo quandoq; ſignificat impleo. Terent. Expleam animũ
gaudeo, quandoq; ſignificat euacuo uel emitto. Ennius,
Nauibus explebant ſeſe terraſq; replebant. Oppleo, id eſt,
impleo. Terent. Mulier lachrymis opplet os totum ſibi.
Caleo Suppleo, id eſt, addo uel compleo. Caleo, id eſt, calidus
Calleo ſum. Calleo callidus ſum uel intelligo. Terent. Eius in-
genium pulchre calleo. Etiam ſignificat durus ſum uel
habeo callum. Callus, id eſt, duritia ſub pedibus. Occal-
leo, id eſt, callum habeo. Plin. Longa patientia occallui.
Palleo Palleo ſum pallidus. Ouid. Palleat omnis amans. Expal-
Coaleo leo ualde palleo. Coaleo, id eſt, cohæreo uel concreſco.
Sileo Sil[illegible] tye. Vergil. Silet arduus æther. Inde ſilentium.
Vileo [illegible]eo, ſum uilis, id eſt, non carus, nam carus & uilis ſunt
Valeo contraria. Valeo ſum ualidus uel ſanus. Quandoq; ſig-
nificat poſſum, ut non ualeo dicere. Etiam ſignificat re-
cedo. Terent. Valeant qui inter nos diſſidium uolunt. Va-
letudo dicitur ſanitas. Tullius, Valetudinem tuam cura
Doleo diligenter. Doleo, dolorem habeo uel triſtis ſum. Do-
Oleo leo uicem tuam, id eſt propter te. Oleo, id eſt, habeo o-
dorem, ut hoc olet bene uel male. Olitus, id eſt, fœtidus.

Aboleo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Aboleo, id eſt, deleo uel extra conſuetudinem duco. Suet. Hoc decretum Veſpaſianus aboleuit. Adoleo, id eſt, creſco. Vergil. Tu factum mox adoleuerit ætas, Sis memor. Quandoq; ſignificat cremare. Idem, Verbenas adole pingues. Exoleo, extra conſuetudinem uenio. Philel. Et hoc in totum exoleuit. Exoletus dicitur adultus uel ſcortum maſculum. Inoleo, id eſt, inualeo uel in uſum uenio, ut non probanda res inoleuit. Obſoleo, id eſt, ſordeo uel exoleo. Tullius, obſoleuit iam iſta ratio. Suboleo, id eſt, odoro. Si hoc tibi ſubolet, non laboras rheumatiſmo. Redoleo, id eſt, bene oleo. Vergilius, Redolentq; thymo fragrantia mella. Oletum eſt ſtercus hominis. Perſius, Veto quiſquam faxit oletum.

Torqueo dat ſi ſum uel tum, liqueo liqui dat.

Torqueo facit præteritum torſi, ſupinum uero torſum uel potius tortum. Liqueo habet in præterito liqui carens ſupino, quia eſt neutrale abſolutum. Nec ſunt plura uerba in queo huius coniugationis. Torqueo Torqueo
ſignificat flecto, at vriæ eller ſnoe. Tortus & tortilis, vrein eller ſnoed, ut tortilis candela. Etiam ſignificat iacto, ut torqueo globum. Vergilius, Validus contorſit uiribus haſtã. Item ſignificat punio, unde tortor & tormentum, id eſt, pœna. Tormentum eſt etiam inſtrumentum bellicum, quo lapides torquentur, bøſſe. Extorqueo, aff at tuinge, ut extorſit mihi pecuniam. Diſtorqueo in diuerſum torqueo uel iterum iacto. Tua iacula in te torquebo. Liqueo ſum liquidus. Liqueſco, id eſt, fio li- Liqueo
quidus, ut cera liqueſcit igne. Deliqueo ualde liqueo, at ſorſmelte. Ouidius, Deliquit ſtagnumq; ſuo de nomine fecit.

Dat ueo ui per tum, ſed mul tis tolle ſupinum. Veo
Ferueo ui dat ſiue bui, conniueo ui xi.

Verba quæ deſinunt in ueo habent in præterito ui, & in ſupino tum, ut foueo foui fotum, moueo moui motũ, caueo caui cautum, faueo faui fautum. Sed multa carent ſupino, ut aueo aui, flaueo flaui, liueo liui, paueo paui. Item ferueo ferui uel ferbui, conniueo conniui uel connixi,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nixi,ſine ſupinis. Priſcianus tamen ſcripſit ferbui eſſe præteritum à ferbeo, quod ſignificat idem quod ferueo.

Foueo Foueo calefacio uel lenio uel nutrio. Gallina fouet oua. Mulier fouet infantem gremio, medicus fouet uulnus oleo.

Ferueo Ferueo ſignificat ualde caleo uel moueor, ut aqua calida feruet, id eſt, bullit. Accipitur pro iraſci, & pro diligens eſſe, ut iſti feruent actione. Deferueo, id eſt, feruorem amitto uel tepeſco. Gell. Interea puer uenerat & olla deferbuerat. Efferuere, at ſynde offuer. Cereuiſia non efferueſcet.

Conniueo Conniueo, id eſt, oculos claudo. Turpilius, Cum ego connixi ſomno, hic ſibi proſpexit uigilans. Ponitur pro conſentio. Perſius, Væ niſi conniues. Nota prædicta duo uerba leguntur etiam tertiæ coniugationis. Verg. Feruere cæde noua. Caluus, Cum grauis ingenti conniuere pupula ſomno. Pupula eſt id quod pupilla, øyenſten.

Moueo Moueo ſignificat quaſi de loco muto in locum. Terent. Moue ocyus te nutrix. Moueo caſtra, id eſt, duco exercitum in alium locum. Capitur pro induco, ut quid te mouet ad hoc agendum? Ipſe mouet quæſtionem. Admoueo, id eſt adduco uel applico, ut admoue ori manum. Amoueo aufero, ut uiam iniquitatis amoue à me. Dimoueo, remoueo. Summoueo idem quod amoueo. Iuuen. Cum te ſummoueant, qui teſtamenta merentur.

Voueo Voueo, id eſt, religioſe promitto. Salo. Si quid uouiſti Deo, ne moreris reddere. Votum eſt promiſſio & proprie quæ Deo uel Sanctis fit. Capitur etiam pro deſiderio, ut compos uoti.

Deuoueo Deuoueo, id eſt, per uotum do uel reſigno, ut Iohannes deuouit ſe Deo. Deuotus, gudelig. Lucan. Vidit & ad certam deuotos tendere mortem. Etiam deuoueo ſignificat uouendo dimitto, at forloffue, ut tu credo deuouiſti uirtutem. Ouid. Quamuis interdum quæ me læſiſſe recordor, Carmina deuoueo Pieridesq́ meas. Cum bene deuoui, nequeo tamen eſſe ſine illis. Item deuouere eſt maledicere uel malum optare. Idem, Deuouit natum credulus ille ſuum. Inde frequentatiuum deuotare. Nota quod moneo foueo & uoueo corripiunt o in præſenti, ſed in præterito producunt.

Aueo Aueo, id eſt, cupio. Tull. Quid actum ſit aueo ſcire. Auidus, id eſt, cupidus.

Caueo Caueo, id eſt, prouideo, ut caue capiti tuo. Etiam ſigni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſignificat uito,& ſic iungitur accuſatiuo. Iuuen. Conuiuā
caueo qui me ſibi comparat. Inde cautus qui ſcit cauere ſi-
bi. Incautus non cautus. Cautio prouidentia, Nam caute-
la non legimus. Faueo, id eſt, bene opto. Quiſq; fauet Faueo
ſuis. Fautor amicus uel qui fauet. Item fautus, id eſt, fœ-
lix. Paueo, id eſt, timeo. Flaueo flatus ſum. Flauus, Paueo
guul,ut flauus crinis. Seges matura flaueſcit, id eſt,fit fla- Flaueo
ua. Liueo ſum liuidus,id eſt ſordidus uel niger. Ouid. Liueo
Liuent rubigine dentes. Etiam ſignificat inuidere, unde
liuor,inuidia. Luca. Liuor edax tibi cuncta negat. Sueo, Sueo
id eſt, ſoleo,in præterito habet ſueui & ſuetus ſum. Vnde
conſueo & inſueo eiuſdem ſignificationis.

De deo deq; geo leo uel queo uel ueo dicta Regula ge
Sufficiunt, in ui diuiſas cætera format. neralis

Hic ponitur regula generalis. Omnia uerba ſecun-
dæ coniugationis, de quibus non eſt dictum, habent in
præterito perfecto ui per diuiſas ſyllabas,ut habeo habui,
rubeo rubui, doceo docui, unde hæc regula intelligitur
de uerbis deſinentibus in beo, ceo, meo, neo,peo,reo,teo
ut iam ſequitur. Beo. Albeo,id eſt,albus ſum, unde al- Albeo
beſco albus fio. Rubeo ruber ſum. Inde erubeo. Ta- Rubeo
beo conſumor & pereo.Inde tabeſco fio tabitus. Habeo Tabeo
poſſideo. Adhibeo,id eſt,addo.Adhibe manus tuas operi. Habeo
Exhibeo,id eſt, do uel oſtendo. Iohannes exhibuit mihi
magnam beneuolentiam. Cohibeo,id eſt, compeſco. In-
hibeo,id eſt, prohibeo uel retineo, ne procedas in aliqua
re. Rehibeo, id eſt, rurſus habeo. Præbeo,id eſt,do. Præbeo
Debeo,id eſt,obligor.Quantum debes domino meo? De- Debeo
bitor qui debet. Perhibeo, id eſt, dico uel affirmo. He- Hebeo
beo,id eſt,hebes ſum. Boetius, Mens hebet & propria lu-
ce relicta. Hebeſco, id eſt, hebes fio. Ebrietate hebeſcit in-
genium. Ceo. Aceo ſum acidus, at ſuurne. Aceſco fio Aceo
acidus. potus facile aceſcit æſtate. Iaceo at ligge, accipi- Iaceo
tur pro contemnor,ut pauper ubiq; iacet. Arceo,id eſt, Arceo
pello. Verg. Hoſtes à mœnibus arcent. Abarceo repello.
Coerceo compello uel cogo. Exerceo agito, ut quid ope-
ris exerces,ponitur pro moleſto uel fatigo.Terent Inſane
ego te exercebo hodie ut dignus es. Marceo, id eſt, pu- Marceo
treo uel

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

treo uel pereo. Seneca, Marcet ſine aduerſario uirtus.
Marcidus putridus. Marcor corruptio. Marceſco putreſ-
Flacceo co. Flacceo langueo. Inde flaccidus, id eſt, languidus.
Flacceſco langueſco. Meo. Fameo eſurio uel fame cru-
Fameo cior. Fameſco, id eſt, fio famelicus. Flammeo ardeo uel
Flammeo flammam emitto. Inde flammeſco flammeus fio. Tu-
Tumeo meo ſum tumidus, id eſt, inflatus. Tumor inflatio.
Plumeo Plumeo plumas habeo, plumeſco, id eſt, acquiro plumas.
Caneo Neo. Caneo ſum canus, id eſt, albus. Caneſco fio ca-
Vaneo nus. Vaneo ſum uanus. Euaneo pereo. Vergil. Et pro-
Seneo cul in tenuem ex oculis euanuit auram. Seneo ſum ſe-
nex. Seneſco fio ſenex. Tacitis ſeneſcimus annis. Peo.
Tepeo Tepeo ſum tepidus, id eſt, nec calidus nec frigidus. Tepeſ-
Torpeo co, fio tepidus uel piger. Torpeo, id eſt, langueo uel
ſum piger. Torpor pigritia, torpidus piger. Stupeo
Stupeo patior ſtuporem. Stupor alienatio ſenſuum. Stupidus
non ſentiens. Obſtupeo & opſtupeſco, idem ſunt. Vergili-
us, Obſtupui ſteteruntq; comæ & uox faucibus hæſit. Stu-
peo ponitur pro admiror, & ſtupor pro admiratione.
Areo Reo. Areo ad viſne. Vergilius, Aret ager, uitio mori-
Clareo ens ſitit aeris herba. Clareo clarus ſum uel ſplendeo.
Floreo Floreo flores profero. Inde floridus, id eſt, florens.
Horreo Horreo, id eſt, tremo uel mente turbor. Vergil. Quan-
quam animus meminiſſe horret. Horreſcere at forſkre-
cke. Idem, Horreſco referens. Cohorreo idem eſt. Cice-
ro, Quem ut uidi equidem cohorrui. Exhorreo, id eſt,
timeo. Naſo, Nauita ſollicitus uentos exhorret iniquos.
Terreo Terreo, id eſt, timere facio. Paulus terruit me. Exterreo
perterreo, ualde terreo. Deterreo, terrendo dehortor.
Lateo Teo. Lateo. Inde latebra & latibulum locus ubi latere
quis poſſit. Latet me, id eſt, neſcio. Non te latet, id eſt,
bene ſcis. Latitare continuo latere. Deliteo & deliteſco
Scateo idem quod lateo. Scateo ſignificat ebullio uel exilio, ut
aqua ſcatet ex fonte. Inde ſcaturio eiuſdem ſignificatio-
Niteo nis. Scatebra ebullitio. Niteo, id eſt, ſplendeo. Ni-
tor ſplendor. Nitidus ſplendidus. Omnia prædicta &
alia quædam poſtea poſita, ſcilicet, pareo, taceo, cenſeo,
pateo, miſceo, &c. habent ui in præterito per hanc re-
gulam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Dat maneo manſi, iubeo iuſſi, neo neuſ.
Dans a per i maneo dat ui careatq́ʒ ſupino.
Luceo cum natis format xi, mulceo mulſi.
Hæreo ſi præbet, dat ſorbeo pſiq́ʒ buiq́ʒ.

A regula prædicta Alexander hic excipit ſeptem uerba, ſcilicet, maneo manſi, iubeo iuſsi, neo neui, luceo luxi, mulceo mulſi, hæreo hæſi, ſorbeo ſorpſi uel ſorbui. Compoſita tamen à maneo, quæ a in i mutant, habent ui, ut immineo imminui, emineo eminui, &c. Excipiuntur tamen cieo ciui, quieo quieui & uieo uieui. Maneo, Maneo
it bliffue, ut mane nobiſcum Domine. Etiam ſignificat expecto. Terent. Quem hic manes. Etiam ſignificat ango. Vergil. Te triſte manebit ſupplicium. Naſo, Fata manent omnes, id eſt, mors inſtat omnibus. Permaneo ſemper maneo. Commaneo ſimul maneo. Emaneo eſt foris maneo, unde emanſor dicitur miles, qui diu uagatus tandem redit ad caſtra. Emineo, id eſt, uideor præ alijs uel excello uel pateo. Naſo, Eminet ante oculos, quod petis eſſe tuos. Immineo, id eſt, inſto. Tull. Mors propter incertos caſus quotidie imminet. Præmineo præcello. Senec. Tragicus. nius facies præeminet omnibus. Promineo, id eſt, procul eminec. Stat. Prominet excelſis uulgus miſerabile tectis. Inde promontorium, id eſt, mons prominens ad mare. Iubeo proprie ſignificat dico, ut iubeo te ſaluere, id Iubeo
eſt, dico tibi ſalutem, ponitur pro præcipio. Neo at Neo
ſinne. Naſo, Sic ſedit, ſic culta fuit, ſic ſtamina neuit.
Luceo lucem do. Alluceo ad aliquid luceo. In Pſalm. Al- Luceo
luxerunt fulgura eius orbi terræ. Colluceo ſimul luceo. Verg. Mœnia collucent flammis. Eluceo emitto lucem. Illuceo, ind at ſkninne, ut illuxit dies quam fecit Dominus. Polluceo quaſi perluceo uel transluceo. Plautus, Pellucet quaſi laterna punica. Polluceo ſignificat dedico uel in ſacrificium do. Plaut. Decimam partem Herculi polluceam. Præluceo ante luceo.. Tul. Ego meis maioribus mea uirtute præluxi. Diluceo ualde luceo, unde dilucidus, & diluculum tempus, quo lucere incipit. Item luceſcit & diluceſcit, det daſſuis. Mulceo, id eſt, mitigo. Vergilius, Et Mulceo
mulcere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

mulcere dedit fluctus & tollere uentos. Demulceo, at for-
lindre. Terent. Non poſſum pati quin tibi caput demulce-
am. Nota quod mulceo & mulgeo habent idem præteri-
tum & ſupinum. Similiter luceo & lugeo. Hæreo, at
Hæreo henge. Terent. Lingua hæret metu. Vergil. Vox faucibus
hæſit. Ponitur pro dubito uel incertus ſum. Terent. Hæ-
reo quid faciam. Adhæreo, til at henge. Propheta, Mihi
adhærere Deo bonum eſt. Cohæreo idem. Inhæreo in-
tus hæreo. Hoc animo meo firmius inhæret. Item hæſito
Sorbeo frequentatiuum, id eſt, dubito. Sorbeo at ſøbbe. Exor-
Cieo bere, vd at ſøbbe. Abſorbere, at forſlinde. Cieo ſigni-
ficat prouoco uel moueo. Vergil. Bella cient primaq; ue-
tant conſiſtere terra. Et habet ciui in præterito, citum in
ſupino i curta, unde citus, id eſt, uelox & cito frequentati-
uum, quod ſignificat uoco. Vnde excido, incito, concito,
recito, quod eſt aliis lego, & oſcito, id eſt, hio. Dicitur eti-
Quieo am cio cis cire in quarta coniugatio. Quieo, id eſt, qui-
Vieo eſco. Vieo ſignificat langueo uel debilis ſum. Vnde uie-
tus, id eſt, languidus & ſine ui. Horat. Quis ſutor uietus,
& quam malus undiq; membris.

Dat ſi ſum, xi ctum, ſed itum dat ſorbeo uel
ptum.

Quæ habent in præterito ſi, habent in ſupino ſum,
ut maneo manſi manſum, iubeo iuſſi iuſſum, hæreo hæ-
ſi hæſum, mulceo mulſi mulſum. Quæ uero habent xi
faciunt ctum, ut lugeo luxi luctum, quod ſupinum ta-
men in uſu non eſt, teſte Priſciano. Sorbeo autem ha-
bet duplex ſupinum ſecundum duplex præteritum, ut
ſorbui ſorbitum, & ſorpſi ſorptum. Inde abſorptus par-
ticipium. A priore autem ſupino ſorbitum fit ſorbitio,
à quo ſorbitiuncula, id eſt, cibus liquidus, qui ſorberi
poteſt.

Quæ dant præterita per ui, caruere ſupinis.
Ni faciant in itum, teneo tenſum, doceo ctum.
Cenſeo dat cenſum, ſed itum ſua compoſitiua.
Miſceo dat mixtum.

Verba quæ per regulam generalem habent ui in
præterito

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

præterito,carent ſupino,ut albeo rubeo hebeo iaceo areo horreo,&c. Aliqua tamen,ſcil. tranſitiua,habent itum, ut habeo debeo præbeo torreo. Excipiuntur teneo tentum, doceo doctum,cenſeo cenſum, ſed recenſeo ſuccenſeo habent itum. Item miſceo mixtum. Et quæ poſt ea ponuntur, pateo paſſum, torreo toſtum. Teneo at holde, ponitur pro intelligo, ut rem teneo. Compoſita eius mutant e in i in præſenti & in præterito, ſed in ſupino habent e, ut retineo retinui retentum, contineo continui contentum. Abſtineo,aff at holde. Terent. Non manum abſtines maſtigia. Obtineo acquiro. Suſtineo porto uel patior. Tento eſt frequentatiuum à teneo,quod ſignificat experior. Naſo, Sed quid tentare nocebit? Doceo doctrinam trado. Edoceo plane doceo. Perdoceo perfecte doceo. Dedoceo,at forlære. Male doctum neceſſe eſt dedoceri. Cenſeo ſignificat iudico uel exiſtimo. Cenſor iudex morum. Cenſura iudicium. Iuuenal. Dat ueniam coruis,uexat cenſura columbas. Recenſeo,id eſt, conſidero & recognoſco. Succenſeo iraſcor. Adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam. Miſceo,at blaude, ut miſceo aquam uino. Mixtarius dicitur uas in quo uinum aqua miſcetur. Lucil. Vrceus aut gemina longus mixtarius anſa. Admiſceo,permiſceo,commiſceo, eiuſdem fere ſignificationis cum ſuo ſimplici.

(Margin: Teneo — Doceo — Cenſeo — Miſceo)

Pauca ſupinantur præter ſex neutra ſecundæ.
Sex retinent neutra,pla no ca ua pa docq́; ſupina.
Format itum doleo noceo placeo ualeoq́;.
Pareo præbet itum,licet ac oleo taceoq́;.
Dat careo carui, caritum caſſumue ſupino.
Cum dat ui pateo paſſum, dat torreo toſtum.
Pando pati pateo paſſum fecere ſupino.

Pauca uerba neutralia ſecundæ coniugationis habent ſupina præter ſex,ſcil. Placeo noceo careo pareo ualeo doleo, quæ habent ſupina, ſed tamen, Dicit autem Alexander,quod ſunt pauca præter ſex, id eſt,non multo plura quam ſex, quia ipſe ponit hic decem neutralia, quæ habent ſupina. Nam undecimum,ſcil. torreo, eſt tranſitiuum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uum. Intelligitur tamen hæc regula de uerbis, quæ habent ui per diuiſas ſyllabas in præterito, alioqui eſſent plura excipienda, ut ardeo rideo prandeo fleo, &c. quæ utiq; ſunt neutralia, & tamen habent ſupina.

Placeo

Placeo, at behage. Perplaceo, id eſt, ualde placeo. Complaceo ſimul placeo. Diſpliceo non placeo. Terent. Quam ego nunc totus diſpliceo mihi. Seneca, Argumentum eſt recti malis diſplicere.

Noceo

Noceo ſignificat malum infero, nunquam nocui tibi.

Pareo

Pareo eſt obedire. Senec. Deo parere libertas eſt. Etiam ſignificat uideor. Vergil. Cui pecudum fibræ, cœli cui ſydera parent. Appareo, id eſt, uideor uel manifeſtus ſum. Naſo, Quæ nimis apparent retia uitat auis. Compareo idem. In Gene. Puer non comparet. Diſpareo, non pareo, non uideor. Iohannes repente diſparuit. Tranſpareo per aliquid uideor uel transluceo. Liceo non legitur, ſed tamen licet & licent in tertia perſona. Licet, id eſt, licitum eſt. Quidam dicunt liceo ſignificare id quod eſtimor, quod nuſquam legi.

Taceo

Taceo non loquor. Cato, Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere. Inde tacitus, id eſt, taciturnus, id eſt, multum tacens. Compoſita ſunt fere eiuſdem ſignificationis, & mutant a in i, obticeo reticeo ſubticeo & conticeo. Vergil. Conticuit tandem. Inde conticeſco, id eſt, taceo.

Careo

Careo non habeo. Tulli. Carere debet omni uicio, qui in alterum paratus eſt dicere. Inde caſſus, id eſt, carens uel uacuus. Verg. Nunc caſſum lumine lugent.

Pateo

Pateo ſignificat apertus ſum. Idem, Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis. Pateſco aperior. Patefacio, id eſt, aperio. Nota quod hæc tria uerba pateo patior & pando habent idem uoce ſupinum, ſcil. paſſum.

Torreo

Torreo ſignificat uro cremo, etiam ſignificat id quod aſſo. Verg. Pinguiaq; in uerubus torrebimus exta colurnis. Eſt etiam uertere & ſiccare. Torridus, id eſt, crematus aſſus uel ſiccatus. Item torris & torrens, de quibus ſupra.

De formatione præteritorũ & ſupinorũ tert. coni.

VErſibus his terna formatio fiet aperta.

De uerbis tertiæ coniugationis Alexander hunc ordinem ſeruat, ut primo ponat ea uerba, quæ habent uocales ante o finalem, deinde quæ conſonantes, & quidem ſecundum ordinem alphabeti,

neq; eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

neq; eſt hic aliqua regula generalis, ut in aliĳs coniugationibus, ſed tantum ſpeciales de ſingulis terminationibus. Ideo longius eſt hoc capitulum.

A breuis ante cio cum compoſitis facit eci.
Elicio præter, cio cætera format in exi.
Elicui dat itum, ci uel xi tranſeat in ctum.

Verba tertiæ coniugationis in cio, quæ habent a breue ante cio, habent eci in præterito perfecto cum ſuis compoſitis, ut facio feci, afficio affeci, & iacio ieci, adĳcio adieci. Alia in cio habent xi in præterito, ut aſpicio aſpexi, deſpicio deſpexi, allicio allexi, &c. Excipitur elicio, quod habet elicui. Priſcianus ait, quod allicio & pellicio habent in præterito xi uel cui, ut allexi uel allicui, pellexi uel pellicui. Varro, Deinde ubi pellicuit dulcis leuis unda ſaporis. Nota quod ſunt tantum quatuor uerba in cio, ſcilicet, facio iacio ſpecio & licio. Sed ultima duo non ſunt in uſu, niſi compoſita, ut aſpicio allicio. Facio, at giøre, ut facio uerſus, facio quod eſt officĳ. Facere capitur pro pati, ut facio damnum, facio naufragium. Capitur etiã pro eſtimo, ut parui facio, magni facio. Multi pecuniam pluris faciunt quam uirtutem. Afficio, til at legge, ut afficio te honore, id eſt, facio tibi honorem. Afficio te iniuria, id eſt, facio tibi iniuriam. Iohannes affecit me dolore, id eſt, fecit mihi dolorem. Conficio ſimul facio. Teren. Bonas hic me abſente confeciſti nuptias. Etiam ſignificat finire uel perficere. Vt Petrus negocium celerius omnium opinione confecit. Etiam eſt conſumere, ut morbus confecit me. Pater meus confectus eſt ſenio. Efficio, id eſt, perficio, uel rem ad effectum perduco. Inficio ſignificat tingo, uel coloro, uel corrumpo, ut cadauer inficit aera. Officio noceo. Seneca, Semper iudicio fauor officit. Præficio ſuperiorem facio. Rex Hermannũ præfecit equitibus. Proficio facio profectũ uel fructũ. Multo labore parum profeci. Reficio reparo uel iterum facio, ꝙ erat corruptum. Sufficio ſatis ſum. Auaro nihil ſufficit. Etiam eſt ſubdo uel ſubminiſtro, & ſic regit accuſatiuum Facio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

cum datiuo. Vergil. Suffice tela mihi. Item ſufficio eſt in alterius locum ſubſtituo. Idem, Ipſe regem paruosq; quirites ſufficiunt. Vnde ſuffectus dicitur qui in locum mortui eſt electus.

Iacio Iacio, id eſt, iacto, at kaſte, ut iacio globū. Inde iaculum quod iacitur in hoſtes. Adijcio ad aliud iacio, til at kaſte. Alter alteri adijcit pilam. Abijcio, aff at kaſte eller at forſkyde. Abijciamus opera tenebrarum. Conijcio ſimul iacio uel exiſtimo. Terentius, Annos ſexaginta natus es uel plus eo, ut conijcio. Inde coniecto frequentatiuum in eodem ſenſu. Iuuc. Haud male coniectat. Coniector qui conatur aliquid incertum interpretari. Deijcio deorſum iacio. Boet. Deiecit humi uultum. Eijcio expello. Salo. Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium. Inijcio, ind aſt kaſte. Obijcio contra iacio. Saluſt. Ea ſi tibi falſo obijcio refelle. Proijcio procul iacio. Verg. Proijce tela manu. Reijcio rurſus iacio. Terent. Reiecit ſe in eum. Etiam repello. Verg. Tityre paſcentes à flumine reijce capellas. Subijcio ſubdo. In Pſalm. Subiecit populos nobis. Etiam ſignificat ſurſum iacio. Vergil. Quantum uere nouo uiridis ſe ſubijcit alnus. Traijcio, id eſt, tranſporto. Liuius, Traiecit copias Iberum. Etiam ſignificat transfigo. Statius, Haud geminum obliqua traiecit arundine tempus. Traiectus dicitur ubi res & homines traijciuntur aqua, feryſted.

Specio Specio ſignificat uideo, ſed non eſt in uſu. Inde ſpecies & ſpecimen, id eſt, aſpectus uel ſpecies. Ver. Tale dedit ſpecimen. Item ſpecula locus altus, unde uidemus. Vnde ſpeculor ſpecularis, id eſt, conſidero. Compoſita à ſpecio ſunt, Aſpicio, til at ſee. Inſpicio, ind at ſee. Reſpicio, om kring eller til at ſee. Deſpicio deorſum uideo. Ouid. Vt uero terras deſpexit ab æthere ſummo. Etiam ſignificat id quod ſperno. Verg. O digno coniuncta uiro dum deſpicis omnes. In Salomone, Sapientiam atq; doctrinam ſtulti deſpiciunt. Deſpicio, id eſt, clare uideo. Tull. Ego quid ſperem non deſpicio. Perſpicio, id eſt, per aliquid uideo uel intelligo. Perſpicuus, id eſt, clarus qui perſpicitur. Perſpicax intelligens, qui bene perſpicit. Proſpicio prouideo. Auguſtinus. Quiſquis amas mundum bene proſpice, quo ſit eundem. Circumſpicio huc & illuc uideo. Petrarcha. I fœlix uariosq; circumſpice caſus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ce caſus. Conſpicio,id eſt, uideo. Inde conſpectus , id eſt, uiſus.Iohannes fugit conſpectum meum.Suſpicio ſurſum uideo. Ver. Aeneas ait & faſtigia ſuſpicit urbis. Etiam eſt malum de aliquo opinari. Vnde ſuſpicio, id eſt, opinio mali de aliquo, & ſuſpicor ſuſpicaris, id eſt,habeo ſuſpicionem. Dicitur etiam conſpicor aris, pro conſpicio. Terent. Cur in his te conſpicor regionibus ? Item deſpicor deſpicaris pro deſpicio. Licio, id eſt, traho. Allicio attraho. Elicio extraho. Liuius , Ad colloquium uatem elicuit. Illicio induco. Plaut. Meretrix multos illexit in diſpendium. Terent. Tu ne hic homines adoleſcentulos imperitos rerum in fraudem illicis? Pellicio,id eſt,pertraho uel perduco. Idem, Is ſenem per epiſtolam pellexit. Inde pellax dicitur callidus, & pellacia, id eſt, calliditas uel deceptio. Licio

Sí præſens tenet a, tenet hic & ubicꝫ ſupina.
A ſi compoſita mutant in i dant e ſupina.
Vt probat inficio , ſed debes demere do go.

Ponuntur duæ regulæ generales ad uerba prædicta & alia perutiles. Prima eſt, ſi uerbum habet a in præſenti, etiam habet a in ſupino , licet in præterito non habeat a , ut facio feci factum,cado cecidi caſum,ago egi actum, frango fregi fractum, fallo fefelli falſum,&c. Altera regula eſt, uerba compoſita, quæ mutant a uerbi ſimplicis in i in præſenti , habent e in ſupino, in inficio infeci infectum,conijcio conieci coniectum,&c.Excipiuntur compoſita uerborum definentium in do & in go, quæ tenent a in ſupino, ut à cado fit occido occidi occaſum. Item à uerbo ago fit exigo exegi exactum , redigo redegi redactum. Item à frango infringo infregi infractum. Excipiuntur etiam compoſita ab his uerbis ſtatuo & ſalio & ſapio, quæ licet mutant in præſenti a in i , tamen in ſupino non habent e , ſed aliter, ut inſtituo inſtitui inſtitutum,inſilio inſilui inſultum , deſipio deſipui deſipitum , &c. de quibus infra dicetur amplius loco ſuo.

Dat di ſumcꝫ dio,gio gi dat itumcꝫ ſupino. Dio, Gio.

Verbum tertiæ coniugationis in dio habet di in præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

terito & ſum in ſupino, ut fodio fodi foſſum. Et uerbum in gio habet in præterito gi & in ſupino itum, ut fugio fugi fugitum. Et non ſunt plura exempla, quam duo prædicta, quæ in præſenti corripiunt uocalem o uel u, ſed in præterito producunt eandem, quod diligenter eſt notandum in eorum compoſitis. Fodio, at graffue. Inde fouea & foſſa. Effodio vd at graffue. Ouid. Effodiuntur opes irritamenta malorum. Infodio, ind at graffue. Iohannes infodit terræ pecuniam. Confodio, at ſtinge. Iſte confoſſus eſt lancea. Perfodio, igennem at ſtinge. Transfodio idem. Fugio ſignificat cum curſu relinquo. Ver. Nos patriam fugimus. Idem. Quem fugis ah demens. Etiam ponitur abſolute pro curſim abeo. Idem, Fugit illic & ocyor Euro. Fuga eſt actus fugiendi uel curſus. Fugax, id eſt, facile fugiens. Confugio perfugio refugio, at fliÿ. Inde confugium perfugium & refugium flucht. Aufugio ab aliquo fugio, at løbe bort. Effugio, id eſt, euado, vndtløbe. Vergil. Nunquam hodie effugies. Nemo poteſt effugere mortem. Inde effugium euaſio. Nullum nobis effugium patet. Profugio procul fugio. Inde profugus, qui in longinqua loca tendit. Transfugio ad hoſtes fugio. Inde transfuga nomen, de quo ſupra.

Fodio

Fugio

Pio

Dat pio ſemper ui, ſine cepi ſiue cupiui.

Ptum facit omne pio, cupio ſapioq; remotis.

Dat ſapio ſapui ſapitum, cupioq; cupitum.

Rio

Dat reperi pario paritum partumue ſupino.

Verba deſinentia in pio habent pui in præterito, ut rapio rapui, ſapio ſapui cum compoſitis. Excipiuntur capio cepi, & cupio cupiui. Rapio & capio habent ptum in ſupino, ſcilicet, raptum & captum. Sapio autem habet ſapitum i curta, & cupio cupitum i producta. Item pario in præterito habet peperi, in ſupino partum & paritum. Nota quod ſunt tantum quatuor uſitata uerba tertiæ coniugationis in pio, ſcilicet, capio cepi captum, rapio rapui raptum, ſapio ſapui ſapitum, cupio cupiui cupitum, quod olim fuit quartæ coniugationis. Eſt autem inuſitatum uer-

tum uerbum huius coniugationis cœpio per œ diphthon-
gon, cuius præteritum eſt cœpi, teſte Priſciano, ſed de il-
lo agemus inter defectiua. Eſt igitur duplex præteritum
cepi. Vnum à capio, quod ſcribitur e ſimplici. Alterum à
cœpio, quod diphthongatur. Item ſapio legitur etiam
facere ſapui ſapitũ i producta. Capio ſignificat id quod Capio
accipio, at tahe. Vergil. Cape ſaxa manu, cape robora pa-
ſtor. Ponitur pro decipio. Tul. Ineſt aliquod probri quod
capiat ignaros. Item pro intelligo & contineo, ut quantũ
capit hæc amphora. Item pro comprehendo, ut cepi lepo-
rem. Accipio ad me capio. Martial. Accipe quamprimum
breuis eſt occaſio lucri. Ponitur pro audio, ut rem totam
paucis accipe. Excipio ex aliis capio, ut, qui dicit omnia,
nihil excipit. Etiam ponitur pro accipio. Vergil. Non ego
te uidi Damonis peſſime caprum Excipere inſidiis? Exci-
pula dicitur res in qua aliquid capitur, ut excipula piſci-
um, in qua piſces capiuntur. Decipio, at bedryge. Deci-
pula, id eſt, laqueus, uel inſtrumentum, quo decipitur
aliquis. Præcipio ſignificat iubeo, etiam ſignificat doceo.
Vnde præceptor pro doctore, & præceptum pro doctri-
na ſæpe ponitur. Item pro antecapio uel præuideo poni-
tur. Verg. Omnia præcepi atq; animo mecum ante per-
egi. Recipio rurſus capio, ut recepi librum. Ponitur pro
accipio & pro promitto. Tullius, Thermus omnia ſe fa-
cturum recepit. Rapio eſt cum impetu & uiolentia au- Rapio
fero. Vnde raptor & rapina, røuer eller roff. Item raptim
aduerbium, id eſt, ſubito & cum impetu. Arripio ad me
rapio. Abripio ab aliquo rapio. Eripio, id eſt, rapio. Se-
neca, Nihil eripit fortuna, niſi quod dedit. Etiam ſig-
nificat id quod libero uel extraho. Vergilius, Eripe me
his inuicte malis. Præripio, id eſt, ante rapio. Terentius,
Times ne illum præripiat tibi. Deripio, id eſt, detraho.
Vergilius, Vaginaq; caua fulgentem deripit enſem. Di-
ripio diuerſo modo rapio. Corripio, id eſt, arripio uel
cito rapio. Vergilius, Conſtitit hic arcumq; manu cele-
reſq; ſagittas Corripuit. Ponitur pro reprehendo. Sur-
ripio, id eſt, clam rapio, ut aliquis ſurripuit mihi librum.
Proripio procul rapio uel remoueo. Vergil. Quo nunc ſe
proripit ille, id eſt, quo currit ille? Sapio habeo ſaporem. Sapio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sapidus,id eſt, boni ſaporis. Inſipidus mali ſaporis. Accipitur etiam ſapio pro intelligo, uel ſapiens ſum. Iuue. Ille ſapit qui te ſic utitur. Deſipio, id eſt, male ſapio, uel relinquo ſapientiam. Hora. Miſce ſtultitiam conſilijs breuem, dulce eſt deſipere in loco. Reſipio, id eſt, rurſus uel iterum ſapio, unde reſipiſco, id eſt, ad ſapientiam redeo. Terent. Multo omnium nunc me fortunatiſſimum factum puto gnate, cum te intelligo reſipuiſſe.

Cupio — Cupio, id eſt, deſidero. Inde cupidus & cupido nomina nota. Percupio ualde cupio.

Pario — Pario ſignificat prolem producere, & proprie de fœminis dicitur. Etiam ſignificat id quod efficio uel acquiro. Terent. Hoc tempore obſequium amicos, ueritas odium parit. Inde partus participium, id eſt, acquiſitus uel partus. Verg. Nam mihi parta quies omniſq; in limite portus. Partus etiam eſt nomen ſubſtantiuum, de quo ſuperius. Compoſita huius uerbi ſunt quartæ coniugationis, ut ibi reperies.

Dat ſi ſumq; tio, ſed utrolibet ſſ geminando.

Verba tertiæ coniugationis deſinentia in tio habent in præterito ſi & in ſupino ſum per duplex ſſ, tam in præterito quam in ſupino, ut quatio quaſſi quaſſum, percutio percuſſi percuſſum, &c. Nota ſecundum Priſcianum eſt tantum unum uerbum huius coniugationis in tio, ut quatio, cuius compoſita ſunt excutio incutio percutio, &c.

Quatio — Quatio, id eſt, moueo, ut quatio arborem. Ponitur pro uexo. Verg. Quatit oppida bello. Inde quaſſare frequentatiuum. Concutio, id eſt, percutio uel moueo. Excutio, id eſt, expello, ut excutio ueſtibus puluerem. Incutio, ind i at ſlaa, ut Ioannes incuſſit mihi metũ. Decutio, aff atſlaa. Ver. Mellaq; decuſſit folijs. Diſcutio examino uel cõſidero, hic oc did at røſte eller ſkudde. Diſcuſſio examinatio uel iudicium, offuerleggelſe, randſagelſe eller dom. Succutio quaſi ſubtus percutio. Inde ſuccuſſor dicitur equus alte leuans pedes & equitantem lædens. Nota quod omnia hęc uerba corripiunt u mediam. Priſcianus ponit adhuc duo uerba tertiæ coniugationis in io, ſcil. inquio & meio. De inquio dicit Alexander in capitulo de defectiuis. De meio Priſcianus non ponit præteritum nec ſupinum. Secun-

dum Pho-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

um Phocam habet commodatum præteritum,ſcil. min-
i, quia ſignificat id quod mingo. Iuuena. Cuius ad effi-
iem non tantum meiere fas eſt.

emper uo dat ui, debet ſtruo cum fluo demi.
t pluo dehinc utum producit dando ſupino.
um fluxi,ſtruxi ſtructum,pluo ui dat & utum
Dat ruitum ruo ſiue rutum, nonnullaq; nullũ.

Verba deſinentia in uo habent ui in præterito, u
ciſtente uocali in præſenti & præterito, ut arguo argui,
uo acui, ſtatuo ſtatui, ſic ſternuo delibuo tribuo exuo
duo imbuo nuo annuo renuo luo ruo metuo duo
uo. Item prædicta uerba habent in ſupino utum u pro-
ucta, ſed ruo habet ruitum uel rutum u curta cum ſuis
mpoſitis,ut eruo erui erutum, diruo dirui dirutum, u
rta. Et aliqua carent ſupino, ut eluo metuo renuo an-
uo innuo. Tamen nuo uidetur habere nutum,unde nu-
s nomen & nutare frequentatiuum. Excipitur à regula
ædicta fluo fluxi fluctum, ſtruo ſtruxi ſtructum, pluo
ui plutum. Arguo ſignificat reprehendo. Etiam ſig- Arguo
ficat id quod probo uel oſtendo. Verg. Degeneres ani-
os timor arguit. Vnde argumentum dicitur probatio
l oſtenſio. Acuo, at huede. Inde acutus. Statuo, id Acuo
, pono uel ordino. Inſtituo, id eſt, impono. Etiam ſig- Statuo
ficat doceo uel inſtruo. Iuuena. Plurimum enim inter-
it, quibus artibus & quibus hunc tu Moribus inſtituas.
eſtituo depono uel relinquo, ut infortunatum deſtitu-
nt omnes. Reſtituo repono. Conſtituo, id eſt, ſtatuo uel
opono. Proſtituo ſignificat in publicum ſtatuo uel me-
tricem facio, ut iſte proſtituit uxorem ſuam. Vnde pro-
tuta uel proſtibula dicitur meretrix, & proſtibulum
panar. Nuo moueo caput, uel capite ſignifico, unde Nuo
utus eſt ſignum capite factum, uel uoluntas. Nutare fre-
uenter nuere uel moueri. Annuo aſſentior uel concedo.
bnuo nego, renuo idem ſignificat, proprie ſcribitur
no n. Sillius, Si placet haud renuo, maneant modo fœ-
era noſtra. Poteſt tamen n duplicari cauſa metri. Innuo,
l eſt, ſignifico uel ſigno capitis oſtendo. Sternuo, at Sternuo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nyſe. Vnde frequentatiuum ſternutare, quod idem ſigni-
Delibuo ficat. Delibuo ungo. Delibutus unctus, transfertur ad
Tribuo animum. Terent. Si te delibutum gaudio reddo. Tri-
Imbuo buo, id eſt, do. Imbuo ſignificat impleo uel etiam per-
fundo. Vergilius, Illius aram Sæpe tener noſtris ab
ouilibus imbuet agnus. Horatius, Quo ſemel eſt imbuta
Cluo recens ſeruabit odorem Teſta diu. Cluo, id eſt, ſplen-
deo. Prudentius, Qui patria uirtute cluis propriaq; ſed
Luo una. Luo, id eſt, ſoluo. Vergil. Poſt mihi non ſimili
pœna commiſſa luetis. Commiſſa ſignificat peccata. Ab-
luo purgo aqua. Diluo idem. Inde diluuium, de quo ſu-
pra. Eluo perluo colluo proluo omnia prædicta ſignifi-
cant idem quod lauo uel purgo. Polluo, id eſt, maculo uel
immundum facio. Vergil. Polluit ore dapes. Prædicta
tamen compoſita quædam faciunt à uerbo lauo, quod
Metuo bene quadrat ſignificationi, ſed non uoci. Metuo, id
Ruo eſt, timeo. Ruo, id eſt, cado. Teren. Quid ſi nunc cœlum
ruat? Ponitur pro curro. Verg. Quo moriture ruis, ma-
ioraq; uiribus audes. Item pro frango. Idem, Cumulusq;
ruit male pinguis arenæ. Eruo, id eſt, extraho. Irruo in-
cido uel impetum facio, ut hoſtes irruerunt in noſtrates.
Corruo cado. Diruo deſtruo. Horatius, Diruit, ædificat,
mutat quadrata rotundis. Obruo, id eſt, opprimo. Pau-
lus obruit Petrum uerbis. Iudæi beatum Stephanum ob-
ruerunt lapidibus. Iohannes obruit ſe uino. Subruo, id
eſt, euerto. In hymno, Vitemus autem peſſima, quæ ſub-
ruunt mentes uagas. Hinc participia dirutus, erutus, ob-
rutus, ſubrutus u curta. Ouid. Obrutus inſanis eſſet adul-
ter aquis. Lucanus, Oſſa tui Magni ſi nondum ſubruta
Fluo fluctu. Fluo, id eſt, curro, ſed dicitur tantum de liqui-
dis, ut aqua fluit. Affluo abundo, uel ad aliquem fluo.
Naſo, Affluit incautis deſidioſus amor. Effluo ex aliquo
fluo, ut uinum effluit. Influo in aliquid fluo. Confluo
ſimul fluo uel conuenio. Defluo deorſum fluo uel exeo,
ut capillus meus defluit. Refluo rurſus fluo. Diffluo uarie
fluo uel abundo. Tullius, Si conſiderare uolumus quæ ſit
naturæ humanæ dignitas & excellentia, facile intelligi-
mus quam ſit turpe diffluere luxuria, & delicate ac mol-
liter uiuere. Perfluo per aliquid fluo. Item à fluo fit flu-
ctuo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tuo, quod eſt moueor, uel in dubio ſum. Item fluito, id ſt, ſupernato, uel ſuper aquam fluo, ut ouum inane fluiat. Struo ſignificat paro ædificium. Verg. Quid ſtruis ut qua ſpe Lybicis teris ocia terris? Inde ſtructura, id eſt, edificium uel compoſitio. Adſtruo ad aliquid ſtruo, ut dſtruxi ſacellum templo. Etiam ſignificat probo. Amroſius, Qui fidem exigit, fidem adſtruat. Conſtruo, id ſt, compono uel ædifico. Deſtruo frango ædificium. Exruo in altum ædifico. Inſtruo paro. Vergil. Inſtruimus nenſas. Idem, Socios ſimul inſtruit armis. Obſtruo conra ſtruo uel impedio. Pluo aquam dimittto, & raro gitur niſi in tertia perſona, quia nemo dicit, Ego pluo, pluis, niſi quando Deus loquitur, uel quando tranſſuitur pro demitto. Impluo in aliquid pluo. Perpluo per liquid pluo, ut tectum perpluit. Compluo ſimul pluo. um complutus, id eſt, madefactus pluuia. Struo Pluo

o pſi ptumq; facit, ſi litera longa præibit. Bo
ætera bi faciunt, ſed de cubo nata bui dant.
t niſi pſi faciant, per itum bo cuncta ſupinant.

Verba tertiæ coniugationis in bo, ſi habent longam ocalem ante bo, habent in præterito pſi, & in ſupino tum, ut ſcribo ſcripſi ſcriptum, nubo nupſi nuptum, nec lura ſũt in uſu. Alia uerba in bo habent bi, ut bibo bibi, mbo lambi, ſcabo ſcabi, deglubo deglubi. Sed compota uerbi cubo habent bui, ut accumbo accubui, diſcumo diſcubui, &c. de quibus dictum eſt in prima coniugaone. Et omnia hæc uerba, quæ habent bi uel bui in præ rito, habent itum in ſupino, ut libitum cubitum. Taen ſcabo & lambo non habent uſitata ſupina, ut dicetur ſequenti capitulo de uerbis defectiuis. Scribo ſignicat literas formo, at ſcriffue. Inde ſcriba qui ſcribit liteis ad alterius iuſſum. Etiam ſignificat compono librum, t Moyſes ſcripſit Pentateuchum, id eſt, opus quinque brorum. Inde ſcriptor, id eſt, autor librorum. Adſcrio ad alios ſcribo, ut adſcribam te numero pigrorum. tiam ſignificat imputo, ut non adſcribo tibi quod non ciſti. Exſcribo, vd at ſcriffue, ut exſcribo Vergilium. Scribo

Tranſſcri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Tranſcribo idem. Præſcribo conſtituo. Tullius, An ille
mihi liber uidetur cui mulier imperat, cui leges imponit,
& præſcribit? Proſcibo ſignificat eijcio de ciuitate. Macro.
Non facile eſt in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.
Etiam ſignificat uenale expono. Inſcribo, ind at ſcriffue.
Subſcribo ſub alijs ſcribo uel adſcribo. Horat. I puer atq;
meo citus hæc ſubſcribe libello. Etiam ſignificat conſen-
tio. Circumſcribo decipio. Nubo ſignificat tradi uiro,
Nubo & regit datiuum. Ouidius, Si qua uoles apte nubere, nube
pari. Quandoq; ſed improprie de uiro legitur. Idem, Ti-
bi nubere uirgo uolentis, Votis ne cede Dei. Apud uete-
res ponebatur tranſitiue & actiue. Vnde legimus in Eu-
angelio paſſiuum eius. In futuro ſeculo neq; nubent neq;
nubentur, ſed erunt, &c. Vnde participia nuptus nupta
& innupta, id eſt, non nupta. Nubo etiam ſignificat tego,
& obnubo obtego. Verg. Arſuraſq; comas obnubit ami-
Bibo ctu. Nubilis, id eſt, apta nubere. Bibo, id eſt, poto & cor-
ripit in præſenti & præterito. Naſo, Sæpe bibi ſuccos
quamuis inuitus amaros. Adbibo adpoto. Adbibo tibi,
Ebibo vd at dricke. Præbibo ante bibo, ut præbibo tibi.
Tull. Simul admoneto quod ei præbiberim. Imbibo in
me recipio, ut arena imbibit aquam. Nam bibo cum
compoſitis non ſolum dicitur de potu, ſed de quocunq;
humore, nec ſolum de animali. Vergil. Bibit haſta cruo-
rem. Vnde papyrus dicitur bibula, quæ atramentum
ſorbet. Horatius, Nunc adbibe puro Pectore uerba puer,
Scabo nunc te melioribus offer. Scabo, id eſt, frico. Lucil. Sca-
ber at ut porcus contritis arbore coſtis. Lambo infra di-
cetur. Compoſita à cubo dicta ſunt in prima coniuga-
Deglubere tione. Deglubere, id eſt, decoriare, ut ſupra.

Co Si co preueniat uocalis longa facit xi.

Verba quæ habent longam uocalem ante co, habent
in præterito xi, ut dico dixi, duco duxi, nec ſunt plura.
Dico, id eſt, loquor. Etiam ſignificat nomino. Verg. Eſt
Dico locus Heſperiam Graij cognomine dicunt. Graij, id eſt,
Græci. Addico, id eſt, adiudico. Iudex addixit mihi do-
mum. Condico ſimul dico uel conſtituo. Iohannes & Pe-
trus condixerunt ſibi locum, quo conueniant. Edico, id
eſt, iu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſt,iubeo. Vergil. Sociȷs tunc arma capeſſant, Edico. Inde
dictum,id eſt, mandatum. Indico denuncio. Princeps
noſter indixit bellum duci. Interdico prohibeo, & iun-
gitur datiuo & ablatiuo,ut interdico tibi domo mea.Pręd- Duco
ico ante dico. Duco,at lede. Etiam ſignificat exiſtimo.
Tull. Nec fas eſſe ducebam. Adduco, til at lede, eller til at
raffue,ut nullis rationibus adduci poſſum,ut id credam.
Abduco, fra at lede. Conduco, at leye, ut conduxi domũ
uel famulum. Etiam ſignificat utilis ſum. Sapiens, Neſcit
homo quid ſibi conducat. Diduco, id eſt, diuido uel in
diuerſum duco. Quintil. Cum peregrinatio mea nos di-
duceret. Obduco, id eſt, circundo uel tego. Nubes ob-
duxerunt cœlum. Seduco,id eſt, ſeorſum duco. Verg. Et
cum frigida mors anima ſeduxerit artus. Etiam ſignifi-
cat at forleyde. Subduco,id eſt,clam tollo. Mart.Subduxit
Pappas quatuor Hermogenes. Etiam eſt leuare.Vergil.
Qua ſe ſubducere colles Incipiunt. Vnde ſubducere naues
in terram trahere & leuare naues. Idem,Vrbem,quam
ſtatuo ueſtra eſt, ſubducite naues. Deducere eſt in uiam
uel domum ducere, ut deduxi ſocium meum̃.Traducere,
fuer at føre, à trans & duco.

at uinco uici,ſed ico ſibi poſtulat ici.
reſco creui, paſco paui, noſcoq́; noui.
onquexi,didici, compeſcuit atq́; popoſci.
ceptiua carent tibi præteritisq́; ſupinis.
dditur his gliſco, dic parſi ſiue peperci.

Vinco habet in præterito uici, ico ici. Item creſco
creui,paſco paui, noſco noui,conquiniſco cõquexi, diſco
didici,compeſco compeſcui, poſco popoſci. Inchoatiua
carent præteritis & ſupinis, ut caleſco frigeſco, &c. de
quibus in ultimo capite. Ita gliſco caret præterito & ſu-
pino. Parco habet parſi & peperci. Vinco, offuer at Vinco
uinde. Tulli. Facile eſt uincere non repugnantes. Con-
uinco deuinco euinco idem ſignificant. Ico, id eſt, per- Ico
cutio, ſed raro legitur. Ictus nomen dicitur percuſsio.
Ictus participium,id eſt, percuſſus. Iuuen. Duceris planta
uelut ictus ab Hercule Cacus. Creſco, at uoxe eller at Creſco
formeris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

formeris. Iuuen. Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Accreſſo, til at voxe. Concreſco, til ſamen at voxe. Lac antiquum concreſcit. Sanguis concretus, løffuer blod. Decreſco, id eſt, minor fio, ut pecunia uel aqua decreſcit. Martial. Decreuere greges dum cadit agna frequens. Increſco ualde creſco. Succreſco, ſurſum uel latenter creſco.

Paſco Paſco, id eſt, eſcam do, ut paſce oues meas. Paſtus, id eſt, cibus, unde paſtillus quidam cibus, paſtey.

Noſco Noſco, at kende. Noſce teipſum. Agnoſco, cognoſco, dinoſco, ſignificant fere idem quod noſco. Ignoſco, id eſt, dimitto, at forlade. Terent. Pater obſecro, ut mihi ignoſcas. Quandoq; ſignificat non noſco, unde ignotus, non notus.

Conquiniſco Conquiniſco, caput inclino uel moueo.

Diſco Diſco capio doctrinam. Dediſco, at forglemme. Plaut. Haud æquum facit, qui quod didicit, id dediſcit. Prauam doctrinam dediſcere oportet. Ediſco, memoriter diſco, ut Ediſce hæc carmina.

Compeſco Compeſco, id eſt, contineo uel domo. Iuuenal. Digito compeſce labellum. Lucan. Oceani tumidas remo compeſcuit undas. Inuenitur etiam diſpeſco, quòd ſignificat ſeparo. Plin. Nilus Aphricam ab Aegypto diſpeſcit.

Poſco Poſco, id eſt, peto. Verg. Tu modo poſce Deos ueniam. Repoſco, id eſt, repeto. Depoſco, id eſt, ualde peto.

Gliſco Gliſco ſignificat creſco. Vergilius, Haud ſecus accenſo gliſcit uiolentia Turno. Sillius, Et gliſcunt aduerſa metu. Accipitur pro cupio.

Parco Parco, at ſpaare, ut parce pecuniam filijs tuis. Capitur pro abſtinere. Fabius, Parce iuuenis maledictis, parce conuiuijs. Parcus, qui parcit rebus ſuis.

Xi uel ci dat ctum, ui tum facit, excipiaſq;
Ag uel cognoſco dat itum, dat paſcoq; paſtum.
Dant in itum diſco compeſco poſco ſupinum.
Parco facit parſum, conquexi tolle ſupinum.

Verba in co habentia xi uel ci in præterito habent ctum in ſupino, ut dico dixi dictum, duco duxi ductum, uinco uici uictum, ico ici ictum. Item quæ habent in præterito ui, mutant ui in tum, ut creſco creui cretum, noſco noui notum, ignoſo ignoui ignotum, ſed paſco facit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ıcit paſtum, agnoſco agnitum, cognoſco cognitum.
Iota tamen quod noſco habet duplex ſupinum, ſcilicet,
otum & noſcitum, unde fit participium noſciturus, &
requentatiuum noſcito. Item ignoſco ignotum & igno-
citum, unde ignoſciturus participium fit, teſte Priſcia-
o, licet eodem teſte legatur etiam noturus & ignoturus.
ſota etiam quod uinco & uiuo habent idem ſupinum,
ilicet uictum, & à uinco fit uictus participium, ſed à ui-
o uictus nomen. Item diſco poſco compeſco & diſpeſco
abent itum in ſupinis, quæ tamen ſupina raro legun-
r. Item gliſco & conquiniſco carent ſupinis, & parco
abet parſum.

ſi do uertit, ſi per ſe longa præibit Do
nte do uocalis, uel diphthongo præeunte.
cipias cudi ſtridi ceſſiq; cecidi.
ullum ſido gerit, ſed format pedo pepedi.
ulla ſupina creans, fiſus ſum fidere format.

Verba tertiæ coniugationis in do, ſi habent natura-
er longam uocalem uel diphthongon ante do, habent
n præterito, ut rado raſi, uado uaſi, lædo læſi, rodo
ſi, plodo ploſi, ludo luſi, trudo truſi, claudo clauſi, plau-
plauſi. Excipiuntur ſex, ſcil. cudo cudi, ſtrido ſtridi, ce-
ceſſi, cædo cæcidi media longa, pedo pepedi, quod ca-
ſupino, ſido autem caret præterito, ſed commodat à
eo ſecundum Priſcianum. Excipitur etiam fido quod
bet fiſus ſum, quia eſt neutropaſſiuum. Radere eſt Rado
tello uel alia re acuta decerpere, at raage, ut rado bar-
n, rado ollam. Iuuenalis, Radit inaurati fœmur Her-
is, aut faciem ipſam. Per metaphoram etiam aqua di-
ır radere terram, & auis aerem. Vergilius de columba
luens, Radit iter liquidum celeres neq; commouet alas.
rado, aff at raage. Erado, vd at raage. Corrado colli-
Terentius, Minas decem corradat alicunde. Vado, Vado
ſt, eo, ut, quo uadis. Euado exeo uel tranſeo, at vnt-
. Nemo poteſt euadere manus Dei. Vergilius, Iuuat
iſſe tot urbes. Accipitur pro eo uel tendo. Terentius,
am timeo quorſum euadas. Dicitur etiam, Iohannes
euaſit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

euaſit uir doctus, uel euadet in doctum uirum, id eſt, fiet
doctus uir. Inuado, id eſt, ineo. Verg. Tuq́; inuade uiam.
Lædo Idem, Inuadunt urbem ſomno uinoq́; ſepultam. Lædo
facio dolorem uel malum. Ego te nec opere nec uerbo
læſi. Compoſita mutant e in i longam. Allido ad aliquid
lædo, ut alliſi caput parieti uel ad parietem. Collido ſimul
lædo uel occido. Elido idem ſignificat. Verg. Geminosq́;
premens eliſerit angues. Illido impellendo lædo uel intru-
do, ut uentus illiſit nauem ſcopulo, uel in ſcopulum. Il-
lędo non dicitur, ſed tantum illæſus quaſi non læſus.
Rodo Rodo ſignificat mordendo comedo, ut mus rodit caſe-
um, caper rodit arborem. Accipitur pro detraho. Horat.
Abſentem qui rodit amicum. Corrodo contero. Erodo
Plodo dentibus effodio. Panis eſt à muribus eroſus. Plodo eſt
idem quod plaudo, ſcil. percutio manus. Explodo percu-
tiendo manus aliquem expello. Complodo unum ad al-
terum concutio. In libro Iudicum, Cœperunt complo-
Ludo dere inter ſe lagenas. Ludere ſignificat exercere ludum,
Horati. Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis.
Ponitur pro iocari. Plini. Ludere me putas, ſerio peto.
Serio ſignificat ſine ioco. Accipitur etiam pro deridere, &
ſic habet accuſatiuum. Vergil. Multa mala ſimulans uana
ſpe luſit amantem. Alludo, ad aliquem ludo uel blandior,
ut canis alluſit domino ſuo. Colludo cum alio ludo. Li-
cet ne mihi colludere uobis. Eludo & deludo, id eſt, deri-
deo, quæ uolunt accuſatiuos. Illudo, id eſt, deludo, ſed
iungitur indifferenter nunc accuſatiuo nunc datiuo. Ver.
Certant illudere capto. Præludo anteludo. Statius, Ma-
gnusq́; tibi præludat Achilles. Inde præludium quod eſt
Trudo principium ludi. Trudere eſt manibus impellere, unde
dicitur mola truſatilis quæ manibus uerſatur. Extrudo
ui expello. Iohannes extruſit me domo. Intrudo ui indu-
co. Detrudo depello. Verg. Detrudunt naues ſcopulo, id
Cudo eſt, trudunt de ſcopulo. Cudo perçutio ferrum, at ſme-
de. Excudo, cudendo facio. Vergil. Excudent alij ſpiran-
tia mollius æra. Etiam ſignificat excutio. Diomedes, Ca-
riſius & Phocas antiqui Grammatici ſcripſerunt cudo fa-
cere cuſi in præterito. Sed Priſciano magis placet cudi.
Strido Strido idem eſt quod ſtrideo. Cedo ceſſi ſignificat abeo
Cedo & locum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

& locum do. Quintil. Vbi neceſſe eſt uinci, expedit cede-
re. Naſo, Cede repugnanti, cedendo uictor abibis. Etiam
ſignificat in partem uenio. Ouid. Ceſſerunt nitidis habi-
tandæ piſcibus undæ. Abſcedo, diſcedo, recedo, decedo
idem ſignificant, ſcil. abire. Accedo, adeo. Excedo exeo, &
ſic iungitur ablatiuo. Verg. Omnibus idem animus ſcele-
rata excedere terra. Etiam ſignificat ſupero, & tunc iun-
gitur accuſatiuo, ut excedo Creſum diuitijs. Incedo am-
bulo. Concedo permitto uel do. Succedo ſequor uel in lo-
cum alterius uenio, ut Chriſtianus Rex ſucceſſit Frideri-
co Regi. Inde ſucceſſor, ut Linus fuit ſucceſſor Petri. Etiã
ſuccedo ſignificat id quod intro. Verg. Noſtris ſuccede pe-
natibus hoſpes. Item eſt procedo uel euenio, ut res bene
ſuccedit. Secedo ſeorſum eo. Inde ſeceſſus, id eſt, ſecretus
ocus. Cædo cæcidi cæſum ſignificat percutio, & regit Cædo
ccuſatiuum, & ſcribitur per diphthongum, ſed non in
ræterito. Eſt etiam id quod amputo, ut in Euangelio,
lij cædebant ramos de arboribus. Vnde cæduus a um,
d eſt, cædi ſolitus, ut cædua ſylua. Item ſignificat occido.
erg. Cæduntur uigiles. Inde cædes occiſio. Huius uerbi
ompoſita mutant e in i longum, ut occido, id eſt, neco.
xcido, ex aliquo cædo, ut excidit columnas ſeptem. De-
ido amputo, unde deciſio. Concido ſimul cædo. Incido
eco. Verg. Atq; mala uites incidere falce nouellas. Præci-
o amputo, uel ante alia cædo. Recido ſeco uel amputo.
ircuncido, om kring at beſkere. Nummus eſt circunci-
us. Sido ſignificat deſcendo, at ſencke, eller vnder at Sido
aa, ut lapis immiſſus aquæ ſidit. Ponitur pro ſedeo.
ergilius de auibus, Sedibus optatis gemina ſuper arbo-
e ſidunt, nam qui ſidere uult, deſcendit. Conſido & ſub-
do idem ſignificant. Idem, Vultis & his mecum pariter
onſidere regnis. Pedere eſt crepitum uentris facere. Pedo
ppedere pro contradicere ponit Horatius. Pedor no-
en, id eſt, fetor. Claudo at beſlutte. Compoſita per- Claudo
unt a, ut excludo, includo concludo, quæ nota ſunt. Re-
udo, id eſt, aperio, quod erat clauſum. Secludo ſeorſum
audo uel excludo. Plaudo, id eſt, motum facio præ Plaudo
ticia. Vergil. Pars pedibus plaudunt. Applaudo, ad ali-
uem plaudo, canis applaudit hero.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

A do compoſita formabunt di geminata.
His iunges prendo, ſed prendi rectius optat.

Compoſita uerbi do, quæ ſunt tertiæ coniugationis, habent didi in præterito, ut addo addidi, reddo reddidi, credo credidi, &c. Simile præteritum habet prendo, ſcil. prendidi, licet legatur etiam prendi, quod eſt magis autenticum. Abdo ſignificat aufero uel abſcondo. Prude. Abde caput triſti iam frigida peſtis abyſſo. Addo ad aliud do. Condo facio. Vergil. Multa quoq; & bello paſſus dum conderet urbem. Etiam ſignificat congrego uel in unum do, Plin. Formicæ condunt æſtate fructus quibus hyeme fruantur. Eſt etiam abſcondo uel occulto, & pro illo ſenſu deſcendunt ab eo recondo & abſcondo, quæ idem ſignificant, etiam eſt ſepelire. Vnde conditorium pro ſepulchro. Dedo in poteſtatem do. Terent. Tibi pater me dedo, quiduis oneris impone ac impera. Deditus ludo qui multum ludit, deditus uxori qui ſeruit uxori. Edo extra do uel emitto. Vnde edere librum eſt publicare & ad legendum dare. Mart. Cum tua non edas carpis mea carmina Leli. Carpere uel noli noſtra, uel ede tua. Etiam ſignificat manifeſto. Naſo, Ede tuum nomen. Item ſignificat pario. Iuuenal. Si mulier uitulum, uel ſi bos ederet agnum. Indo ind at legge, ut inde pulti butyrum. Obdo oppono uel contra do. Terent. Peſſulum oſtio obde. Significat etiam claudo. Naſo, Pace fores abdo ne quis diſcedere poſsit. Perdo amitto. Iuuen. Stultum eſt poſt omnia perdere naulum. Etiam eſt occido. Terent. Dij te perdant. Prædo præ alijs & plus alijs do. Inde præditus plus alijs datus, ut uirtute præditus, nequitia præditus.. Prodo, at forrade. Etiam ſignificat manifeſtare. Vergil. Tectusq; recuſat prodere uoce ſua quenquam. Item ſignificat ſcribere. Plinius, Cum hæc proderem. Item ſignificat prorogare, id eſt, longe dare uel extendere. Tradere quaſi trans dare, at antuorde. Etiam eſt docere. In Epiſtola Pauli, Accepi à Domino quod & tradidi uobis. Etiam ſignificat at offuerleffueren, ut Iudas tradidit Chriſtum Iudæis. Prendo ſignificat capio. In Euangelio, Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc. Habet etiam prendi

(Marginal notes: Abdo; Trado; Prendo)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

rendi in præterito. Verg. Quam prendimus arcem. Eti-
am dicitur pro eodem ſignificato prehendo, unde ſunt
ompoſita apprehendo, id eſt, attingo uel capio, ut Iudæi
pprehenderunt Ieſum. Comprehendo idem eſt quod
eprehendo, id eſt, redarguo. Legitur quoq; compren-
do, ſed fere in uerſibus.

indo ſidi dat, ſcindo ſcidi, dat fundere fudi.
Dat tundo tutudi, cecidi cado, ſed rudo
udi.

Findo habet in præterito fidi, ſcindo ſcidi, fundo
udi, tundo tutudi, cuius compoſita u breuiant in præte-
ito, ut contundo contudi, retundo retudi. Ouid. Contu-
it ingenium patientia longa laborum. Item cado habet
cidi, & rudo rudi. Item ſcindo & findo breuiant in præ-
ritis, quod etiam faciunt compoſita. Vergil. Diffidit ac
ulta porrectum extendit arena. Ouid. Nam cœlo ter-
is & terris abſcidit undas. Sed fundo cum compoſitis pro
cit u in præterito, ut effudi confudi. Findo ſignifi- Findo
t diſſeco, at flecke. Diffindo idem. Horat. Diffidit ur-
ium portas uir Macedo. Scindo, at ſkere. Conſcindo Scindo
l at ſkere. Abſcindo, aff at ſkere. Excindo, deſtruo. Vn-
e excidium, deſtructio. Reſcindo iterum ſcindo, uel
on ſeruo. Fundo, vd at øſſe, ut fundo aquam, fundo Fundo
llam. Fuſile dicitur quod ex aliquo metallo fuſum eſt,
t ſtatua fuſilis, ſtøbt belede, &c. Fuſor qui fundit uaſa
rea, & ſimilia. Etiam ſignificat præbeo. Vergilius, Ipſa
bi blandos fundent cunabula flores. Item ſignificat pro-
erno. Saluſtius, Maximas hoſtium copias populus Ro-
anus parua ſæpe manu fudit. Confundo, ſimul fundo
el conturbo, ſkenden. Diffundo, uario modo uel in di-
erſa loca fundo. Offundo, contra fundo. Profundo, ni-
is expono. Iſte profundit pecuniam, id eſt, male conſu-
it. Inde profuſus qui profundit ſua. Refundo, reddo.
eus nobis refundat. Tundo, percutio, ut rea pectora Tundo
indamus. Contundo ſimul tundo. Extundo excutio uel
uenio. Vergil. Vt uarias uſus meditando extunderet
tes. Obtundo contra tundo uel hebeto, unde obtuſus

etiam ſignificat nimijs uerbis moleſto. Terent. Ne me de hac re obtundas ſæpius. Pertundo perforo. Iuuen. O medici mediam pertundite uenam. Saccus pertuſus qui habet foramen, ut Saccus Monachorum eſt pertuſus. Retundo reprimo.

Cado Cado, at falle. Cecidit in foueam. Ponitur pro mori. Vergil. Sed cadat ante diem. Cadiuus & caducus, id eſt, cadens. Omnia à cado compoſita mutant a in i breue, quod etiam ſeruant in præterito. Accido euenio. Quid accidit noui? Concido, ſimul cado. Decido, de aliquo cado. Iohannes decidit equo. Excido, ex aliquo cado. Nummus excidit mihi de manu. Illud non excidat animo tuo, id eſt, non obliuiſcaris illud. Incido, ind at falle. Incidit in foueam, hoc incidit menti meæ. Occido, deſcendo, ut ſol occidit. Etiam eſt mori. In epitaphio Tullij, Occidit indigne manibus laceratus iniquis Tullius, ac tumulo ſubditus exiguo. Procido ante aliquem cado. Recido iterum cado. Item compoſita à cado & cædo ſcribuntur ſimiliter, ſed non proferuntur æqualiter, quia à cado compoſita corripiunt i, à cædo producunt i. Item compoſita à cædo ſunt tranſitiua petentia accuſatiuum, ſed à cado compoſita ſunt abſoluta.

Rudo Rudere eſt grauiter ſonare, & proprie eſt aſinorum. Naſo, Intempeſtiuo cum rudit ille ſono. Perſius, Finditur, Arcadiæ pecuaria rudere credas. Et nota quod prima huius uerbi ſyllaba proprie corripitur, ſed Perſius utitur metaplaſmo, quæ uocatur ectaſis, quia breuis ſyllaba producitur. Vergilius etiam dixit leones rudentes.

Nil aliud mutans præbet per cætera di do.
Diuido diuiſi demas, & quæ geminantur.
Tendo tetendi, pendo pependi, dat quoq; pēdi.

Omnia alia uerba in do, de quibus non eſt prædictum, mutant do in di in præterito, ut mando mandi, ſcando ſcandi, pando pandi. Item accendo incendo defendo offendo comprehendo, &c. Excipitur diuido diuiſi. Item tendo tetendi, pendo pependi uel pendi. Priſcianus tantum dicit pependi.

Mando Mandere ſignificat comedere, unde mandibula, id eſt, maxilla, ſcil. os capitis, in quo ſunt

dentes,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

dentes. Pando ſignificat aperio. Verg. Vrbem alij reſe- Pando
rare iubent & pandere portas. Ponitur pro manifeſtare. Expandere extendere. Pandus apertus & extenſus. Repandus idem ſignificant. Scando op at fare eller at klimme, Scando
inde ſcala qua ſcanditur. Aſcendo deſcendo nota ſunt. Conſcendo ſimul ſcando. Inſcendo, ind at klimme. Accendo, op at tende. Accende lumen ſenſibus. Incendo & ſuccendo idem ſignificant. Incendium, id eſt, inflammatio. Et prædicta uerba formantur à candeo. Defendo pro- Defendo
tego. Offendo lædo uel oppugno, uel iratum facio. Eti- Offendo
am ſignificat inuenio. Terent. Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus. Diuido, at deele. Diuiduus diuiſibi- Diuido
lis. Indiuiduus indiuiſibilis. Tendo, vd at reck eller at Tendo
ſpende. Verg. Tendunt uela noti, id eſt, uenti. In Pſalm. Arcum ſuum tetendit & parauit illum. Etiam ſignificat proficiſci. Verg. Quo tenditis, unde uenitis? Attendo conſidero. Contendo, id eſt, certo, quocunq; modo auſim contendere. Etiam ſignificat diligenter peto uel exigo. Etiam ſignificat ualde tendo. Vergil. Contendo tenacia uincla. Diſtendo, id eſt, extendo uel repleo. Idem, Et dulci diſtendunt nectare cellas. Intendo, id eſt, attendo. Etiam ſignificat ualde tendo. Verg. Intendunt acres arcus. Item ſignificat augeo, quia quod tenditur augetur. Obtendo, contra tendo uel contra dico. Prætendo, ante tendo uel oſtendo. Verg. Paciferæq; manu ramum prætendit oliuæ. Portendo antetendo uel præſignifico. Cometa portendit cladem aliquam. Vnde portentum, id eſt monſtrum, uel quod portendit aliquid. Pendo, at hange. ut pendo fu- Pendo
rem, pendo togam. Etiam ſignificat pondero, & ponitur pro æſtimo, ut paruipendo, nihilipendo. Item ſignificat ſoluo. Verg. Ipſi ſacrilego pendetis ſanguine pœnas. Hinc penſio. Appendo til at hange. Expendo expono. Expenſa, id eſt, expoſitio uel ſumptus. Etiam expendo ſignificat æſtimare. Iuuenalis, Expende Hannibalem. Item ſoluere. Verg. Et tantas uoluiſti expendere pœnas. Impendo, id eſt, do, ut Petrus impendit mihi multa bona. Impenſa uel impendium dicitur ſumptus. Iſte parcit impenſis. Reddes mihi impendium. Perpendo conſidero uel examino. Perpendiculum eſt inſtrumentum ædificantium, quo per-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

penditur altitudo uel æqualilas rei. Rependo, id eſt, reddo. Verg. Si uera feram ſi magna rependam. Suſpendo ſurſum uel in alto pendo. Suſpenſus quandoq; dicitur incertus uel dubius animo. Vergil. Dicam equidem nec te ſuſpenſum nate tenebo.

Do ſum præbet in his, exceptis a dare natis.
Iſta ſupinantur per itum quotiens geminantur.
Abſcondo dat itum geminans di, non geminans ſum.
Pango paſſum, ſcindo ſciſſum, findoq; fiſſum.

Prædicta uerba in do deſinentia ſupina faciunt in ſum, ut rado raſum, lædo læſum, ludo luſum, cudo cuſum, cedo ceſſi ceſſum, cædo cæcidi cæſum, cado caſum, mando manſum, ſcando ſcanſum, defendo defenſum, pendo penſum. Excipiuntur à do compoſita, quæ faciunt itum, ut credo creditum, uendo uenditum. Abſcondo quod fit ab abs & condo, duplex habet ſupinum, ſicut & præteritum, ſcilicet abſcondidi abſconditum & abſcondi abſconſum. Nuſquam tamen legi abſcondidi, ſed abſcondi perſæpe. Item pando & ſcindo & findo duplicant ſſ in ſupino, ut paſſum fiſſum ſciſſum. Inde participium paſſus. Verg. Paſſis de littore palmis, unde expaſſus, quamuis abuſus dicat expanſus. Item à fiſſus formatur fiſſilis, id eſt, fiſſus uel ſectus. Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum. Item alij ſcripſerunt, quod omnia compoſita uerbi cado carent ſupino, præter occido, quod habet occaſum. Sed nullius Grammatici autoritate confirmari poteſt. Omnia igitur compoſita à cado habent caſum in ſupino, licet non ſint in frequenti uſu, ut decido decaſum, recido recaſum. Vnde fit participium recaſurus. Tul. ad Atticum, Id ego puto ad nihil recaſurum. Item ſido ſtrido pedo & rudo carent ſupinis.

Dat tendo tenſum, tum quædam compoſitorū.
Edi donat edo, ſum donans ſtumq; ſupino.
Hæc ſua compoſita cogunt geminare ſupina.
Ambedo namq; dat ambeſum, comedoq; comeſtum.

Tendo habet tenſum & tentum, ſed ad differentiam uerbi teneo magis in uſu eſt tenſum. Compoſita uero ſæpius habent tum, ut attentum intentum, &c. teſte Priſciano. Edo uerbum anomalum habens edi in præterito, habet duplex ſupinum, ſcil. eſum & eſtum, quod probant ɛius compoſita, quorum aliqua habent ſum, ut ambedo ımbeſum, peredo pereſum. Aliqua habent ſtum, ut comedo comeſtum, quod tamen etiam habet comeſum, unde comeſus. Iuuenal. Et cito capturus de nobilitate comeſa. Nota quod eſt duplex edo, unum compoſitum à do, quod producit e, habet edidi editum, ut prædictum eſt. Alte-ᴦum eſt edo ſimplex & Græcum uerbum corripiens e in præſenti, ſed in præterito producit e, & habet edi eſum, quia eſtum non legitur, niſi in uno compoſito comedo. Eſt etiam anomalũm, quia coniugatur irregulariter edo s eſt, &c. ut habetur in ſequenti capitulo. Edo ſignificat, t æde. Adedo, id eſt rodo. Verg. Nam ſæpe fauos ignos adedit ſtellio. Ambedo circumrodo, ab am, quod eſt ircum, & edo, unde ambeſus participium, id eſt, circunſus. Vergil. Ambeſas ſubigat malis abſumere menſas. xedo, vd at æde, unde dicitur exeſus mons. Peredo totũ do, peredi lardum, caſeus eſt pereſus. Semedo, id eſt, meɪum edo. Inde ſemeſus quaſi ſemieſus. Obedo, id eſt, cirumedo. Obeſus, id eſt, corroſus uel pinguis. Plini. Aſſiua ſatietate obeſus. Nota quod omnia prædicta uerba orripiunt e in præſenti, ſed in præterito & ſupino prolucunt eam. Item ab edo fit edax, id eſt, uorax, & eduliım, id eſt, cibus, & inedia, id eſt, fames. Item eſitare freuentatiuum uerbum. Edo

Si facit r go, niſi ſint a rego nata, ſed in xi Go
Cætera ſunt, pun pan le ran, ſed demis & a fran.
Hæc cum compoſitis dant gi, tribus a lego dem
ɔtis.
Hæc intelligo diligo negligo, quæ faciunt xi.

Verba quæ habent r ante go, habent ſi in præterito, ut pargo ſparſi, mergo merſi, tergo terſi, uergo uerſi. Excipiuntur quæ fiunt à uerbo rego, ut pergo perrexi, ſurgo ſurrexi. Alia uerba in go faciunt præteritum in xi,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ut ango anxi,plango planxi,tego texi, affligo afflixi,confligo conflixi,ungo unxi, iungo iunxi, ringo rinxi. Excipiuntur ſex, ſcil. pungo pango lego tango ago frango, quæ cum ſuis compoſitis habent gi in præterito , ut lego legi,colligo collegi. Sed tria ſunt à lego compoſita , quæ habent xi, ſcil. intelligo,negligo, diligo. Nota quod hæc regula de uerbis in go,intelligitur etiam de uerbis in guo deſinentibus,unde diſtinguo, reſtinguo,extinguo habent xi in præterito per hanc regulam(Sed in xi cætera ſunt),

Spargo Spargo ſignificat late proiicio. Vergil. Sparge marite nuces. Aſpergo ad aliquem ſpargo. Chriſtus aſperſit omnes in ſe credentes ſuo ſanguine. Diſpergo, diſtribuo, ut ibi, Diſperſit dedit pauperibus.

Mergo Mergo, id eſt, aqua immitto, unde frequentatiuum merſo.Vergil. Balantumq́; gregem fluuio merſare ſalubri. Demergo deorſum mergo. Emergo , ud at komme. Tandem emergit ueritas. Item ſignificat exurgo uel in altum uenio. Iuuena. Haud facile emergunt quorum uirtutibus obſtat Res anguſta domi, Summergo uel ſubmergo,vnder at ſencke.

Tergo Tergo mundo.Detergo,extergo idem.

Vergo Vergo ſignificat tendo.Tul. Perſpice quo iſta uergant,mihiq́; reſcribe. Plin. Ethiopia ad occidentem uergit.

Pergo Pergo ſignificat procedo in quacunq́; re habenda. Verg. Pergite Pierides. Terent. Si pergis abiero , id eſt, ſi non ceſſas talia dicere.

Affligo Affligo percutio uel moleſto. In Leuitico , Nolite affligere contribules ueſtros. Confligo,id eſt, pugno , uel cum alio percutio. Infligo incutio, Paulus inflixit mihi uulnus. Et hæc tria producunt i, & fiunt ab inuſitato uerbo fligo.

Ringo Ringo eſt contrahere nares & iraſci uel os aperire. Vnde rictus, id eſt, contractio narium uel oris uel roſtri. Dicitur etiam ringor deponentaliter.

Legere Legere, at læſe,ut legi literas tuas. Etiam eſt colligere. Vergil. Qui legitis flores & humi naſcentia fraga. Item ſignificat præterire nauigio. Idem, Littoraq́; Epiri legimus. Etiam eligere. Idem , Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala. Quandoq́; eſt ſurripere uel furari. Vnde ſacrilegus,id eſt, qui ſacra furatus eſt. Deligo,id eſt,eligo. Tull. Deligere oportet quem uelis diligere. Delectus,id eſt, electio, Seligo,id eſt,ſeorſum lego uel eligo uel ſeparo. Negligo , non curo.Tull. Ne-

gligere

gligere quid de ſe quisq; ſentiat, non ſolum arrogantis
eſt, ſed etiam omnino diſſoluti. Negligens non diligens.
Perlego ſignificat totum lego. Lactantius, Si quis legerit
perlegat. Alia ſunt nota. Et attende quod aliqua compo-
ſita à lego mutant in præſenti e in i, ſed tamen in præ-
terito habent e, alia retinent e breue in præſenti, produ-
ctum in præterito.

Præteritum triplicat & ſenſum, pango paciſci
Dat pepigi, panxi dat cantus, iungere pegi.
Tango facit tetigi, ſed ago uel frango dat egi.
Præterito duplici duo ſignificans ſtimulando.
Pungo facit pupugi, punxi punctos numerãdo.
Degi dego dabit, quod dat rego xi ſociabit.

Hic declarat apertius præterita quorundam uerbo-
um, de quibus erat dictum. Pango inquit Alexander ha-
et triplex præteritum, ſecundum triplex ſignificatum,
am cum ſignificat id quod paciſcor facit pepigi, cum ſi-
nificat canere facit panxi, & cum ſignificat iungere facit
egi. Tango autem facit tetigi, ago egi, frango fregi.
tem pungo cum ſignificat ſtimulare habet pupugi, cum
uero ſignificat numerare punctos, habet punxi. Item de-
go habet degi, rego cum compoſitis xi. Sed iſte uerſus eſt
uperfluus, quia dego eſt compoſitum ab ago, porro re-
go continetur in ea regula, (Sed in xi Cætera ſunt.)
Pango proprie ſignificat pono. Colum. Nos uicena mil- Pango
ia malleolorum per uineæ iugerum inter ordines pan-
imus. Malleoli ſunt rami arborum, & maxime uitis, qui
plantantur. Depango, id eſt, defigo uel pono in terram.
dem, Poſſes in fine uincti cacumina ficorum pyrorumue
depangere. Accipitur ſæpe pango pro ſcribo uel compo-
no. Horat. Non ſatis eſt dixiſſe, ego mira poemata pango.
Verg. Bis quinos pepigere dies, id eſt, compoſuerunt in-
ducias decem dierum. Iob, Pepigi fœdus cum oculis meis,
id eſt, compoſui fœdus. Accipitur etiam uulgo pro cano,
ut pange lingua, &c. Nondum comperi unde Alexander
umpſerit differentiam prædictam. Priſcianus tacens de
ſignificatis huius uerbi, quod in præterito habet pegi &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

etiam pepigi, nullam facit differentiam. Item de præterito panxi nihil idem ſcripſit, nec uſquam legimus panxi. Compingo ſignificat compono, unde compactus, id eſt, compoſitus. Impingo, id eſt, impello. Verg. Dum Troia Achilles Examinata ſequens impingeret agmina muris. Suppingo, id eſt, ſuppono uel ſubaffigo, ut ſuppingere
Tango calceos. Tango, at røre. Contingo, id eſt, tango. Inde contiguus, id eſt, propinquus & tangens. Naſo, Contiguas habuere domos. Præterita horum compoſitorum
Ago ſunt, attigi, contigi media curta. Ago, at giøre. Quicquid agas prudenter agas, & reſpice finem. Capitur pro dico, ut ago gratias. Et pro duco, ut ago boues. Et pro moueo, ut ago pultem. Item pro accuſo, ut ago te furti. Et pro uiuo, ut malo Venetijs agere quam Romæ. Dicimus etiam ago uitam miſeram, ago annum triceſimum, ago animam, id eſt, expiro uel morior. Item quandoq; agere eſt repræſentare, ut iſte agit Herculem furentem. Agere cauſas eſt eſſe cauſidicum. Martialis in Attalum, Semper agis cauſas & res agis Attale ſemper, Eſt nõ eſt quod agas Attale ſemper agis. Si res & cauſæ deſunt agis Attale multas. Attale ne quod agas deſit agas animam. Abigo, id eſt, depello. Quintil. Planctibus aues abigam. Etiam eſt animalia ui uel furto tollere, ut hoſtes abegerunt pecora noſtra, & qui facit hæc, uocatur abigeus uel abactor. Adigo, id eſt, ui adduco uel impello. Liuius, Conſul adegit milites ſacramento, id eſt, coegit eos iurare. Adagium pro-
Cogo uerbium. Cogo, in unum ago uel congrego. Vergil. Tityre coge pecus. Etiam compello, ut neceſsitas me coegit. Exigo, id eſt, poſco. Martia. Exigis ut donem noſtros tibi Quinte libellos. Quandoq; ſignificat expello. Plaut. Mulier exegit uirum à ſe. Ponitur etiam pro ago. Verg. Omnes ut tecum meritis pro talibus annos Exigat. Item pro perago. Ouid. Iamq; opus exegi, id eſt, peregi uel finiui. Prodigo, id eſt, conſumo. Plau. Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere licet niſi peperceris. Inde prodigus. Subigo, id eſt, cõpello. Verg. Caſtigatq; auditq; dolos ſubigitq; fateri. Etiam eſt acuo. Item, Subigunt in cote ſecures. Item ſubdo, ut rex ſubegit Friſios. Transfigo, id eſt, perago, ut qualiter tranſegiſti hunc diem? Tempus eſt tranſactum.

tranſactum. Redigo, id eſt, reduco uel induco. Terent. Tu homo redigis me ad inſaniam. Meretrix redegit iſtum ad inopiam. Frango, ſønder at bryde. Defringo, aff at bryde. Confringo ſimul frango. Effringo, vd at bryde. Iſte effregit carcerem. Etiam ſignificat op at bryde. Teren. Eſchinus fores effregit, id eſt, in ædes irruit alienas. Refringo, infringo, ſuffringo, idem quod frango. Pungo ſignificat ſtimulo, at ſtinge. Inde pugio, culter quo pungitur. Compungo compũxi, unde cõpunctus, id eſt, quem pœnitet peccati. Compunctio dolor de peccato. Repungo iterum pungo, & facit repupugi uel repunxi, ſed repupugi ſignificat rurſus pupugi. Repunxi uero feci puncta ſecundum Priſcianum. Dego eſt compoſitum à de & ago, & ſignificat id quod ago, ut dego uitam .i. ago uitam. Etiam ſignificat depello, quaſi deago. Plaut. Iſtum laborem oror degam & diminuam tibi. Rego, at regere. Arrigo, id eſt, leuo. Terent. Arrige aures Pamphile. Corrigo emendo. Terent. Si quid peccatum eſt, id arte corriges. Dirigo, id eſt, recte ordino. Surrigo ſurſũ leuo, ut equus ſurrigit aures. Surgo, op at ſtaa. Aſſurgo propter aliquem honorandum ſurgo, ut aſſurge præceptori tuo. Inſurgo contra aliquem ſurgo ad reſiſtendum.

Frango

Pungo

Dego

Rego

Dirigo

Surgo

Dans go ſi ſum dat, per ctum gi xiq; ſupinat.
Dat fixi fixum, frigo frixi quoq; frixum.

Verba in go, quorum præterita deſinunt in ſi, faciunt ſum in ſupino, ut ſpargo ſparſi ſparſum, mergo merſi merſum. At quorum præterita in gi uel xi deſinunt, ſupina faciunt ctum, ut ago egi actum, lego legi lectum, tego texi tectum. Excipitur figo fixi fixum, ad differentiam uerbi fingo, quod facit fictum. Excipitur etiã frigo xi xum, unde fit frixus participium, & frixum nomen. Nota quod compoſita ab ago frango pango & tango, licet in præſenti mutent a in i, tamen in ſupino habent a, ſicut ſuperius dictum eſt ibi (A ſi compoſita) ut exigo exegi exactum, effringo effregi effractũ, compingo compegi compactũ, attingo attigi attactum, &c. Figo ſignificat acuta re perforo. Vergilius, Atq; humiles habitare caſas & figere ceruos.

Figo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

cerus. Hinc fixus, id eſt, firmus. Affigo ad aliquid figo, ut affixi literas ualuis templi. Defigo in terra figo uel deiicio. Verg. Conſtitit, & Lybiæ defixit lumina regnis. Infigo in aliquo figo, unde infixus. Præfigo ante figo. Verg. Præfigunt ora capiſtris. Refigo quod erat fixum tollo, ut iſte refixit literas à me ualuis affixas. Vergil. Fixitꝗ́ leges precio atꝗ́ refixit. Transfigo, id eſt, perfodio, ut transfixi pectora ferro. Fingo ſignificat formo. Saluſtius, Veluti pecora, quæ natura prona atꝗ́ uentri obedientia finxit. Hinc figulus qui uaſa fingit de argilla, & figulina locus ubi fiunt uaſa fictilia, quia fictile dicitur de luto & argilla factum. Quandoꝗ́ fingere ſignificat excogitare. Terent. Fingunt quandam inter ſe fallaciam, unde fictus & fictitius, id eſt, falſus & excogitatus. Figmentũ res ficta uel formatio. Effingere, id eſt, facere ad alterius formam. Vnde effigies, id eſt, imago. A quo effigiare, id eſt, formare. Frigo ſignificat in patella aſſo, unde frixum dicitur cibus toſtus in patella, & friorium eſt ſartago. Confringo ſignificat idem.

Fingo

Frigo

I uel a ſi præ go uenit n mediante ſupino.
Semper n reperitur, cin tin an excipiantur.
N retinent ango cingo tingoꝗ́ ſupino.
Et clango plango cum cõpoſitis quoꝗ́ ſtinguo.

Verba quæ deſinunt in ango uel ingo, amittunt n in ſupino, ut pango pactum, tango tactum, ſtringo ſtrictum, ringo rictum, &c. Sed plango ango cingo tingo tenent n, quia dicitur planctum, cinctum. Adduntur clango & compoſita à ſtinguo, ut extinguo, &c. & lingo, à quo fit nomen linctus. Stringo ſignificat premo uel amputo uel ligo. Adſtringo alligo. Obſtringo obligo. Obſtrictus obligatus. Conſtringo comprimo uel colligo. Reſtringo compello. Diſtringo premo uel abrado uel denudo, ut diſtrictus gladius, id eſt, nudatus uagina. Etiam ſtrictus ponitur pro nudus. Ango, id eſt, moleſto uel crucio. Vnde angor & anxietas & anguſtia, id eſt, moleſtia uel preſſura. Et anxius, id eſt, ſollicitus & oppreſſus, & angina eſt morbus faucium, quia angit fauces & guttur.

Stringo

Ango

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tur. Plango ſignificat percutio pectus præ triſtitia. Ponitur pro ploro, unde planctus & plangor, id eſt, ploratio. Ponitur etiam pro percutio. Ouid. Tunc demum pectora planxi. Clango, id eſt, ſono uel facio clangorem. Clangor eſt ſonus tubæ, & eſt nomen fictitium ſicut clango uerbum fictitium. Statius, Horrida clangunt Signa tubæ. Cingo, id eſt, circundo. Vergil. Cingite fronde comas. Accingo præparo, ut accinge te operi, accingo me itineri. Diſcingo, id eſt, cincturam depono. Diſcincti dicuntur non cincti uel molles uel imbecilles homines. Tingo eſt immergo, ind at ſencke. Vergil. Alij ſtridentia tingunt Aera lacu. Capitur pro colorare uel madefacere. Intingo idem eſt, ut, Qui intingit mecum manum in paropſide, &c. Stinguo uel ſtingo, id eſt, deleo, ſed non eſt in uſu. Extinguo, id eſt, deleo, uel occido. Inſtingo, id eſt, immitto uel inſpiro. Inſtinctus, id eſt, inſpiratio. Reſtinguo, id eſt, extinguo. Diſtinguo, id eſt, diſcerno.

Plango · Clango · Cingo · Tingo · Stinguo

Ho xi ctumq; facit.

Verbum in ho deſinens habet in præterito xi, in ſupino ctum, ut traho traxi tractum, ueho uexi uectum. Et non ſunt plura uerba huius coniugationis in ho deſinentia, quam hæc duo. Traho, at draffue, unde trahea uel traha uehiculum ſine rotis, Slæde. Attraho til at draffue. Abſtraho aufero, aff at draffue. Contraho in unum traho uel colligo. Horat. Contrahas uento nimium ſecundo turgida uela. Etiam ſignificat conuenire uel coniugium inire, unde contractus, id eſt, conuentio, ſed contractus adiectiuum ſignificat paralyticum. Detraho aufero. Terent. Accurrunt ſerui, ſoccos detrahunt. Eſt etiam dicere clam malum de aliquo. Hieronymus, Nulli detrahas, nec in eo te ſanctum putes ſi cæteros laceres. Diſtraho in diuerſa traho, ut Hyppolitus fuit diſtractus equis in diuerſa nitentibus. Accipitur etiam pro uento. Subtraho ſubtus uel clam aufero. Item à traho tracto frequentatiuum, quod ſignificat tractare rem, ut Petrus tractauit nos humaniter. Etiam ſignificat attingere uel in manu habere. Perſius. Rem populi tractas. Attrecto & contrecto frequenter in manibus habeo uel attingo, ut cattus amat contrectari.

Ho · Traho

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

contrectari. Pueris non licet ea attrectare, quæ illis ſunt prohibita. Obtrecto, id eſt, obloquor uel detraho alicui. Detrecto frequenter detraho uel etiam recuſo, ut bos detrectat aratrum.

Heho

Vehere eſt plauſtro uel nauigio uel quadrupede deducere. Vehiculum & uehes, id eſt, plauſtrū uel currus. Aduebo, uectura apporto. Euebo exporto uel extollo. Vergilius, Quos ardens euexit ad æthera uirtus. Inueho importo. Proueho perduco. Liuius, Ad ſummos honores alios ſcientia iuris ciuilis, alios eloquentia, alios gloria militaris prouexit. Nota quod traho & ueho corripiunt priorem uocalem, quod oportet ſcire propter compoſita.

Dat ui lo, ni geminetur
L, ibi tunc per li lo præterit, excipe uulſi.
Dic etiam uelli, tantum primumq; ſupinat.
Dat pello pepuli, ſed format fallo fefelli.
Dic tollo tetuli, ſed ſuſtulit approbat uſus.

Verba in lo habent in præterito lui, ut alo alui, colo colui, uolo uolui, molo molui, conſulo conſului, occulo occului. Excipiuntur quæ duplicant l, quæ habent li, ut ſallo ſalli, pſallo pſalli, uello uelli & uulſi. Sed quæ habent mutam ante l, geminant principium præteriti, ut pello pepuli, fallo fefelli, ita tollo tetuli. Sed magis in uſu eſt ſuſtuli, inquit Priſcianus. Item cello, ſecundum quoſdam habet ceculi, ſed non eſt in uſu niſi in compoſitis, ut percello perculi, excello exculi uel excellui, quod ultimum tamen potius ab excelleo fit, ſecundum Priſcianum.

Alo

Alo ſignificat cibum do. Lex duodecim tabularū, liberi parentes in ægeſtate aut alant aut uinciantur. Transfertur etiam ad animum. Cicero, Honos alit artes. Alimentum, id eſt, cibus. Alumnus, id eſt, puer qui alitur ab aliquo.

Colo

Colo ſignificat amo. Vergilius, Ille colit terras. Etiam ſignificat honoro, ut colo Deum. Item eſt habitare. Vergilius, Pallas quas condidit arces Ipſa colat. Etiam eſt exercere, ut colo rus uel agrum. Accolo, id eſt, prope habito, ut Petrus occolit mare. Incolo, id eſt, inhabito, ut incolo urbem Romam. Recolo recordor uel

mente

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nente pertracto. Molo comminuo, unde emolo & par- Molo
nolo media curta. Perſi. Emole quod metuis. Sed immo-
o eſt primæ coniugationis, ſignificans id quod ſacrifico.
Conſulo quando iungitur datiuo, ſignificat do conſili- Conſulo
um, ut conſulo tibi, ſed quando iungitur accuſatiuo ſig-
ificat peto conſilium uel interrogo, ut Petrus me conſu-
uit ſuper ægritudine ſua. Occulo, id eſt, abſcondo, inde
ccultare frequentatiuum. Sallo ſignificat ſale ſpargo, Sallo
nde ſalſus & inſulſus, id eſt, non ſalſus. Pſallo eſt uer- Pſallo
um Græcum, id eſt cano, ſed proprie inſtrumentis mu-
cis, unde pſaltes, qui ſpallit, ſcil. lyrice uel organiſta, ut
ulgo dicitur, & ſpalmus carmen lyricum. Vello, id eſt, Vello
aho. Ver. Cynthius aurem uellit & admonuit. Auello ab-
aho. Euello extraho. Diuello diſtraho uel abſtraho.
llo decipio. Teren. Eho quæſo laudas eos, qui heros fal- Fallo
nt? Fallit me .i. neſcio. Non me fallebat .i. bene ſciebam.
efello ſignificat nego, uel quod dictum eſt, falſum oſten
. Titus Liuius, Ea nec affirmare nec refellere in animo
. Verg. Neq; te teneo, neq; dicta refello. Pello ſigni- Pello
at id quod expello. Boetius, Gaudia pelle, pelle timo-
n, unde pulſus expulſus. Etiam ſignificat percutio. Ter.
ne has pepuliſti fores? Inde frequentatiuum pulſo,
od idem ſignificat, ut in lege xij. tabularum apud Sene.
ui parentem pulſauerit manus ei præcidantur. Appello
adduco. Ventus appulit naues in portum. Lucanus, Qui
at externas terris appellere naues. Appello uel aſpello
nificat amoueo. Compello cogo. Depello remoueo.
pello, id eſt, eijcio. Plautus, Ancillam domo expulit.
pello urgeo uel induco. Neceſsitas impulit me, ut id
erem. Propello procul pello, unde propulſare quod
m ſignificat. Repello reijcio uel remoueo. Repulſa,
eſt, reiectio à petitione. Ouidius, Deq; tot ac tantis
i terræq; mariſq; Poſcet bonis aliquid, nullam pa-
e repulſam. Cello ſignificat id quod cedo, ſed non Cello
in uſu. Antecello, id eſt, antecedo in honore. Præ-
o, id eſt, præcedo. Excello, excedo uel ſupero. Percel-
id eſt, percutio. Prudentius, Rara reos iuſta percel-
pœna ſecuri. Et hæc habent in præterito lui uel li, ut
ecello lui, præcello lui, excello exculi uel excellui,
percello

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

percello perculi. Vergil. Perculit ac fulua moribundum extendit arena. Tollo infra. Aio ſiſto fero.

L ſimplex dat tum, ſed ſum geminata ſupino.
Tum uel itum dat alo, caret omni malo ſupino,
Pſallere nolle caret, ſublatum dat tibi tollo.

Verbum in lo deſinens per ſimplex l ſcriptum, habet tum in ſupino, ut colo cultum, molo multum, conſulo conſultum, alo altum uel alitum. Sed uerbum in lo per duo ll, habet ſum in ſupino, ut cello celſum, pello pulſum, fallo falſum, ſallo ſalſum. Sed pſallo & uolo cum compoſitis malo & nolo carent ſupinis. Quidam tamen à uolo faciunt ſupinum uultū. Vnde uultus nomen, quod ſignificat diſpoſitionem faciei. Alij faciunt ſupinum uolitum, & inde uolitum nomen pro uoluntate. Item tollo ſicut habet alienum uel commodatum præteritum ſuſtuli, ſic etiam habet commodatum ſupinum, ſcil. ſublatum. Vnde participium ſublatus, quod quandoque eſt idem quod ablatus uel remotus, ut, liber eſt mihi ſublatus. Quandoq; ſignificat eleuatus.

Mo Mo dat ui dat itum, ſed como promoq; demo,
Et ſumo pſi præterito dant, ptumq; ſupino.
S geminat ſſi ſum premo dans, emo mi dat & emptum.

Verbum deſinens in mo habet ui, itum, ut fremo gemo tremo uomo. Excipiuntur habentia longam uocalem in penultima ſyllaba, quæ habent pſi, ptum, ut demo dempſi demptum, promo, como, ſumo. Excipiuntur etiā emo emi emptum, & premo preſſi preſſum. Nota quod omnia uerba tertiæ coniugationis in mo deſinentia, corripiuntur in penultima ſyllaba præſentis indicatiui modi, præter illa quatuor, como promo demo & ſumo, quæ producuntur. Fremo Fremo ſignificat grauiter & confuſe ſonare ex indignatione. In Pſalm. Quare fremuerunt gentes. Inde fremor & fremitus, id eſt, ſonus indignantium. Gemo Gemo, at ſucke. Lucanus, Quid ueſane gemis, fletus quid fundis inanes? Ingemo ualde gemo. Tremo Tremo, at ſkelue.

oetius,Et tremit effœto corpore laxa cutis. Inde tremor.
erg. Cur ante tubam tremor occupat artus.Tremebun-
lus, id eſt, plenus tremore. Tremendus, id eſt, terribilis.
omo ſignificat ſpuo, uel cibum potumue per os reddo. Vomo
nde uomitus. Euomo o curta ſignificat effundo e ſtoma-
ho.Terent.Ibo & exquiram fratrem,ut in eum hæc euo-
nam.Como,id eſt,orno,& maxime capillum. Inde com- Como
tus, id eſt, ornatus. Incomptus inornatus. Promo, id Promo
ſt, profero. Plaut. Prompſiſti tu illi uinum? non prom-
ſi. Naſo, Deq; ſagittifera prompſit duo tela pharetra.
romus qui promit potum. Promptus,id eſt, paratus uel
ertus. In promptu,id eſt,in aperto.Expromo depromo
em. Verg. Depromunt tela pharetris. Demo aufero. Demo
erg. Demo ſupercilio nubem. Sumo, id eſt, accipio. Sumo
bſumo conſumo. Emo,at kiøbe. Martia. Omnia Ca- Emo
r emis, ſic fiet ut omnia uendas. Compoſita mutant e
i breue,ſed in præterito habent e longũ ſicut ſimplex,
eximò exemi exemptũ,&c.Adimo,id eſt,aufero. Naſo,
m uires adimit Veneris damnoſa uoluptas. Eximo ex-
iho uel excipio. Petrus exemit gladium. Exemptus ex-
tus ab onere. Interimo, id eſt, occido. Perimo idem.
art. Hoſtem cum fugeret ſe Samius ipſe peremit. Redi-
o rurſus emo uel libero. Ponitur & pro emo. Dirimo,
eſt,ſeparo. Verg. Et prælia uoce diremit. Premo, at
ycke eller at kryſte. Vnde preſſura, tryckelſe. Compo- Premo
a habent i breue, ſed in poſitione. Exprimo, vd aff at
ycke. Imprimo,ind at trycke. Opprimo,ned at trycke.
aſo,Opprime dum noua ſũt ſubiti mala ſemina morbi.
eprimo retrorſum premo uel retineo. Verg. Obſtupu-
retroq; pedem cum uoce repreſsit. Supprimo occulto
l abſcondo.

o dat ui g uel o ſi præſit, & a cano nata. No
at temno tempſi,cecini cano,cætera ui dant.
atq; lino lini uel liui, deinde litum dat.
o per ui dat itum,ſine natis a cano nam ptum
præcedit in his, pſi tum dat, uiq; facit tum.

Verbum deſinens in no præcedente g uel o, habet ui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

in præterito, ut gigno genui, pono poſui. Etiam compoſita a cano habent ui, ut accino accinui, præcino pręcinui. Sed Probus Grammaticus ſcripſit quod habent ni, ut accini præcini, unde canitur: De quo Prophetæ præcinerunt. Item temno habet tempſi, & cano cecini. Cætera ui dant, ut ſterno ſtraui, ſperno ui, ſino ui, lino liui uel leui. Veteres etiã lini proferebant. Item cerno creui, quod præteritum non eſt in uſu, ſed eius compoſita ſæpe legimus, ut decerno decreui, diſcerno diſcreui, ſecerno ſecreui. Quę uerba in no habent ui diuiſis uocalibus, habent itum in ſupino, ut gigno genui genitum, &c. Sed compoſita a cano faciũt centum, ut accino accentum, concino concentũ. Item quod in præterito habet pſi, in ſupino facit ptum, ut contempſi contemptum, & quę in pręterito faciunt ui per unam ſyllabam, in ſupino habent tum, ut ſtraui ſtratum, ſpreui ſpretum, liui litum, ſiui ſitum, quæ duo ultima corripiunt i ante tum. Item etiam compoſita eorum, ut illitum deſitum i curta.

Gigno — Gigno, id eſt, profero filium uel genero, & dicitur tam de uiro quam de muliere. Ingenitus quandoq; ſignificat non genitus, quandoq; in aliquo genitus. Primo eſt nomen. Secundo eſt participium ab ingigno, quod ſignificat in aliquo gigno. Tull. Natura cupiditatem ingenuit homini, &c. Ponitur gigno pro facio uel indico. Horat. Ludus enim genuit trepidum certamen & iram.

Pono — Pono, at ſette. Accipitur pro depono uel relinquo. Iuuen. Ponamns nimios gemitus. Verg. Pone metum. Appono, til at ſette, eller for at ſette, ut neſcio quid apponam hoſpitibus. Oppono contra pono. Naſo, Oppoſuitq; manum fronti. Depono aff at ſette, ut Deus depoſuit potentes de ſede. Etiam ſignificat til at ſette, ſicut faciunt contendentes & certantes. Item deponere eſt dare cuſtodiendum, ut depoſui apud Petrum ſex aureos, id eſt, tradidi Petro ſex aureos mihi cuſtodiendos. Inde depoſitum, quod alicuius fidei traditum eſt. Iuuenal. Depoſitum tibi ſoſpes erit. Expono ex aliquo pono. Vergil. Socios de puppibus altis Pontibus exponunt. Eſt etiam id quod declaro uel narro. Tull. Exponam breuiter conſilium profectionis meæ. Etiam ſignificat expendo, ut multos nummos expoſui. Item abijcio, ut meretrices

quandoq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uandoq́; exponunt infantes. Imponere, ind at ſette, uel
ecipio. Iuuenalis, Facile eſt barbaro imponere regi. In
ieneſi, Cur impoſuiſti mihi? unde impoſtor, deceptor,
impoſtura fallacia. Compono ſimul pono uel con-
ruo. Quandoq́; ſignificat comparo. Vergilius, Sic paruis
mponere magna ſolebam. Accipitur etiam pro diſpo-
orno iungo & pro claudo. Vergil. Ante diem clauſo
mponet ueſper olympo. Diſpono, id eſt, ordino. Eſai-
Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non uiues.
ropono ante pono, ut uideatur uel cogitetur. Naſo,
roponas animo multa ferenda tuo. Præpono, id eſt,
tepono in dignitate. Multi terrena præponunt cœle-
bus. Nota quod pono in præſenti producit o, ſed in
æterito corripit. Verg. Arma ſub aduerſa poſuit radi-
tia quercu. Cano, id eſt, canto, quod eſt eius frequen- Cano
iuum. Verg. Non canimus ſurdis. Eſt etiam carmine
cribere. Idem, Arma uirumq́; cano. Eſt etiam diuina-
uel prophetare. Idem, Ipſa canas oro. Eſt etiam lau-
e. Idem, Ibant æquali numero, regemq́; canebant. Hinc
ıtor & cantio & cantus eiuſdem ſignificati. Compoſi-
mutant a in i, ut accino, id eſt, ad aliquid cano. Vnde ac-
tus, qui eſt eleuatio uel depreſſio uocis. Concino ſi-
il cano. Concentus multorum cantus. Incino, id eſt,
io. Intercino inter actus quandoq́; cano. Horatius,
quid medios intercinat actus. Occino uel occano, id
, contra cano. Præcino ante cano uel prædico. Suc-
o poſt alium cano, uel ſubmiſſa uoce cano. Temno Temno
contemno, at forſmaa. Vergil. Diſcite iuſticiam mo-
i & non temnere diuos. Terentius, Ego illum con-
npſi præ me. Donatus ait principale eſſe contemno,
nno autem dici per aphęreſim, cauſa metri. Nota quod
ntemno non habet p in præſenti, ſed in præterito & Sterno
pino, & a ſupino formatis. Sterno ſignificat proiį-
in terram, unde ſternax equus dicitur, qui ſeſſorem
icit. Dicitur Latine, Straui flores humi, & ſtraui hu-
um floribus, cum ſit idem ſenſus. Sed in ſecunda oratiõe
rnere ſignificat operire, quum dicitur, Sterno lectum,
rno equum, unde ſtragulũ dicitur quo lectus ſternitur.
m ſterno uiam lapidibus, id eſt, operio. Vnde ſtratum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uel ſtrata dicitur uia lapidibus operta uel facta. Item ſtra-
tum pro lecto. Inſterno, id eſt, tego. Verg. Fuluiq́ꝫ inſter-
nor pelle leonis. Deſterno tollo ſtraturam. In Geneſi, De-
ſtrauit calamos. Conſterno conſternas, primæ coniuga-
tionis ſignificat turbo, ut Petrus eſt conſtratus animo.
Sperno Sperno, id eſt, contemno, ſed paulo plus. Spernere mun-
dum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe. Spernere ſe ſperni.
Aſpernor aſpernaris, idem ſignificat. Titus Calphur. Sci-
mus enim, quia te non aſpernatur Apollo. Cerno dicetur
Sino infra. Sino, id eſt, permitto. In Euangelio, Sinite par-
uulos uenire ad me. Deſino, id eſt, omitto. Vergil. Deſine
plura puer. Etiam ſignificat finiri. Naſo, Deſinat ante dies
Lino quam conſequar omnia dictis. Lino ſignificat at ſmøre,
ut lino faciem carbone. Lino uas argilla ut clauſum ſit.
Iuuen. Nam quis plura linit uicturo dolia muſto. Vnde
litura, id eſt, macula in libro. Naſo, Quaſcunq́ꝫ aſpicies
lacrymæ fecere lituras. Allino, til at ſmøre, eller paa at
ſmøre. Horat. Vir bonus & prudens uerſus reprehendet
inertes, Culpabit duros, incomptis allinet atrum Tranſ-
uerſo calamo, &c. Oblino, at beſmøre. Idem, Nec ſocerum
quærit, quem uerſibus oblinat atris. Inde oblitus i curta
beſmoerd. Illino ſublino collino idem ſignificant. Plaut.
Et os ſubleui modo. Relino lituram tollo & aperio. Tere.
Releui omnia dolia mea. Nota quod lino corripit i in
præſenti & ſupino, unde etiam participia i breuiant. Lu-
can. Illita tela dolis. Priſcianus dicit quod lino facit præ-
teritum liui, ut lino liui, ſed magis differentiæ cauſa leui.
Vetuſti etiam lini ſcripſere.

Po dat ui dat itum ſi præuenit e breue, rumpo
Dat rupi ruptum, pſi cætera ptumq́ꝫ dedere.
Dat liquo liqui, coquo coxi ctum dat utrunq́ꝫ.

Verba habentia e breue ante po, faciunt ui, itum, ut crepo crepui crepitum, ſtrepo ſtrepui ſtrepitum, ſed rumpo rupi ruptum. Reliqua uerba in po deſinentia faciunt pſi ptum, ut repo repſi reptum, carpſi carptum, ſerpo, ſcalpo. Item clepo clepſi cleptum, licet habeat e breue apud Prudentium. Quod rapere & clepere eſt auideq́ꝫ abſcondere parta. Item linquo facit liqui lictum, coquo coxi coctum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

um. Crepo quid ſit habes ſuperius in p ima coniuga- Strepo
one, nam indifferenter eſt primæ uel tertiæ coniugati-
nis . Strepo ſignificat facio ſtrepitum,uel facere ſonũ.
erſtrepo ualde ſtrepo.Stat.Rumor in arcana iamdudum
erſtrepit aula. Inſtrepo,in aliquo ſtrepo. Apes inſtrepit Rumpo
oribus,unde inſtrepito frequentatiuum. Obſtrepo con-
a ſtrepo,uel etiam reſpondeo. Rumpo,id eſt,frango.
ergil. Eripui fateor letho me & uincula rupi. Rumpere
ocem, & rumpere ſilentium idem ſignificant quod lo-
ui. Abrumpo, aff at bryde eller ſønder at bryde. Horat.
ec læthea ualet Theſeus abrumpere caro Vincula Piri-
oo,id eſt,illi uiro. Corrumpo deſtruo uel contamino.
cunia corrumpit iudicem. Iſte corrupit uirginem.Cor-
ptela,id eſt,corruptio.Dirumpo in multas partes rupo. Repo
umpere eſt cum impetu exire , ut oppidani erumpunt
hoſtes. Irrumpo impetum facio uel ui intro. Repo,
krybe , unde reptilia dicuntur animalia pedibus caren-
ſcil. ſerpentes. Irrepo e longa , ind at krybe. Obrepo Serpo
m uenio,ut ſenectus obrepit homini. Somnus obrepit
ulis. Serpo,id eſt,repo,unde ſerpens animal quod ſer Carpo
. Transfertur etiam ad herbas & ad incorporea, ut he-
ra ſerpit latius. Peſtis ſerpit indies. Carpo,id eſt,tol-
Verg. Carpent tua poma nepotes. Naſo, Languidus in
atis gramina carpit equus. Accipitur pro reprehendo.
trar. Pamphile quam facile eſt alienam carpere uitam.
onitur pro capio,ut carpo cibum,carpo uitales auras, id
,uiuo. Decerpo,id eſt,de aliquo carpo.Diſcerpo in mul
s partes carpo. Excerpo exſcribo uel eligo. Plin. Iunior
aunnculo ſuo, Nihil unq̃ legit,quod non ercerperet. Scalpo
alpo,at klaa eller at ſkaffue. Bap. Mantua. Phthiriaſim
itiens ſcalpit caput unguibus uncis. Phthiriaſis eſt mor-
is pedicularis.Scalprum eſt ferreum inſtrumentum,quo
alpitur corium. Scalpellum paruum ſcalprum quo ſcal- Sculpo
itur membrana. Auriſcalpium quo ſcalpuntur aures.
culpo,id eſt,ſeco uel incido ligna uel lapides. Sculptile Clepere
icitur ſtatua ſculpta ex lapide uel ligno. Clepere eſt fu-
ari. Tull. Ignem Prometheus clepſiſſe dolo,&c. Item cle-
to Græce ſignificat furari, unde cleptes fur , & clepſidra
nſtrumentum , per quod aqua currit , uel uitrum cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

arena indicans horas. Linquo, at forlaade. Vergil. Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua. Relinquo derelinquo oblinquo idem ſignificant. Delinquo .i. pecco. Iuuen. Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantum Permittas, adeo indulgent ſibi latius ipſi. Delictum, id eſt, peccatum. Coquo Coquo, id eſt, apto eſui, at kaage mad. Coctilis lapis, tegelſten. Sol coquit poma. Coquo cereuiſiam. Accipitur pro uexo. Percoquo ſignificat perfecte coquo. Hic cibus non eſt percoctus. Incoquo in aliquo coquo. Verg. Huius adorato radices incoquo Baccho. Decoquo ſignificat rebus conſumptis clam fugere, ut fallantur creditores. Concoquere eſt quod uulgus ait digerere, at fortere eller at fordouue i maffuen. Excoquo, id eſt, coquendo aufero, vd at ſynde eller vd at brendo. Ignis excoquit auro ſcoriam, .i. immundiciam. Item coquo coquus & eius compoſita corripiunt o. A quo coquo coquus & coquina. Conquinaria .i. ars coquendi. Item coquinari .i. coquere cibum.

Ro ui tumq́ facit, ge cur excipienda ueru que,
Dat ſſi ſtumq́, gero uelut uro, curro cucurri,
Curſum, ri uel ſi uerro uerſumq́ ſupino.
Quæro quæſiui quæſitum redde ſupino.

Verba deſinentia in ro habent ui in præterito & tum in ſupino, ut tero triui tritum, ſero ſeui ſatum, quæro quæſiui quæſitum. Excipiuntur quatuor, ſcilicet, gero geſſi geſtum, uro uſſi uſtum, curro cucurri curſum, uerro uerri uel uerſi uerſum. Tero Tero ſignificat comminuo uel conſumo, ut tero tempus, tero ocium. Verg. Quid ſtruis aut qua ſpe Lybicis teris ocia terris? Attero ad aliquid tero, unde attritus participium. Hieronymus, Attrita frons interpretatur ſæpe quod neſcit. Attrita frons, id eſt, impudens homo. Contero, id eſt, comminuo. Semen mulieris contriuit caput ſerpentis antiqui. Contritus, id eſt, afflictus uel dolens. Contritio eſt dolor de peccatis. Detero, at forſſide eller ſønder at knuſe, ut detriui calceamenta pueritiæ. Plinius, Nimia cura deterit magis quam emendat. Intero, ind at brocke. Propheta, Intriuerat panem in alueolum, id eſt, uaſculum. Protero, id eſt, ualde tero. Boetius, Pedibusq́ datas proterit eſcas. Item a tero tritura, quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

a,quod eſt excuſſio frugum.Vnde triturare,at terſke.Se- Gero
o dicetur infra. Gero,id eſt,porto.Vnde gerulus,id eſt
ortator, & geſtare frequentatiuum. Accipitur gero pro
ego, ut gero bellum. Petrus bene ſe gerit. Tull. Ego te
unquam reprehenſione dignum putaſſem, cum te ſan-
tiſſime gereres. Inde geſtus, facte eller noder. Etiam ſi-
nificat agere uel facere. Verg. Nec tecum talia geſſi. Vnde
eſta dicuntur facta magnifica. Gero morem,id eſt, facio
uod uis. Aggero,id eſt, apporto, unde agger. Eſt aliud
ggero primæ coniugationis,quod ſignificat augeo. Ver.
ncenditq; animum dictis atq; aggerat iras. Congero, id
t, congrego. Tibul. Diuitias alius fuluo ſibi congerat
uro. Digero diſpono. Vergil. Ita digerit omnia Cal-
as. Vnde quidã liber iuris ciuilis dicitur Digeſta,orum.
uia in eo leges ſunt digeſtæ, id eſt, ordinate diſpoſitæ.
gero exporto uel emitto. Ingero importo. Suggero,
bminiſtro uel porrigo.Verg. Suggere tela mihi. Etiam
gnificat in memoriam duco.Tul. Si memoria mihi for-
defecerit, tuum erit ut ſuggeras. In Euangelio,Spiritus
nctus ſuggeret uobis omnia. Inde ſuggeſtus altus lo-
s unde ſermo fit ad populum. Nam ambo ambonis nõ
t latinum. Vro ſignificat ardore uel frigore uel alia Vro
lædo,ut ignis urit me, frigus urit me. Calceus arctus
it pedem.Flagellum urit nates,&c.Tere.Vro hominem,
eſt, dolore afficio. Aduro comburo idem ſunt quod
o.Amburo,id eſt,ex omni parte uro. Plaut.Ille quidem
ulcani eſt filius,quicquid tangit,omne amburit. Exuro
ruro, totum uro. Inuro in aliquo uro. Inuſſi notam
oui. Inuſtus ind brend. Curro at løbe. Accurro, til Curro
løbe. Concurro ſimul curro. Excurro, vd at løbe. In-
urro,ind at løbe eller i at komme. Petrus incurrit gran-
dedecus. Occurro contra curro uel reſiſto. Percurro
tecurro. Succurro ad auxilium curro. Etiam ſignificat
mentem uenio. Cicero, Vt enim quidq; ſuccurrit, li-
et ſcribere. Nota de his compoſitis quod ſuperius eſt
riptum,ibi (Si componantur.) Verro, at ſkrabe, ut Verro
allina uerrit humum. Ponitur pro ſcopo. Iuuenalis,
erre pauimentum, nitidas oſtende columnas. Item pro
emigo,Verg.Adnixi torquent ſpumas & cerula uerrunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Cerula, id eſt, æquora. Eſt etiam traho, unde fit uerriculum, quod eſt rete. Quæro, at lede eller at ſpøre, ut quæro patrem. Etiam ſignificat interrogare, & tunc iungitur ablatiuo cum præpoſitione, ut quæſiui a Petro uel ex Petro. Dicitur etiam quæſiui de Petro, id eſt, quomodo Petrus ſe gerat. Magiſter quæſiuit de te, id eſt, poſt te, ut uulgo dicitur. Compoſita habent i longum pro e uel æ. Acquiro, at faa. Conquiro idem. Diſquiro, quærendo diſcerno. Exquiro eligo uel quæro. Inquiro, ualde quæro. Perquiro idem.

Quæro

A ſero compoſita ſerui ſertumq́; dedere.
Inſero ſic format, & conſero uic; ſitum dat.
Sic ſero formauit prius & ſenſum duplicauit.

Compoſita uerbi ſero quandoq́; habent rui in præterito, & ſertum in ſupino, ut deſero deſerui deſertum. Similiter inſero & conſero, quæ tamen etiam habent ui, ut inſeui inſitum, conſeui conſitum. Etiam ſero olim habuit ſerui ſertum. Nota ſero facit præteritum ſeui, & ſupinum ſatum. Compoſita eius quando ſequuntur ſignificatum ſimplicis, habent ſeui itum i curta, ut conſero conſeui conſitum. Sed quando mutant ſignificatum ſimplicis, faciunt rui, ertum, ut diſſero diſſerui diſſertum, & quoniam quędam compoſita a ſero habent duo ſignificata, ideo etiam habent duplicia præterita & ſupina, ut aſſero inſero conſero. Sero ſignificat ſemino uel planto. Aſſero quandoq́; ſignificat ad aliquid ſero uel proprie planto, ſic habet aſſeui aſſitum. Etiam ſignificat affirmo uel defendo & libero, & pro his ſignificatis habet aſſerui aſſertum. Vnde aſſertor, id eſt, defenſor. Conſero quandoq́; eſt ſimul ſero, & ſic habet conſeui conſitum. Vnde dicitur hortus arboribus conſitus. Quandoq́; conſero ſignificat coniungo uel committo, ut conſero prælium, & ſic habet conſerui conſertum. Statius, Conſeruitq́; manum. Inſero quandoq́; ſignificat ramum in aliam arborem ſero. Verg. Inſere Daphne piros carpent tua poma nepotes. Sic habet inſeui inſitum. Idem, Vidi inſita mala ferre piros. Quandoq́; inſero ſignificat impono uel immitto, ut qui ſingulis fora-

Sero

is foraminibus inſerit digitum, quandoq; retrahit illum
lefœdatum, ſic habet inſerui inſertum. Stat. Tum dextræ
uirgam inſeruit, qua pellere ſomnos. Legimus quandoq;
nſitum pro inſertum, & inſertum pro inſitum. Deſero,
d eſt, relinquo. Terentius, Heu quo redactus ſum, omnes
oti atq; amici me deſerunt. Diſſero, id eſt, narro uel di-
o, unde diſertus, qui bene ſcit dicere. Ediſſero enarro uel
eclaro. In Euangelio, Ediſſere nobis hanc parabolam.
xero, id eſt, emitto uel extendo. Pli. Glotis auis perlon-
am exerit linguam. Inde exertare frequentatiuum. Hæc
uatuor compoſita habent tantum rui in præterito & ſer
um in ſupino. Sero tamen olim etiam habuit ſerui ſer-
um. Vnde participium ſertum, quod eſt compoſitum. Lu-
n. Accipient ſertas nardo florente coronas. Item ſertum,
corona de floribus aut herbis. Obſero obſeui obſi-
m .i. circunſero uel circundo, unde participium obſitus,
eſt, circundatus. Verg. Iam ſatis obſitaq; iam bos.

o ſiui ſitumq; facit, ſed deme capeſſa, So
Quod ſi ſumq; facit, ſic uiſo, ſicq; faceſſo.
inſoq; præteritum per ui formando dat iſtum

Verba in ſo deſinentia habent ſiui ſitum, ut arceſſo
ceſſo accerſo inceſſo. Excipiuntur capeſſo uiſo & faceſſo,
uæ habent ſi ſum, ut capeſſi capeſſum. Item pinſo habet
nſui piſtum. Item quæſo habet in præterito quæſiui, te-
e Priſciano, ſed de hoc inter defectiua dicetur. Arceſſo Arceſſo
gnificat aduoco. Horat. Si melius quid habes arceſſe uel
nperium fer. Eſt etiam id, quod arceo, a quo uerbo for-
natur. Accerſo, id eſt, aduoco uel adfero. Terent. Ob- Accerſo
etricem accerſo. Laceſſo, id eſt, uexo uel irrito. Verg. Laceſſo
fficiam poſt hac ne quenquam uoce laceſſas. Inceſſo ac-
uſo uel impeto. Capeſſo capio uel accipio. Faceſſo, id Capeſſo
t, facio uel eo ad faciendum. Verg. Haud mora continuo Faceſſo
natris præcepta faceſſit. Etiam ſignificat diſcedo. Terent.
Hæc mulier hinc faceſſat. Viſo, id eſt, uado uiſum uel Viſo
iſito. Inde reuiſo prouiſo inuiſo eiuſdem ſignificationis.
Tull. ad Atticum, Reuiſe nos aliquando. Pinſo ſigni- Pinſo
cat tundo, nam antiqui carentes uſu molarum ſolebant
rumentum in pilis tundere. Vnde piſtrinum dicitur lo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

cus,ubi ſerui continuo labore pinſebant, & piſtor qui pinſit,qui & pinſor olim dicebatur. Nunc pinſere accipimus pro facere panem,& piſtor pro panifice. Legitur etiam pinſare. Terent. Calphurnius, Dicitur & nigro pinſare legumine panem.

Ante to c ueniens,in xi to mutat,& in xum.
Datq́ xui pecto pariter xi, ſic quoq́ necto.

Verba deſinentia in to, quæ habent c ante to, habent xi in præterito, xum in ſupino, ut flecto flexi flexum, plecto plexi plexum. Pecto autem & necto habent xi xui, & xum in ſupino. Flecto ſignificat curuo uel moueo, at bøye, ut flecto genua, flecto arcum, flecto nauem. Transfertur etiam ad animum & incorporea, ut flecte Deum ſupplici prece. Iohannes nullis flectitur precibus. Vergil. Flectere ſi nequeo ſuperos Acheronta mouebo. Deflecto de aliquo flecto. Reflecto iterum flecto. Circumflecto, om at vende. Inflecto ualde flecto. Flexilis & flebilis, id eſt, potens flecti. Plecto ſignificat percutio uel punio. Horat. Quicquid delyrant reges, plectuntur Achiui, id eſt, Græci, id eſt, ſubditi. Hinc plectrum dicitur inſtrumentũ quo fides pulſantur a citharedis. Quandoq́ plecto ſignificat id quod flecto. Vnde plecta dicitur matta. Item perplexus dicitur intricatus, & perplexe aduerbium intricate & obſcure. Terent. Pergin ſceleſta mecum perplexe loqui. Pecto capillos orno, unde pecten. Etiam pecto ſignificat orno, unde pexa ueſtis & impexa barba, id eſt, inornata, & pexare frequentatiuum. Necto ſignificat ligo. Nexilis, id eſt, nexus & ligatus aut firmus, ut ibi, Fratres unanimes fœdere nexili.

(Margin notes: Flecto; Plecto; Pecto; Necto)

Ante to uerba duo retinent r abſq́ ſupino.
Præbet ui ſterto, ti format ſum quoq́ uerto.

Duo uerba huius coniugationis habent r ante to, ſcilicet, ſterto & uerto, ſterto habet ſtertui ſine ſupino, uerto uerti uerſum. Vbi nota quod tria uerba hæc, uergo, uerro & uerto habent uerſum in ſupino. Sterto ſignificat dormio. Perſius, Mane piger ſtertis. Deſterto, id eſt, euigilo uel ceſſo dormire. Perſius, Cor iubet hoc eum,

(Margin note: Sterto)

postquam

poſtquam deſtertuit eſſe Meonides. Verto ſignificat mu- Verto
to, at vende eller at ſnoe. Inde frequentatiuum uerſo.
Equus uerſat molam, quid uerſas animo? Aduerto, til at
vende, aduerte mihi faciem. Etiam ſignificat attendo. Ver.
Nunc qua ratione quod inſtat Confieri poſſit, paucis ad-
ierte docebo. Auerto, fraa at vende. Auerte iram tuam a
nobis. Animaduerto, id eſt, noto, quaſi aduerto animum.
Terent. Nunc quam rem uicio dent quæſo animaduerti-
e. Etiam ſignificat punire, uel ut uulgo dicitur, iuſtifica-
e, ſed tunc habet accuſatiuum cum præpoſitione in. Sene.
Animaduertit Brutus in liberos ſuos. Diuerto, id eſt, de-
lino de uia. Vnde diuerſorium dicitur hoſpitium quo
iuertunt uiatores. Hinc etiam diuortium, quod eſt ſepa-
atio uiri & uxoris. Etiam diuortium eſt declinatio a uia,
uod & diuerticulum dicitur. Euerto, id eſt, deſtruo, om
vende eller om kuld at kaſte. Ventus euertit domum.
ubuerto idem. Saluſtius, Auaricia fidem probitatemq;
ſubuertit. Inuerto, at vende ind vd. Paulus inuertit me-
tem. Interuerto, at foruende nogen ſin tingeſt for. Re-
erto, redeo. Tull. in Philippicis, Victor cum legionibus
uertiſti. Nunc magis in uſu eſt reuertor deponens. Ob-
erto contra uerto. Præuerto uel præuertor, id eſt, præ-
enio uel præcurro. Catullus, Flammea præuertit celeris
eſtigia ceruæ. Verg. Volucremq; fuga præuertitur he-
um. Hebrus eſt quidam fluuius Thraciæ. Veteres ſcri-
bant uorto pro uerto. Terent. Dij uortant bene.

duo corripiunt, quorum peto ui facit & tum.
geminãdo ſui format meto, deinde facit ſum.
at ſi ſum mitto, tamen ſſ geminando ſupino.

Duo uerba huius coniugationis habent e breue ante
, ſcil. peto petiui petitum i longo, meto meſſui meſſum.
Mitto autem habet miſi miſſum. Peto ſignificat cupio Peto
el poſtulo, ut, a te peto conſilium. Nec poteſt dici, peto
conſilium, ſed a te. Quandoq; ſignificat perſequi, &
unc habet ablatiuum inſtrumenti, ut ille petijt me cultro
el ſaxo, etiam ſignificat adire, ut Paulus petijt Romam,
ergil. Fugit ilicet ocyor euro ſpeluncamq; petit. Appeto
pio. Vnde appetitus & appetentia, id eſt, cupiditas.
Expeto

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Expeto ualde peto uel honeſte peto. Competo ſimul uel cum alio peto. Etiam ſignificat conuenio. Vnde compita dicuntur loca publica, quo multæ uiæ conueniunt. Impeto,id eſt, inuado. Iohannes impetiuit me gladio. Inde fit impetus. Oppeto,id eſt,obeo uel morior.Verg.O terq; quaterq; beati, Queis ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis Contigit oppetere. Et nota quod aliquando ponitur abſolute, quandoq; cum accuſatiuo, ut ille oppetijt mortem. Repeto rurſus peto,ut repeto librum tibi commodatum. Quandoq; ſignificat rurſus adeo.Verg.Vrbem amens repeto. Suppeto ſufficio. Horat. Pauper enim non

Meto eſt cui rerum ſuppetit uſus. Meto ſignificat ſeco frumentum. In Epiſtola Pauli, Qui parce ſeminat parce & metet, Accipitur pro aufero.Hora.Quid uici proſunt aut horrea ſi metet orcus Grandia cum paruis, non exorabilis auro. Demeto,amputo. Vergil. Demetit enſe caput.

Mitto Mitto,at ſende, ut mitto tibi nummos.Ponitur pro omitto uel relinquo. Horat. Mitte leues ſpes & certamina diuitiarum. Admitto,id eſt, ad me ire permitto. Paulus ad-

Committo mittit neminem, niſi doctum. Committo commendo, at befale. Terent. Ouem lupo commiſiſti. Quandoq; ſignificat facio. Noli committere ut merito ridearis ab omnibus. Quandoq; peccare. Vergil. Quid meus Aeneas in te committere tantum ? Etiam eſt componere uel coniungere. Vnde comiſſura compoſitio uel coniunctio. Demitto deorſum mitto. Horat. Demitto auriculas, ut iniquæ ſortis aſellus. Omitto, id eſt, dimitto. Idem, Quem ſua culpa premit deceptus omitte tueri. Submitto uel ſummitto, id eſt,ſubdo. Submitto caput uel ceruices ſignificat obedio, tranſlatum a bobus, qui ſubmittunt caput iugo. Submiſſus uel ſummiſſus dicitur humilis. Tull. Quanto ſuperiores ſumus,tanto ſummiſſius nos geramus. Iſte loquitur ſubmiſſa uoce,id eſt, non alta uoce.

Dat ſiſto ſtatui ſi tranſeat atq; ſtatutum.
Sed ſi neutrale ſteti,nullumq; ſupinum.

Siſto tranſitiue captum habet ſtatui ſtatutum,ſed abſolute poſitum habet ſteti in præterito abſq; ſupino.Priſcianus aliter ſcripſit,dicens, quod ſiſto tranſitiuum caret

præterito & ſupino. Sed hoc intellige quod caret proprio præterito & ſupino, nam ſtatui & ſtatutum ſunt a uerbo ſtatuo, quod iſti commodat præteritum & ſupinum, ſecundum Alexandrum. Siſto quando capitur tranſitiue, ſignificat facio ſtare. Vergil. Siſte gradum teq́; aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Eſt etiã præſentare, quod fere eſt idem. In Euang. Vt ſiſterent cum Domino. Siſto abſolute poſitum, eſt id quod ſto, unde ſumitur tantum a ſto, ſed caret ſupino. Gellius tamen ſcripſit, quod ſiſto non habet ſteti, ſed ſtiti in præterito, quod non ſeruatur a Grammaticis. Compoſita ſemper accipiuntur abſolute, ideoq́; ſignificant id, quod compoſita uerbi ſto, ut aſſiſto, id eſt, aſto. Conſiſto, conſto. Exiſto, id eſt, exto, uel extra ſto. Ouid. Exiſtunt montes quos ſummum texerat æquor. Deſiſto, id eſt, deſto uel ceſſo. Abſiſto idem ſignificat. Verg. Quantum ignes animæq́; ualent, abſiſte precando. Inſiſto, id eſt, inſto. Et licet uulgo iungatur datiuo, tamen Seruius ait accuſatiuo iungendum. Vergil. Nulli fas caſto ſceleratum inſiſtere limen. Obſiſto & reſiſto, id eſt, contra ſto. Subſiſto, id eſt, ſto. Siſto

Vo præueniens, de uo ui format & utum. Lo
Longaq́; præcedens uocalis xi facit & ctum.

Verbum in uo deſinens l præcedente, mutat uo in ui in præterito, & habet utum in ſupino, ut ſoluo ſolui ſolutum, uoluo uolui uolutum, caluo calui, cuius ſupinum non reperitur. Item uerbum habens longam uocalem ante uo, habet xi ctum, ut uixi ctum. Nota quod duplicia ſunt uerba huius coniugationis in uo, quia quædam ſunt in quibus u ante o eſt uocalis, ut arguo, ſtatuo, de quibus ſuperius eſt habitum. Alia ſunt in quibus u ante o eſt conſona, & de illis agitur hic, & ſunt tantum quatuor ſupra ſcripta. Soluo eſt id quod diſſoluo, at løſe. Vergil. Soluite me pueri. Abſoluo reſoluo exoluo idem ſignificant. Etiam ſoluo ſignificat ſatisfactio, at betale, ut ſolue mihi mercedem. In eadem ſignificatione capitur perſoluo. Diſſoluo habet utranq́; ſignificationem, ſcil. at løſe eller at betale. Diſſolutus, id eſt, uagus & immodeſtus. Soluo capitur etiam pro frango uel non ſeruo, ut ſolui ieiunium, Soluo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nium , ſolui mandatum. Item ſoluere pro abnauigare, quia tunc nauis ſoluitur. Philel. Ad triduum uſq; hinc

Voluo ſoluere decreui. Voluo eſt uerto , at velte. Terent. Satis diu hoc iam ſaxum uoluo. Nota quod præterita a uoluo & uolo uis ſcribuntur iiſdem literis, ſed a uolo præteritũ eſt triſſyllabum. Quam differentiam ex ſenſu orationis intelligere oportet. Aduoluo , id eſt , ad aliquem uoluo. Deuoluo deorſum uoluo. Reuoluo retro uoluo. Conuoluo ſimul uoluo. Inde conuoluolus eſt uermis conuoluens ſe in folio uitis , & corrumpens uuas. Inuoluo implico. Inuolucrum,id eſt,inuolutio.Item a uoluo frequentatiuum uoluto. Vergil. Talia flammato ſecum dea corde uolutans. Inde uolutabrum,id eſt, locus lutoſus , in quo

Caluo apri ſe uolutant. Caluo, id eſt,decipio. Inde calumnia,

Calueo id eſt, deceptio uel falſa accuſatio. Calueo ſecundæ con. ſignificat caluus ſum. Vnde calueſco,id eſt, fio caluus.

Viuo Viuo,id eſt,uiuus ſum. Perſius , Viue memor læthi,fugit hora, hoc quod loquor inde eſt. Inde uictus , id eſt , quo uiuimus,ſcilicet cibus & potus. Conuiuo , id eſt, conuerſor. Seneca, Hærebit tibi auaricia , quamdiu auaro conuixeris. Victito frequentatiuum , ſignificat id quod uiuo uel ueſcor , ut iſte uictitat laute. Barbari uictitant lacte. Reuiuiſco rurſus uiuo.

Xo Xo dat ui xum nexo, facit texo quoq; textum.

Verba in xo habent ui per diuiſas ſyllabas, nexo nexui,texo texui. Nexo habet nexum,texo uero textum in ſupino. Et non ſunt plura in uſu, quam hæc duo prædi-

Nexo cta,nam faxo defectiuum eſt,nec præſentis temporis, ſed

Texo tantum futuri,de quo infra: Nexo eſt idem quod necto uel nexo as. Texo ſignificat formo pannum , unde textor & textrinum uel textrina locus ubi texitur. Etiam dicitur textrinus a um,ut opus textrinum. Accipitur texo pro compono quodcunq;. Inde textum, id eſt, compoſitio. Verg. Et clypei non enarrabile textum. Idem ſignificat textus quartæ declinationis , quod tamen accipitur uulgo pro ſcriptura principali ſcil. quæ non eſt gloſſa.

Contexo compono. Detexo idem. Ver. Viminibus mol-
iq; paras detexere iunco. Intexo idem. Prætexo .i. abſcon-
do uel tego. Vergil. Coniugium uocat, hoc prætexit no-
mine culpam. Prætextum excuſatio uel ficta cauſa. Quan-
doq; ſignificat ante texo. Vnde prætexta dicitur toga, cui
purpura intexta, qua adoleſcentes nobiles utebantur. Re-
texo quandoq; ſignificat iterum texo uel reformo. Ouid.
Luna quater plenum tenuata retexuit orbem, id eſt, ſuum
circulum. Etiam ſignificat diſſoluo, quod erat textum.
Tull. Itaq; iam retexo orationem meam.

POſt prædicta uide quæ ſit formatio quar-
tæ.

Nunc agendum eſt de uerbis quartæ coniugati-
onis, de quibus ponitur ſola una terminatio, ſcil. cio. De-
inde ſequitur regula generalis, de omnibus alijs termi-
nationibus. Nota quod omnia uerba quartæ coniuga-
tionis terminantur in io, præter eo & queo cum eorum
compoſitis, ut adeo ueneo, &c. Nota quod uerba quar-
tæ coniugationis habent am in futuro indicatiuo, ut au-
diam dormiam. Excipiuntur eo & queo cum ſuis com-
poſitis, quæ habent bo, ut ibo, exibo, quibo, nequibo.
Sed ueteres etiam alia uerba habebant bo in futuro.
Terentius, Iam ſcibo. Idem, Hic ego uirum operi-
bor. Prouerbiorum primo, Imprudentes odibunt ſci-
entiam. Item in Pſalmis legimus patibor pro patiar, &
mentibor pro mentiar. Quæ omnia ſcienda ſunt, non
imitanda.

De formatione præteritorũ & ſupinorũ quartæ coniugationis

...at cio xi, quotiens n præuenit, hac ſine
...t ſi.

...on ſine compoſitis, debent diſſyllaba de-
...i.

...ec faciunt iui, ſic format ſancio uel xi.

Verba

Verba quartæ coniugationis in cio, ſi n præcedit cio
faciūt xi in præterito, ut ſancio ſanxi, uincio uinxi. Si nō
præcedit n habent ſi, ut farcio farſi, ſarcio ſarſi, raucio rau
ſi, fulſio fulſi. Excipiuntur diſſyllaba quæ habent iui cum
ſuis compoſitis, ut ſcio ſciui, neſcio neſciui, cio ciui, con-
cio conciui. Sancio quandoq; etiam habet iui, & ſic habet
duplex præteritum & duplex ſupinum, ſcilicet ſanxi ſan-
ctum, & ſanciui ſancitum. Nota quod plura ſunt uerba in
cio habentia iui, ut amicio crocio ferocio glocio. Singul-
tio autem non eſt hic ponendum, quia ſcribitur per tio.
Sancio, id eſt, firmo, & proprie effuſo ſanguine, id eſt, per
Sancio immolationem hoſtiæ. Lucan. Romanas ſancire uolunt
hoc ſanguine leges. Ponitur pro ſacrare. Vincio, id eſt,
Vincio ligo, unde uinctus & uinculum. Deuincio, id eſt, obligo
uel coniungo. Tull. Sanguinis coniunctio deuincit homi-
nes charitate. Fartio ſignificat ſaturo uel repleo, unde
Fartio farcimen & fartum, pølſſ. Refertio, repleo, unde refertus,
id eſt, repletus. Offertio idem. Infertio, ind at ſtoppe.
Sartio, at ſy. Vnde ſarctor & ſarcinare, id eſt, ſarcire. Re-
Sartio ſartio reficio. Raucio, id eſt, raucam uocem emitto. Ir-
Raucio raucio idem. Fulcio, id eſt, ſuſtineo, at ſiytte. Verg. At-
Fulcio lantis duri qui cœlum uertice fulcit. Refulcio & fulcio
idem. Scio habeo ſcientiam. Inſcius non ſciens. Quan-
Scio doq; ſcio ſignificat ſtatuo. Vnde ſcitum, id eſt, ſtatutum.
Præſcio ante ſcio, Reſcio, id eſt percipio. Plaut, Quid fu-
turum eſt cum ſenex hoc reſciuerit. Conſcire eſt de ſe ſci-
re, & proprie malum. Horat. Nil conſcire ſibi nulla pal-
leſcere culpa, unde conſcius & conſcientia, id eſt, ſui ſcien-
tia. Cio, id eſt, uoco. Accio aduoco, unde accitus parti-
Cio cipium, id eſt, aduocatus. Excio euoco. Concio conuoco
uel infero, ut, Cato conciuit ſibi mortem. Crocio eſt
Crocio uociferor ut coruus, unde crocitus 1 longa dicitur uox
coruina, & crocitare frequenter crocire. Glocire eſt lo-
Glocire nare ut gallinæ, quando incubant ouis. Iſta duo ſunt uer-
ba fictitia, id eſt, a ſono uocis formata. Ferocio fio fe-
Ferocio rox, id eſt, animoſus. Vino ferociunt homines.

De uerbis quartæ quæ dat cio dicta notate.
Cætera præteriti uocem fecere per iui.

Omnia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Omnia alia uerba quartæ coniugationis habent iui
in præterito, cuiuſcunq; terminationis fuerint, ut audio
audiui,ſuperbio ſuperbiui,eo iui, queo quiui,ueneo. Ex-
cipiuntur tamen aliqua,de quibus poſtea dicetur. Ponam
nunc ſecundum ſingulas terminationes aliqua exempla
regulæ cum ſuis ſignificatis. Ambio,id eſt,circumeo,ut Ambio
upus ambit ouile, ponitur pro cupio, & maxime hono-
es. In libro Maccabæorum, Iaſon ambibat ſummum
acerdotium. Inde ambitus & ambitio, de quibus infra
licetur. Superbio ſum ſuperbus. Audio at høre. Po- Superbio
itur pro obedio, & ſic uult datiuum. Exaudio, at erhø- Audio
is i ſin bøn, uel id quod audio. Obaudio quandoq; ſig-
ificat audio,quandoq; obedio, quandoq; non audio.
aſtidio contemno. Erudio,doceo & corripitur u.Oui- Faſtidio
ius,Hortaturq; ſequi, damnoſas erudit artes. Rudimen- Erudio
um, id eſt, eruditio. Impedio,id eſt, inuoluo. Accipitur Impedio
ro noceo. Expedio,id eſt,ſoluo aut libero.Terent.Quo- Expedio
odo me ex hac turba expediam ? Ponitur pro cito
ro. Compedio,id eſt,ligo pedes, unde compes. Suf- Compe-
o fumigo. Verg. At ſuffire thimo ceraſq; reſcindere ma- dio
s. Sagio acute ſentio uel prudens ſum,unde ſagax, id Suffio
t,prudens. Præſagio, id eſt, præſentio uel prouideo. Sagio
ræſagus prouidus. Vagio puerilem uocem emitto, nã Vagio
fantes lacrymantes uagire dicuntur. Inde uagitus cla-
or infantium, & producit i. Mugio,id eſt, ſono ſicut Mugio
os. Mugitus ſonus bouis. Rugio, ſono ſicut leo. Ir- Rugio
igio idem. Inde rugitus. Sallio ſale condio,unde ſali- Sallio
s,id eſt,ſalſus. Polio,id eſt,orno.Politus,id eſt,orna- Polio
s. Expolire exornare. Impolitus non ornatus. Mol- Mollio
o facio molle. Bullio bullas facio uel ferueo, ut aqua Bullio
ullit,legitur etiam bullo as, pro eodem. Dormio, at Dormio
ſfue. Edormio,dormiendo pello. Gell. Donec diſcipuli
octurnum uinum edormiant. Indormio,ind at ſoffue.
hannes indormit cænæ, id eſt,in cæna. Redimio caput Redimio
rno uel corono. Redimiculum eſt ornamentum capitis. Gannio
annio,inepte clamo. Inanio,facio inane. Petrus ina- Inanio
uit caninum. Exinanio idem. Grunnio, uocifero ut Grunnio
orcus, quia grunnire porcorum eſt. Hinnio, ſono ut Hinnio
ui. Hymnio,id eſt, laudo uel cano hymnum. Tin- Hymnio

 Tinnio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Lippio nio,id eſt, ſono, & proprie dicitur de uaſis æreis. Lip-
pio,id eſt, lippus ſum. Tullius, Cum leuiter lippirem
has literas dedi. Lippus dicitur cuius oculi flunt liquo-
Sopio re. Sopio,facio dormire. Hæc potio ſopit hominem.
Inde ſopor,id eſt,ſomnus,ſed ſopor corripit primam,ſo-
pio producit. Naſo, Quæ me non poſſum potui ſopire
Garrio draconem. Garrio, multa & inepta loquor, & maxi-
me dicitur de minoribus auibus. Inde garrulus, id eſt,lo-
Sarrio quax. Sarrio, id eſt,purgo. Inde ſarculum & ſarmen-
Prurio tum,de quibus ſupra. Prurio, at kløe eller iucke, ut ca-
Ligurio put prurit tibi. Ligurio,id eſt, guloſe conſumo. Abli-
gurio & obligurio idem. Terent. Itidem patria qua abli-
Abortio gurierat bona. Abortio,facio abortum. Abortus,død
Cæcutio fød. In Iob, Bos eorum abortiuit. Cæcutio, id eſt, ad
Effutio morem cæci me habeo uel erro. Effutio effundo uel
Blactio ſtulte loquor. Blactio uel deblactio, id eſt, inaniter &
Balbutio ſtulte loquor. Balbutio, at ſtamme, & producit u, ſi-
Geſtio cut effutio & cæcutio. Geſtio,moueor præ gaudio, uel
Laſciuio geſtibus oſtendo læticiam. Laſciuio, laſciuus & petu-
Sæuio lans ſum,ut uino & lacticinijs caro laſciuit. Sæuio ſæ-
uus & crudelis ſum. Deſæuio ualde ſæuio. Quandoq; ſi-
Seruio gnificat depono ſæuitiam. Seruio ſeruus ſum, ſeruio &
dominor ſunt contraria, ſicut ſeruus & dominus. Inſer-
uio eſt ſponte ſeruio, nam ſeruire eſt neceſsitatis, inſer-
Proteruio uire uoluntatis. Proteruio proteruus ſum. Proteruus,
id eſt,petulans uel malignus.

Sed legem caſſant hanc caſſus & inde creata,
Haurio ſepio ſentio ſi, ui cambio uel pſi.
Dat uenio ueni, ſic quæ componis ab illo,
Dat ſalio ſalui, ſalij quoq; ſiue ſaliui.

A regula prædicta excipiuntur ſex uerba, quæ ſig-
nificantur literis huius dictionis caſſus, cambio haurio
ſepio ſalio uenio ſentio. Nam haurio habet hauſi, ſepio
ſepſi, ſentio ſenſi, cambio cambiui uel campſi, uenio facit
ueni cum ſuis compoſitis, ut aduenio adueni. Item ſalio
habet tria præterita,ſcilicet, ſalui ſaliui & ſalij per ſynco-
Haurio pen. Haurio proprie ſignificat aquam accipio, unde
hauſtrum

hauſtrum dicitur uas in quo hauritur. Ponitur ſæpe ge-
neraliter pro accipio, ſed addito ablatiuo, ut hauſi oculis,
id eſt, uidi, hauſi auribus, id eſt, audiui, hauſi animo, id
eſt, intellexi. Item pro uideo ſine ablatiuo ponit Vergili-
us. Hauſit cœlum mentemq́ recepit. Item pro ebibo. Idem,
Ille impiger hauſit ſpumantem pateram. Et pro confo-
dio uel percutio. Idem, Per tunicam ſqualentem auro la-
tus haurit apertum. Exhaurio, id eſt, euacuo uel conſu-
mo, ut diutinum bellum exhauſit ærarium. Sepio ſi- Sepio
gnificat obſtruo uel circundo. Et legitur quandoq́ face-
re præteritum ſepiui, ſed melius ſepſi. Vergilius, At Ve-
nus obſcuro gradientes aere ſepſit. Inde ſepes de quo ſu-
pra, & ſeptum, id eſt, locus circunclusus uel ouile. Sen- Sentio
tio, aliqua ſenſu percipio, ſæpius ſenſu tactus, ut ſentio
plagam a te mihi incuſſam. Ponitur pro intelligo. Pru-
dentius. Sentio quam contra moueant pallatia litem. Item
pro iudico uel opinor. Perſius, De Ioue quid ſentis? Aſ-
ſentio uel aſſentior potius, id eſt, cum aliquo ſentio uel
concedo. Conſentio idem. Vnde nomina conſenſus &
aſſenſus. Diſſentio, id eſt, non conſentio uel aliter ſen-
tio. Præſentio ante ſentio uel præuideo. Cambio ſig- Cambio
nificat mutuo pecuniam uel alias res, unde campſor. Priſ-
cianus ſequens Cariſium Grammaticum poſuit ſolum
præteritum campſi. Venio notæ ſignificationis eſt. Ad- Venio
uenio ad aliquem uenio. Vnde aduentus & aduentare
frequentatiuum, id eſt, ueniendo propinquo. Conuenio
in unum locum uenio, unde conuentus, id eſt, congre-
gatio hominum. Conuenticulum idem. Etiam conue-
nio ſignificat facere pactum uel conſtituere. Vnde con-
uentum, & conuentio dicitur pactum, Oportet te ſta-
re conuentis, id eſt, ſeruare pacta. Etiam eſt alloqui. Te-
rentius, Egomet conueniam eum. Item congruere.
Idem, Hæc fratri mecum non conueniunt. Sic etiam poni-
tur imperſonaliter. Iuuena. Sæuis inter ſe conuenit urſis,
id eſt, ſæui urſi concordes ſunt. Circumuenio, id eſt, cir-
cundo, ut hoſtes circumuenerunt noſtros. Etiam eſt
decipio. Paulus, Ne quis circumueniat in negocio fra-
trem ſuum. Deuenio, id eſt, deorſum uenio. Euenio acci-
do uel contingo. Inde euentus, id eſt, caſus. Obuenio,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

id eſt, euenio. Prouenio, for at komme. Prouentus, id eſt, redditus uel productio. Præuenio ante uenio. Iohannes præuenit me. Interuenio inter aliquos uenio. Terent. Interuenit homo de improuiſo. Etiam ſignificat rogo, ut interueni pro clero. Nota quod uenio & eius compoſita in præſenti & temporibus a præſenti formatis corripiunt e, ſed in præterito producunt e. Item prima perſona præteriti perfecti & ſecunda perſona præſentis imperatiui ſcribuntur ſimiliter in uerbo uenio & eius compoſitis, ſed inæqualiter proferuntur. Nam ueni ſi eſt præteritum producit e, ſi eſt imperatiuus corripit e, ita etiam adueni reueni ſubueni interueni, &c. ſi ſint præteriti temporis indicatiui producunt e, ſi autem præſentis imperatiui corripiunt. e. Item uenimus cum eſt præſentis temporis producit i, cum præteriti eſt corripit.

Salio

Salio facio ſaltũ, at ſpringe. Aſſilio ad aliquid ſalio. Exilio ex aliquo ſalio. Lactantius. Semine depoſito late ſeges exilit aruis. Hinc frequentatiuum exulto, quod proprie ſignificat op at ſpringe. Inſilio ind at ſpringe. Is inſiluit in puteum. Vnde inſulto quod quandoq; ſignificat ſalto. Vergil. De equo inſultare ſolo. Quandoq; ſignificat derideo, ut dæmones inſultant damnatis animabus. Præſilio ante ſalio. Vnde præſultor qui ducit choream. Reſilio rurſum ſalio, ut pila reſilit. Inde reſulto. Proſilio pro curro. Tranſilio, offuer at ſpringe, ut tranſiliui hanc foſſam. Omnia compoſita uerbi ſalio mutant a in i breue.

Quæq; parit pario ſimul excipiantur, & aio.
A pario dant nata rui, niſi quod reperire,
Comperioq; peri faciendo præteriere.

A regula prædicta, ſcil. (Cætera præteriti) excipiuntur etiam compoſita uerbi pario, quorum duo habent rui in præterito, aperio aperui, operio operui, & duo habent ri, ſcil. comperio comperi, & reperio reperi uel repperi. Simplex autem pario eſt tertiæ coniugationis, de quo dictum eſt. Excipitur etiam aio, quod caret præterito perfecto, ſed de hoc dicetur poſt inter defectiua. Excipiuntur etiam uerba meditatiua, ut lecturio dicturio, quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

arent præteritis, ut infra dicetur. Aperio, op at lade, ut Aperio
aperui fores. Etiam ſignificat detego uel denudo, ut effigiem Chriſti crucifixi tranſiens, caput cordis tui aperies. Item accipitur pro declaro uel oſtendo. Operio, id eſt, tego, unde operculum & operimentũ tegmen. Item ab operio ſunt decompoſita cooperio, adoperio, quæ idem ſignificant quod operio. Redoperio, id eſt, rurſus operio. Operior deponens ſignificat expecto. Comperio, id eſt, inuenio uel percipio, ut comperi te ludentem. Dicitur etiam compertum eſt mihi, & compertum habeo, id eſt, bene ſcio. Reperio, id eſt, caſu inuenio, & poteſt in præterito habere ſimplex p, & etiam duplex pp, ut patet in hoc diſticho Auſonij: At qui depoſuit poſtquam non reperit aurum, Aptauit collo quem reperit laqueum. In priori uerſu eſt duplex pp, quia producitur prima ſyllaba. In altero uerſu eſt unum p, quia corripitur.

n xi præterita per ctum fecere ſupina.
præeunte uel r ſi tum facit, hac ſine dat ſum.
xcipias hauſtum dans haurio, ſepio ſeptum.
Ut uenio ſic dant ab eo uenientia uentum.
t quicquid pario parit r præeunte facit tum.

Verba quartæ coniugationis habentia xi in præterito habent ctum in ſupino, ut uincio uinxi uinctum, ſancio ſanxi ſanctum. Quæ uero habent ſi in præterito, ſi præcedit l uel r, faciunt in ſupino tum, ut fulcio fulſi fultum, fartio farſi fartum. Si non præcedit l uel r faciunt ſum, ut raucio rauſi rauſum, ſenſio ſenſi ſenſum. Excipiuntur haurio hauſi hauſtum, ſepio ſepſi ſeptum, uenio facit in ſupino uentum, ita etiam compoſita, ut aduenio aduentum, præuenio præuentum. Item omnia compoſita uerbi pario habent ertum, ut aperio apertum, operio opertum, comperio compertum, reperio repertum. Sunt etiam deponentia uel communia a uerbo pario, quæ habent ertum in ſupino, ut operior opertum, experior expertum. Nota quod tantum duo ſunt uerba huius coniugationis habentia xi in præterito, ſcil. uincio & ſancio, quod tamen etiam habet iui itum, ut prædictum eſt. Item

ab haurio fit nomen hauſtus, dryck. Naſo, Hauſtus aquæ mihi nectar erit. Item hauſtus participium ſignificat potatus. Nota quod compoſita à fartio ſartio & pario mutant a in e in præſenti, præterito & ſupino.

Iui præteritum ſemper transfertur in itum,
Dat ſalio ſaltum, ſed componentia ſultum.
I quibus eripitur duo deme ſupina, ſepultum,
Quod ſepelire facit, amicire ſupinat amictum.

Omne uerbum quartæ coniugationis habens iui in pręterito, habet itum in ſupino, ut audiui auditum, dormio dormitum i producta. Excipiuntur tria uerba, ſcilic. ſalio ſaltum, ſepelio ſepultum, amicio amictum. Salio tamen etiam habet in præterito ſaliui, & ſecundum illud præteritum non excipitur a regula prædicta, tamen ſemper habet ſaltum in ſupino, & compoſita eius habent ultum, ut aſſilio aſſultum, reſilio reſultum, exilio exultum, &c. quod oſtendunt eorum frequentatiua, reſulto exulto inſulto, de quibus prædictum eſt. Excipitur etiam ſingultio ſingultiui ſingultum per ſyncopen. Vnde frequentatiuum ſingultare. Sepelio ſignificat defunctum recondo ubicunq;, nam in terra recondere dicitur humare. Sepulchrum ſepultus & inſepultus, id eſt, non ſepultus, unde Quintil. Qui in calamitate parentes deſeruerit, inſepultus abiiciatur. Amicio, id eſt, ueſtio. Amictus, id eſt ueſtitus. Amiculum, id eſt, ueſtimentum. Singultio, id eſt, ſingultum emitto, ſicut faciũt laſſi, & infrigidati. Vnde aduerbium ſingultim, id eſt, ſingultiendo uel cum ſingultu. Hora. Vt ueni coram ſingultim pauca locutus. Et ſingultare frequentatiuum, id eſt, ſingultum emitttere. Statius, Semineces pueri trepidas in limine uitæ Singultant animas. Etiam ſignificat frequenter ſingultire.

Sepelio

Amicio

Singultio

A queo compoſita uel eo breuiare ſupina
Conſtat, & ambitum non corripit ambio ſolũ.

Hæc uerba eo & queo cum ſuis compoſitis corripiunt i in ſupino, ut adeo adiui aditum, nequeo nequiui nequitum, exo exiui exitum. Sed ambio producit itum,

quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quod probat participium eius ambitus. Ouidius, Iuſſit & ambitæ circundare littora terræ. Nomen tamen ambitus corripit i. Lucan. ambitus & luxus & opum metuenda facultas. Nota quod omnia uerba quartæ coniugationis, quæ habent itum in ſupino producunt i, præter eo & queo cum eorum compoſitis, ut dictum eſt. Eo, at gaa eller vandre. Abeo, bort at gaa. Adeo, til at gaa. Coeo ſimul eo uel conuenio. Obeo, id eſt, circumeo. Quandoq; ſignificat perago, ut obeo meum munus .i. perago meum officium. Obeo mortem, id eſt, morior. Item obeo per ſe ſignificat mori. Iuuen. Magnus ciuis obit. Vnde obitus .i. mors. Pereo, at forgaa. Plaut. Ego illum periiſſe dico, cui perijt pudor. Prodeo, id eſt, procedo, quaſi porro eo. Ter. Dromo pulſitat fores, anus quædam prodijt, & aperuit oſtium. Subeo, ſub aliquid eo, uel ſuper aliquid eo uel adeo. Etiam ſignificat in mentem uenio. Verg. Subijt chari genitoris imago, id eſt, cogitaui de patre meo. Tranſeo, offuer at gaa, ut tranſiui forum. Etiam ſignificat, til at gaa. Circumeo, om at gaa. Prætereo, for at gaa, ut Petrus præteriuit me. Etiam ſignificat, hen at gaa, ut cito præterit tempus. Queo, id eſt, poſſum. Nequeo non poſſū. Veneo etiam eſt compoſitum ab eo, habens ueniui in præterito, uenum in ſupino. Sed de hoc poſtea.

Eo · *Queo*

De formatione ſupinorum & circumlocutione præteritorum deponentalium & aliorum ſolum paſſiuam uocem habentium.

Si reperire cupis ex deponenti ſupina,
Actiui finge uocem, formaq; per illam.
Sicut letatum ueritum, ſed plurima uerba
Illa creant aliter, probat hoc ratus atq; miſertus.
Dat fateor faſſum, nullum liquor medeorq;.
Et ueſcor reminiſcor eis adiungere debes.
Hæc circumloquium non ſeruant præteritorū.

Deponentia dicuntur ea uerba, quæ in or deſinunt, nec poſſunt r dimittere, & habent tantum unam ſignificationem, ſcil. actiuam tantum uel paſſiuam tantum. Pleraq; tantum ſignificant actiue prꝙter naſcor & orior. Nota quod nulla uerba deſinentia in or habent propriū prꝙteritum perfectum, ſed tamen circumlocutum per participium præteriti temporis & uerbum ſubſtantiuum, ut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

amor amatus ſum, lætor lætatus ſum, propterea Alexander tantum docet formare ſupina deponentium & non præterita, quia proprijs præteritis carent, & circumlocuta præterita formantur a ſupinis. Nam a ſupinis habent participia præteriti temporis, & ab illis fiunt præterita uerborum, ſicut dictum eſt. Vnde hæc regula etiam poteſt intelligi de paſſiuis & communibus uerbis, quia illa ſimiliter faciunt ſua ſupina & præterita. Nota quod aliqua uerba leguntur deſinere indifferenter in o & in or, ſub o ſunt actiua uel neutra, ſub or deponentia, ut iurgo nimo luxurio uillico numero partio execro fluctuo punio modulo adulo pignero prędo tuto pacifico uocifero ludifico palpo trutino populo ſtabulo mereo uel or. In una tamē uoce magis uſitata ſunt quam alia.

Hic ponuntur multa deponentia uerba cum eorũ ſignificatis

Nota quod omnia deponentia primæ coniugationis habent in ſupino atum a producta, ut prædor prædatum, luctor luctatum. In ſecunda coniugatione pauca ſunt deponentia, tamen irregulariter habent itum i curta, ut uereor ueritum, mereor meritum, polliceor pollicitum. Excipiuntur reor ratum, miſereor miſertum, fateor faſſum, confiteor confeſſum. Medeor caret ſupino, ſicut liquor ueſcor reminiſcor, quæ ſunt tertiæ coniugationis. De deponentibus tertiæ & quartæ coniugationis dicetur infra.

Abominor

Abominor, id eſt, ſperno, quaſi malum omen repello. Salom. Abominantur iuſti uirum impium.

Adulor

Adulor u producta .i. blandior & loquor ad gratiam. Legitur etiam adulo. Lucretius, Longe alio pacto gannitu uocis adulant. Valer. Max. Si Dionyſium non adulares iſta non eſſes, id eſt, comederes.

Aſſentior

Aſſentior, id eſt, cum alio ſentio, & eius omnia facta & dicta laudo.

Adminiculor

Adminiculor adiuuo. Adminiculum conſilium uel ſuſtentatio.

Auerſor

Auerſor ſperno. Boe. Auerſamini uicia, colite uirtutes.

Aduerſor

Aduerſor, id eſt, ſum aduerſus uel contrarius.

Arbitror

Arbitror, id eſt, iudico uel exiſtimo.

Altercor

Altercor litigo. Veteres dicebant alterco. Terent. Cum patre altercaſti dudum. Sed nos dicemus altercor, teſte Donato.

Auguror

Auguror, id eſt, coniecto uel puto.

Bacchor

Bacchor inſanio, ſicut repletus Baccho, id eſt, uino. Debacchor idem ſignificat. Terent. Si ſatis debacchatus es, audiam nunc.

Belligeror

Belligeror gero bellum.

Bouinor

Bouinor, id eſt, derideo cum clamore.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

more. Calumnior facio calumniam, id eſt, iniuriam Calũnior
uel moleſto. Cauſor cauſam dico uel excuſo, uel ra- Cauſor
tione probo. Cauillor derideo. Cauillum deriſio. Etiam Cauillor
cauillari eſt fallacia uti. Cauponor caupo ſum uel cau- Cauponor
ponam habeo uel emo. Crapulor crapula utor. Con- Conuiuor
uiuor conuiuiũ habeo. Conuitior cum clamore deri- Conuitior
deo. Iſte conuitiatur mihi. Comitor ſequor. Conor Comitor
laboro, uel inſto & facere cupio. Contor quæro. Conor
Cunctor expecto. Concionor loquor concione uel Contor
prædico. Dignor dignum habeo. Verg. Haud equidem Cunctor
tali me dignor honore. Dedignor non dignor. Indignor Cõcionor
iraſcor. Digladior, gladio pugno, at ſkerme. Diua- Dignor
ricor diſtendo pedes, at ſcreffue. Depeculor furor rem Digladior
principis uel populi. Aemulor imitor uel ſequor in Diuaricor
moribus uel operibus. Salom. Non æmuleris hominem Depeculor
malum. Quandoq; ſignificat amare, quandoq; inuidere. Aemulor
Epulor, facio epulum, id eſt, conuiuium, ut ſuperius dictũ Epulor
eſt. Execror maledico uel odio. Verg. Dirum execran- Execror
tur bellum. Fabulor loquor uel fabulam profero. Fabulor
Facetior facetias profero uel iocor. Ferior, ferias ago Facetior
uel feſtum celebro, ut cras feriabimur. For loquor. Af- Ferior
for alloquor. Effor eloquor. Præfor præloquor. For- For
nicor adeo fornicem uel impudice ago. Furor, at ſtiele. Fornicor
Fruſtror defraudo. Fruticor ſupra patuit. Frutex. Graſ- Furor
ſor crudeliter ago uel occido. Etiam eſt id quod gradior. Fruſtror
Gratulor de alicuius bono lætor apud ipſum. Etiam ſig- Graſſor
nificat ago gratias. Grator, id eſt, gratulor. Verg. Inue- Gratulor
ni germana uiam gratare ſorori. Glorior gloriam Grator
habeo uel lætor. Propheta, Quid gloriaris in malitia? Glorior
Hallucinor erro. Quidam ſine h ſcribunt. Hariolor Hallucinor
coniecto. Hariolus coniector, qui futura prædicit. Hel- Hariolor
luor deuoro uel guloſus ſum. Hoſpitior, hoſpitio accipio Helluor
uel accipior. Eſt enim uerbum commune. Iaculor iacto. Hoſpitor
Ouid. Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra. Ian- Iaculor
tor uel ientor, mane comedo. Vnde ientaculum comeſtio Iantor
ante meridiem. Legitur etiam iento apud Sueto. Imagi- Imaginor
nor excogito. Imitor ſequor in moribus. Inficior Imitor
nego. Iuuen. Nunc ſi depoſitum non inficiatur amicus. Inficior
Inſidior pono inſidias. Diabolus inſidiatur nobis nocte Inſidior

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Lamentor
latrocinor
Lenocinor
Lignor
Luctor
Ludificor
Machinor
Malignor
Mœchor
Medicor
Mercor
Meditor
Metor
Miſeror
Mutuor
Nauiculor
Negocior
Nidulor
Nundinor
Nugor
Ominor
Opitulor
Obſonor
Opinor
Ocior
Operor
Patroci-nor
Peregri-nor
Periclitor
Peculor
Præſtolor
Pigritor
Piſcor
Precor
Querulor
Quiritor
Ratioci-nor

Lamentor dicꝫ: Lamentor conqueror. Lamentum querela flebilis. Latrocinor facio latrocinium. Lenocinor facio lenocinium, uel orno corpus, quia lenocinium dicitur ornatus corporalis. Lignor ligna affero. Luctor nitor aliquem proſternere. Colluctor cum alio luctor. Obluctor contra aliquem luctor uel reſiſto. Ludificor deludo, uel decipio. Machinor excogito uel callide facio. Malignor maligne ago. Pſal. Qui malignantur exterminabuntur, id eſt, peribunt. Mœchor facio adulterium. Non mœchaberis. Mœchus Græce, adulter Latine. Medicor medicinam do uel ſano. Mercor emo. Meditor cogito. Metor pono uel conſtituo. Miſeror miſericordiam facio. Vergilius, Et res miſerabere fractas. Etiam ſignificat defleo. Titus Liuius, Lacrymæ mulieri obortæ ſunt, & miſerari cauſam adoleſcentis cœpit, qui ſpoliatus fortunis erat. Mutuor mutuum accipio, at laane. Pſalm. Mutuabitur peccator & non ſoluet. Nauiculor nauigo in nauicula. Negocior facio negocium uel exerceo mercaturam. Nidulor nidifico, at bygge reede. Nundinor exerceo nundinas. Nugor mentior. Plautus, Non mihi nugari potes. Ominor coniecto a nomine omen. Plinius, Ominamur tibi in proximum annum Conſulatum. Opitulor opem fero uel adiuuo. Obſonor o producta, emo obſonium, id eſt cibum. Opinor habeo opinionem. Ocior ſum ocioſus. Operor facio opus. Patrocinor ſum patronus uel defendo. Peregrinor longe proficiſcor. Periclitor periculum ſubeo uel experior. Peculor furor rem ſacram uel publicam uel principis. Pigritor piger ſum. Piſcor piſces capio. Præſtolor expecto. Precor rogo. Deprecor precibus auerto. Prædor prædam aufero. Querulor, at beklage. Quiritor quirites inuoco. Ratiocinor rationibus probo, uel ſignificat computo. Refragor uerbis reſiſto uel contra dico. Rhetoricor utor Rhetorica. Rimor inquiro uel inſpicio, quaſi per rimam uideo. Rixor litigo. Corrixor cum alio litigo. Speculor conſidero uel aſpicio. Stomachor indignor. Stipendior milito, uel ſtipendia mereor. Suffragor uerbis inuoco uel intercedo, uel ſimpliciter iuuo, unde ſuffraganeus. Suſpicor ſuſpicionem habeo uel puto.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſcrutor inquiro. Tergiuerſor terga uerto uel fugio uel Refragor
edo. Teſtor teſtis ſum. Etiam ſignificat in teſtem ac- Rhetoricor
ipio, & tunc petit accuſatiuum, ut teſtor Deum. Etiam
ignificat facere teſtamentum, unde Teſtator, qui fa- Teſtor
it teſtamentum. Inteſtatus, qui non facit teſtamentum.
Deteſtor odio. Salom. Arrogantiam & ſuperbiam & os
bilingue deteſtor. Iureconſulti accipiunt deteſtari pro de-
nunciare abſenti. Proteſtor aperte teſtor uel manifeſte Vador
denũcio cauenda. Obteſtor ualde oro uel imploro. Va-
dor uadibus aut ſponſoribus obligo uel detineo, quod
ulgus dicit arreſtare. Plaut, Vadatur hic me. Idem, Vbi Vagor
u es qui conuadatus es me Veneris uadimoniis? Vagor
agus ſum uel diſcurro. Euagor diuagor idem ſigni- Vaticinor
cant. Vaticinor propheto. Velitor more uelitum pu- Velitor
no. Velites ſunt milites haſtati. Venor, at iage. Plaut. Venor
ulticia eſt uenatum ducere inuitos canes. Ponitur pro
ptare. Horat. Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor. Verecũdor
erecundor habeo uerecundiam. Plaut. Verecundari ne- Vereor
inem apud menſam decet. Vereor timeo. Plinius,
Multi famam, pauci conſcientiam uerentur. Reuereor
honoro. Vnde reuerentia & reuerendus, id eſt honorabi- Mereor
s. Subuereor paululum uereor. Mereor, at fortiene, Liceor
e hoc poſtea. Liceor præbeo pecuniam pro re emenda,
onitur pro æſtimo. Perſi. Et centum Græcos curto cen-
uiſſe licetur. Plautus poſuit liceo pro liceor. Quiq; lice-
unt præſenti pecunia. A liceor fit licitor frequentati-
um, quod idem ſignificat. Vnde licitator, qui defert aut Polliceor
præbet precium in actione. Polliceor, id eſt, ſponte Reor
romitto. Reor puto uel opinor, & habet, ſecundum
hocam, ſolum unum participium ratum. Ouidius, Sum
atus eſſe feram, telum uolatile miſi. Eſt aliud ratus no-
men, quod ſignificat firmus. Cicero, Non debet ratum
eſſe, quod factum eſt per uim. Vnde irritus, id eſt, non ra- Miſereor
us. Senec. Reluctante natura irritus labor eſt. Miſere-
or, at forbarme eller at yncke, & regit genitiuum uel da-
iuum, ut miſerere mei Deus, & miſerere nobis. Veteres
dicebant miſereo. Vnde imperſonale miſeret, & inchoa-
iuum miſereſco. Vergil. His lachrymis uitam damus & Fateor
miſereſcimus ultro. Fateor, id eſt, loquor & concedo,

ut fateor

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ut fateor culpam meam, fateor errorem, fateor me pec-
caſſe. Confiteor, id eſt, ſimul fateor. In Epiſtola Iacobi
habetur, Confitemini alterutrum peccata ueſtra. Quan-
doq; ſignificat laudo, ut ibi, Confitemini Domino quo-
niam bonus. Profiteor aperte & manifeſte fateor, ut iſte
non audet profiteri patriam ſuam. Ille profitetur ius pon
tificum uel medicinam, id eſt, fatetur ſe ſcire ius, &c. Tu
profeſſus es ſacram ſcripturam. Diffiteor, id eſt, non fate-
Medeor — or uel nego. Medeor, id eſt, do medelam. Tull. Philoſo-
phia medetur animis. Eſt præterea unum deponens ſe-
Liquor — cundæ coniugationis, Tueor, de quo paulo poſt. Liquor,
id eſt, liqueo, at ſmelte. Naſo, Liquitur ut glacies incerto
Veſcor — ſaucia ſole. Veſcor, id eſt, paſcor, & iungitur ablatiuo,
ut libenter ueſcor aſſis carnibus. Vergil. Si ueſcitur aura
Reminiſcor — ætherea. Conueſcor ſimul ueſcor. Reminiſcor recor-
dor. Nota quod prædicta quatuor uerba quamuis carent
proprijs præteritis, tamen ſecundum Diomedem habent
accommodata, ut medeor medicatus ſum, ueſcor paſtus
ſum, liquor liquefactus ſum, reminiſcor recordatus ſum.

Diſce ſupina dare per deponentia ternæ.
Greſſus commentus fruitus fructusq; profectus
Et fretus & lapſus nactus quoq; pactus adeptus
Vltus & iratus oblitus functus & uſus.
Queſtus complexus niſus uel dicito nixus.

Deponentia tertiæ coniugationis non habent unam
regulam formandi ſupina & præterita, ideo ponuntur
hic participia eorum præteriti temporis, a quibus facile
eſt formare uel ſupina uel pręterita uerborum. Vnde gra-
dior habet præteritum greſſus ſum, comminiſcor com-
mentus ſum, fruor fruitus fructus & fretus, proficiſcor
profectus ſum, labor lapſus ſum, nanciſcor nactus ſum,
paciſcor pactus ſum, adipiſcor adeptus ſum, ulciſcor ultus
ſum, iraſcor iratus ſum, obliuiſcor oblitus ſum, fungor
functus ſum, utor uſus ſum, queror queſtus ſum, com-
plector complexus ſum, nitor niſus uel nixus ſum.
Gradior — Gradior ſignificat eo, unde gradus, id eſt, proceſſus uel
per quod itur. Aggredior, til at gaa, ut aggrediamur ho-
ſtes. Con-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſtes. Congredior conuenio uel colloquor. Congreſſus
ſocietas uel colloquium. Digredior procedo uel diſcedo.
Egredior exeo. Ingredior intro eo, uel gradior. Progre-
dior procedo. Transgredior tranſeo. Sap. Ne transgre-
diaris terminos, quos poſuerunt patres tui. Commi- Commi-
niſcor ſignificat excogito. Terent. Quid agam aut quid niſcor
omminiſcar? Inde commentum, id eſt, figmentum. Idem.
Mihi quidem non fit ueriſimile, at ipſis commentum pla-
et. Vnde & commentor aris frequentatiuum. Philel. Cu-
io quædam tecum hodie commentari, id eſt, tractare.
ruor, id eſt, delector. Verg. Fruiturq; Deorum colloquio. Fruor
ructus quandoq; eſt participium a fruor. Tull. Summa
menitate fructus eſt. Quandoq; eſt nomen, & ſignificat
d quod naſcitur, de hoc nomine ſuperius. Fretus quan-
oq; ſignificat uſus. Terent. Dauum optime uideo, cuius
onſilio fretus ſum. Quandoq; ſignificat confiſus. Quint.
ua fretus humanitate id egeram. Nullum legi Gram-
aticum, qui dicat fretus eſſe a uerbo fruor. Fruiſcor, id
t, fruor. Proficiſcor ſignificat eo, at reyſe eller at van- Proficiſ-
e. Labor, id eſt, cado. Allabor a producta ad aliquem cor
do. Collabor concido. Delabor decido. Dilabor pereo. Labor,
ull. Male partum male dilabitur. Elabor excido. Num-
us elapſus eſt manibus meis. Etiam ſignificat euado uel
fugio. Verg. Ecce autem elapſus Pyrrhi de cæde Polites.
abor incido. Prolabor procul cado. Relabor rurſus ca-
). Hora. Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor. Item
abor fit frequentatiuum lapſor, ut, ægri & ebrij lap-
ntur in itinere. Nanciſcor acquiro. Cum plus ocij na- Nanciſcor
us fuero plura conſcibam. Paciſcor, pactum facio. Paciſcor
ppidani uictu defecti coguntur paciſci cum hoſtibus,
iam ſignificat in pactum peto, at beſkede. Ouid. Vt me-
ſit ſeruata mea uirtute paciſcor. Quandoq; promitto.
em, Difficilem mihi ſe non fore pactus erat. Quandoq;
pactum do. Vergil. Vitamq; uolunt pro laude paciſci.
epeciſcor, id eſt, paciſcor. Tull. Depectus eſt cum hoſti-
is. Adipiſcor acquiro. Tull. Qui adipiſci ueram glo- Adipiſcor
am uolet, iuſticiæ fungatur officijs. Vlciſcor uindico. Vlciſcor
nota quod in eodem ſenſu dicitur ulciſcor te & ulciſ-
r me. Terent. Eſt ubi nos ulciſcar locus. Plaut. Erit ubi

te ulciſcar,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

te ulciſcar, ſi uiuo. Verg. Et tandem læti ſociorum ulciſ-
cimur umbras,id eſt,mortes. Vlciſcor te,id eſt,ſumo de te
ultionem. Vlciſcor me,id eſt, iniuriam meam tibi reddo.
Inultus ſignificat ſine ultione. Nullum malum erit inul-
Iraſcor tum. Iraſcor habeo iram. Obliuiſcor, at forglemme.
Obliuiſcor Fungor,id eſt,ago, ut Iohannes officio boni uiri functus
eſt,id eſt,egit. Fungor uita , id eſt , uiuo. Iſte functus eſt
Fungor uita, id eſt , uixit uel mortuus eſt. Defungor,id eſt, fun-
gor. Defunctus quando ponitur per ſe , ſignificat mor-
tuum,quando additur ablatiuo ſignificat liberatum. Tull.
Defuncti periculis homines uidebantur. Liuius , Defun-
Vtor cta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere. Vtor at bru-
ge. Hora. Quo mihi fortuna ſi non conceditur uti? Abu-
Queror tor male utor. Queror , at klage. Inde querulus qui
queritur. Senes pleriq; ſunt queruli. Conqueror e curta
idem ſignificat. Complector circundo uel compre-
Complector hendo. Nitor laboro agere. Ouidius, Nitimur in ueti-
Nitor tum ſemper , cupimusq; negata. Ponitur pro adhæreo
uel ſuſtentor, ut claudus nititur baculo. Annitor ad ali-
quid nitor. Enitor ualde nitor uel pario. Sedulius , Salue
ſancta parens enixa puerpera regem. Innitor inſiſto uel
inhæreo. Salomon , Ne innitaris prudentiæ tuæ. Obni-
tor & renitor contra aliquem nitor. Et nota quod hæc
omnia producunt i. Nixus nomen eſt partus. Niſus , id
eſt , labor.

Ortus & eſt oriturus , mortuus & moriturus.
Hæc tria ſi dicas orior morior potiorq;.
Declinando potes iris uel eris reperire.
Hinc experrectus faciunt loquor & ſequor utum.
Dat tutum tueor,tuitum tuor ambo tueri.

Orior habet duo ſupina,ſcilicet ortum & oritum, a primo fit participium præteriti temporis ortus, ab altero fit participium futuri temporis oriturus. Morior habet moritum in ſupino , unde moriturus , ſed participium præteriti temporis eſt irregulare, ſcil. mortuus. Item hæc tria uerba orior, morior & potior , inueniuntur quan-

doq; tertiæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

doq; tertiæ coniugationis, quandoq; quartæ, tamen ori-
or & morior utimur nunc tantum in tertia coniugatio-
ne præter infinitiuum, uerbi orior, qui eſt quartæ, ſcilicet
oriri. Potior utimur ſub quarta coniugatione, licet Poe-
tæ ſæpius corripiunt i ante tur in tertia perſona præſen-
tis indicatiui, quod eſt more tertiæ coniugationis. Naſo,
Et potitur capta maurus Hiarbo domo. Hiarbo eſt pro-
prium nomen uiri. Expergiſcor habet ſupinum exper-
rectum. Loquor loquutum, ſequor ſequutum. Tueor ſe-
cundæ coniugationis habet in ſupino tutum, unde par-
ticipium tutus & frequentatiuum tutor. Tuor tertiæ con-
iugationis habet ſupinum tuitum. Vnde intuitus, & habet
infinitiuum tueri, ſicut tueor. Regulariter tuor faceret in-
finitiuum tui, ſicut fruor frui, ſed ad differentiam prono
minis tui (teſte Priſc.) dicimus tueri, tamen eius compoſi-
ta habent infinitiua regularia, ut intuor intui, contuor
contui. Plaut. Ego illud argentum tam paratum filio ſcio
eſſe, quam me hunc ſcipionem contui. Orior ſignificat **Orior**
ergo uel inſcipio uel naſcor, ut ſol oritur, bellum ori-
tur. Adorior .i. aggredior. Aborior non recto tempore
orior, unde abortus & abortiuus, id eſt, non debito tem-
pore natus. Coorior & oborior idem. Vergil. Hos ego
digrediens lacrymis affabar obortis. Exorior, id eſt,
naſcor. Vnde, Carolus Magnus rex ex Auſtraſia (teſte
Raymondo) exortus eſt. Morior at dø. Emorior idem, & **Morior**
corripit o. Tullius, Quid tam ſecundum naturam, quam
ſenibus emori. Commorior, met at dø. Si oportuerit me
commori tibi, non te negabo. Inmorior, idem quod
morior. Horat. Immoritur ſtudijs & amore ſeneſcit ha-
bendi. Potior, id eſt, poſſideo uel habeo. Iohannes po- **Potior**
titur uoto ſuo. Expergiſcor, id eſt, euigilo, uel diligen- **Expergiſcor**
tiam adhibeo. Terent. Ceſſatum usq; adhuc eſt, iam nunc
tu pro Eſchine expergiſcere. Loquor, at tale. Alloquor **Loquor**
tiltale. Eloquor, vd at tale. Vergilius, Eloquor
an ſileam? Colloquor cum alio loquor. Obloquor con-
tra loquor uel reſpondeo. Sequor, at følg. Aſſequor, **Sequor**
efter at følge. Petrus tam longe præceſſit, ut non poſ-
ſim aſſequi eum. Etiam ſignificat acquiro. Conſe-
quor ſimul ſequor uel acquiro. Exequor perficio.
Inſequor,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Inſequor, id eſt, perſequor. Vergil. Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras Inſequitur. Eſt etiam id quod ſequor. Idem, Inſequitur clamorq́; uirum ſtridorq́; rudentum. Obſequor, obedio uel ſequor uoluntatem. Hinc obſequium, id eſt, complacentia uel aſſenſus. Perſequor at forfølge. Et accipitur in bonum & in malum. In bonum. Corne. Nep. Difficile eſt omnia perſequi & non neceſſarium. In malum, Saule Saule quid me perſequeris? Proſequor, id eſt, porro & longe ſequor. Proſequor te laude uel honore, laudo te uel honoro te. Paulus me proſequitur odio, id eſt, odit me. Tueor defendo. Vergil. Huc tandem concede, hæc ara tuebitur omnes. Vnde tutela, id eſt, defenſio. Tutor defenſor pupilli. Etiam ſignificat uidere, unde obtutus, id eſt, aſpectus. Tuor uideo. Intuor inſpicio. Intuitus inſpectio. Contuor conſpicio.

Dat naſcor natum, dat menſum metior, or ſum.
Ordior, & paſſum patior, potiorq́; potitum.
Credo quod exoſus uerbo caret atq́; peroſus.

Naſcor habet in ſupino natum, metior, menſum, ordior orſum, patior paſſum, potior potitum. Exoſus & peroſus carent uerbis a quibus formarentur. Nota quod Priſcianus ponit adhuc unum uerbum deponens tertiæ coniugationis, ſcilicet, fatiſcor, cuius præteritum eſt feſſus ſum. Vnde defetiſcor defeſſus ſum. Vergilius tamen utitur neutraliter fatiſco, niſi forte hoc eſt aliud uerbum ab hiſco compoſitum, de quo poſtea. Nota quod deponentia quartæ coniugationis habent in ſupinis itum i longa, ut mentior mentitum, blandior blanditum, molior molitũ. Ita largior ſartior. Excipiuntur etiam aſſentior aſſenſum,
Naſcor operior opertum, experior expertum. Naſcor ſignificat prouenio in mundum, ut, omnis homo naſcitur nudus, habet duplex ſupinum, ſcil. natum & naſcitum. Vnde participium naſciturus. Agnaſcor ad aliquod naſcor, unde agnati, id eſt propinqui ſanguine, & agnata partes corporis ſuperfluæ. Cognaſcor cum aliquo naſcor, unde cognatus & cognatio. Ignaſcor, ind fød, ut hoc innatum eſt
Fatiſcor illi. Renaſcor iterum naſcor. Fatiſcor, fio feſſus. Defe-

tiſcor

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tiſcor idem. Metior menſuro uel pondero uel conſide- Metior
ro. Mart. Qui ſua metitur pondera ferre poteſt. Boetius, Rerum exitus prudentia metitur. Emetior permetior dimetior idem ſignificant. Immenſus, id eſt, permagnus, quaſi non menſus. Ordior, id eſt, incipio. Exordior Ordior
dem, unde exordium, id eſt, principium. Patior, at li- Patior
le. Compatior, met at lide. Perpetior ualde uel diu pati-
or. Blandior, at ſmigre. Plaut. Non matronarum eſt Blandior
officium, ſed meretricum uiris alienis ſubblandiri. Mo- Molior
lior laboro uel paro. Iohannes mihi molitur inſidias. Demolior deſtruo. Amolior amoueo. Mentior, at liuff-
e. Sapiens, Os quod mentitur occidit animam. Parti- Partior
r partes facio uel diuido. Bipertior in duas partes diui-
o. Tripertior in tria diuido. Vnde bipertitus & triperti-
is. Oſus eſt participium a uerbo defectiuo odi. Vete- Oſus
s enim (teſte Seruio) dicebant odi & oſus ſum. Plau-
s, Inimicos oſa ſum. Hinc nomina exoſus & peroſus, quæ ſignificant ualde odiens. Verg. Si nondum exoſus ad unum Troianos. Naſo, Ille peroſus opes ſyluas & rura colebat.

DOnatum ſequere per uerba fruentia le- Capitulū
ge. ſextum eſt

Iſtud eſt capitulum de uerbis defectiuis & ano- de irregu-
malis. Defectiua dicuntur, quæ non habent omnia tem- laribusuer
pora, quæ requiruntur, ut odi cœpi aio ſiſto, &c. Ano- bis, hoc eſt
mala ſunt quæ ſua tempora formant irregulariter, ut fa- anomalis
cio, fac, uolo uis, fero fers fert, quia regulariter diceretur & defecti-
uolo uolis uolit, fero feris ferit, ſicut gero geris gerit. uis.
Coniugatio uerborum regularium habetur in Donato, qui de ſingulis coniugationibus ſingula uerba coniugauit & formam poſuit omnium uerborum, quia omnia uerba primæ coniugationis coniugantur ſicut amo. Verba ſecundæ, ut doceo. Tertiæ, ut lego. Quartæ, ut audio. Est tamen aliqua differentia in præteritis perfectis & temporibus inde formatis, quæ ex præcedenti capitulo ſatis diſcitur.

Dic duc fac dicis, & quæ componis ab illis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

De uerbis habentibus minorem irregularitatem in tempore præſenti.

Cum facit a uertit i, uerbi regula ſeruit.

Hæc tria uerba dico duco facio habent irregularem ſecundam perſonam præſentis imperatiui. Nam alia uerba tertiæ coniugationis faciunt imperatiuum in e, ut iace diſce lege, ſed iſta per apocapen dic duc fac. Terent. Heus puer dic ſodes. Idem, Fac ut iuſſi. Ita benefac calefac, &c. Sed quæ compoſita a facio mutant a in i, habent imperatiuum regularem, ut perficio perfice, efficio effice, ſufficio ſuffice. Vergil. Suffice tela mihi. Idem, Tuq́ꝫ o dubijs ne defice rebus Alma parens. Apud ueteres etiam legitur face pro fac, & duce pro duc. Terent. Orandi iam finem face. Idem, Me miſſum face. Additur prædictis fer a fero. Sed hoc uerbum plura tempora facit anomala, ut patet in Donato. Nota quod illa compoſita a facio mutant a in i, quæ conſtant ex præpoſitione, ut afficio efficio conficio inficio perficio interficio, &c. Significata eorum ſupra dicta ſunt.

De irregularitate uerborum præteriti temporis.

In ui præteritum de ſe data tempora quædam
Syncopat, hinc deme diſſyllaba quodq́ꝫ fit inde
Inuenies noſti fleſti flaſti quoq́ꝫ ſciſti.

Præterita deſinentia in ui ſyncopantur ſæpius in quibuſdam temporibus, ut petij petijſti petijt, pro petiui petiuiſti petiuit. Item amaſti amaſtis & amarunt, pro amauiſti, &c. rediſti uel redijſti pro rediuiſti, cognorim pro cognouerim, amaris pro amaueris, &c. Excipiuntur præterita duarum ſyllabarum cum compoſitis, quæ non ſyncopantur, cum ſint ſatis breuia, ut moui mouiſti, & non moſti. Quandoq́ꝫ etiam iſta ſyncopantur, ut a noui noſti noſtis noris noſſe, pro nouiſti noueris & nouiſſe. A fleo fleui fleſti & fleſſe, & flo flaui flaſti, a ſcio ſciui ſciſti pro ſciuiſti. Horat. Sed unde tam bene me noſti? Iuuen. Noſſe uolunt omnes, mercedem ſoluere nemo. Terent. Omnes congruunt, unum cum noris, omnes noris. Idem, Ni cauſam noſſem, crederem hunc uera loqui. Idem, Eho tu conſobrinum tuum non noras? Naſo, Fleſti diſcedens hoc ſaltem parce negare. Verg. Flerunt Rhodopeiæ arces. Terentius, Sciſti uti foro. Inueniuntur & alia apud Poetas,

ut im-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ut impleru͏nt pro impleuerunt, & admorunt pro admouerunt apud Vergilium. Item commorit pro commouerit apud Horatium. Idem ſcripſit euaſti pro euaſiſti. Euaſti credo metues doctusq́; cauebis. Item apud Terentium, dixti pro dixiſti, intellexti pro intellexiſti.

Præteritis proprijs hæc uerba carentq́; ſupinis,
Aio ſiſto ſero tollo ferio furo cerno
Et gliſco fido meio, ceptiuaq́; uerba
Et meditatiua, niſi parturit eſurioq́;.

Omnia uerba in textu poſita carent præteritis perfectis & ſupinis, ſed habent commodata præterita, ut aio dixi, ſiſto ſtatui & ſteti, fero tuli, tollo ſuſtuli, ferio percuſsi, cerno uidi, gliſco creui, ſido ſedi, meio minxi. Aliquorum tamen uera præterita quandoq́; leguntur, ut aiui ab aio apud Auguſtinum, a furo furui furuiſti apud Seruium & Philelphum. Item a ferio feriui uel ferij. Bap. Glans ignita manum ferijt mox altera tergum. Item cerno creui dicebant antiqui, teſte Priſciano, ſed ad differentiam uerbi creſco creui, non habet creui. Verg. Decreuitq́; mori. Item inceptiua & meditatiua uerba carent præteritis & ſupinis, ut caleſco lecturio, de quibus infra. Aio ſignificat dico uel affirmo. Tollo ſignificat aufero, ut tolle querelas. Etiam ſignificat leuo. Lucanus, Victricia tollite ſigna. Quandoq́; ſignificat accipere uel alere. Iuue. Tollere ducem cogitat hæredem. Extollo eleuo. Attollo idem. Ferio percutio aut lædo. Referio, igen at ſla. Terentius, Me ſeruulum qui referire non audebam uicit. Furo is, at galnes. Inde furor & furia. Cerno, id eſt, uideo. Tulli. Proprium eſt ſtultitiæ aliorum uicia cernere, obliuiſci ſuorum. Decerno, id eſt, ſtatuo, unde decretum ſtatutum. Diſcerno, id eſt, diſtinguo. Secerno idem, unde ſecretus, id eſt, occultus, uel ſeorſum poſitus. Excerno, id eſt, purgo. Excrementum purgamentum uel ſordes. Incerno, id eſt, purgo. Incerniculum, in quo purgatur frumentum. Alia dicta ſunt ſupra.

Aio
Tollo
Ferio
Furo
Cerno

Hæc dant præterita, ſed non dant ulla ſupina.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ambigo cum ſatago dego pedo mico pſallo.
Annuo cum renuo cluit innuo congruo caluo.
Ingruo uel metuo timeo tremit urgeo ſtrido.
Sterto rudo iungas, præter ſex neutra ſecundæ.

Verba poſita in textu cum habeant præterito, carent tamen ſupinis, ſic omnia neutralia abſoluta ſecundæ coniugationis, præter ſex, ut prædictum eſt, Pauca ſupinantur. Sunt etiam quatuor deponentalia ſupinis carentia, ſcil. liquor medeor ueſcor & reminiſcor, de quibus ſupra. Ambigo Satago Ambigo ſignificat dubito uel diſſentio. Ambiguus, id eſt dubius. Satago, id eſt, ſatis ago aut laboro. Iungitur quandoq; genitiuo. Terent. Is quoq; ſuarum rerum ſatagit. Reliqua omnia ſuperius habes interpretata.

AVdeo cum ſoleo fio quoq; gaudeo fido.
Quinq; puer numero neutropaſſiua tibi do.
Prandeo cum mereo prædictis annumerabis.

Quinq; ſunt principalia uerba neutropaſſiua, ſcil. audeo, ſoleo, &c. quibus adduntur prandeo mereo, &c. Neutropaſſiuum dicitur uerbum quod deſinit in o, & habet præteritum uerbi paſſiui, ut audeo auſus ſum, ſoleo ſolitus ſum, fio factus ſum, gaudeo gauiſus ſum, fido fiſus ſum. Prandeo cœno iuro ſueo habent duplicia præterita, unum actiuæ uocis, alterum paſſiuæ, ut prandi & pranſus ſum, cœnaui cœnatus ſum, iuraui & iuratus ſum, ſueui & ſuetus ſum. Plautus, Nonne & tu iuratus es mihi? Ergo prædicta uerba ſecundum unum præteritum ſunt neutropaſſiua, ſecundum aliud non ſunt. Mereo habet meritus ſum, licet aliqui putent carere præterito. Soleo Soleo, uariat vere. Participium eius præſentis temporis ſolens non reperitur, ſed inde compoſitum inſolens ſæpe legitur, quod ſignificat non conſuetus. Saluſt. Animus inſolens malarum artium. Etiam ſignificat petulans, unde inſoleſcere, id eſt, petulans fieri. Puerilis animus per licentiam inſoleſcit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

inſoleſcit. Inſolitus, ſom icke er van at vere. Saluſt. Talibus uiris non erit labor inſolitus. Fido fidis, at betro. Vergil. Fidite ne pedibus. Vnde fidus tro. Petrar. Fidus auariciæ nunquam contingit amicus. Infidus i longa non fidus. Sed perfidus i curta, nõ ſeruans fidem. Diffido non fido. Confido, id aſt, fido. Nolite confidere in principibus. Confidentia, id eſt, audacia. Fido

De neutro paſſiuis.

Exulo uapulo ueneo fio quatuor iſta

Senſum paſſiui ſub uoce gerunt aliena.

Quatuor uerba in textu poſita ſub uoce neutrali ſignificant paſſiue. Vnde uocantur neutropaſſiua, quia uox eſt neutralis, ſignificatio paſſiua. Additur etiam nubo ſecundum Priſcianum, quod ſignificat trador uiro. Exulo ſignificat expello patria, uel patior exilium. Vapulo percutior. Plaut. Vide ſis quam mox uapulare uis, niſi actutum hinc abis. Actutum ſignificat mox. Væneo, id eſt, uendo. In Euang. Duo paſſeres aſſe uæneunt. Paulus, Omne quod in macello uænit, comedite. Eſt autem uæneo compoſitum a uænum, quod eſt uenale, & eo, unde præteritum habet uæniui, ſupinum eſſet uænitum, ſed magis in uſu eſt uænum, ut ait Priſcianus. Fio, at vorde. Defio deficio. Vergilius, Lac mihi non æſtate nouum, non frigore defit. Suffio aliud ſignificat, ut ſupra dictum eſt. Exulo Vapulo Væneo Fio

De uerbis communibus.

Largior experior ueneror moror oſculor hortor,

Criminor amplector interpretor hoſpitor atque,

Conſolor patior ſtimulor communia ſunt hæc.

Dicit quod uerba hic poſita ſunt communia. Communia uerba ſunt quæ in or deſinentia ſignificant actiue & paſſiue, ut oſculor te oſculor a te. Nam quando regunt accuſatiuum ſignificant actiue, quando ablatiuum cum præpoſitione ſignificant paſſiue. Priſcianus ponit permulta alia uerba communia, inter quæ ſunt quę ſequuntur, adu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tur, adulor auxilior aſpernor abominor adorior complector miror dignor obliuiſcor fruſtror. Hæc enim quandoq; actiuæ leguntur, quandoq; paſſiuæ ſignificationis, quod longum eſſet oſtendere.

Largior Largior ſignificat tribuo uel tribuor. Perſius, Oleum artocreasq; popello Largior an prohibes? Artocrea eſt genus cibi ex pane & carne. Dilargior elargior, idem quod largior.

Experior Experior tento uel tentor. Terent. Omnia prius experiri uerbis quam armis ſapientem decet. Expertus, qui probauit.

Veneror Veneror honoro uel honoror. Venerabilis honorabilis.

Moror Moror in mora teneo uel teneor, ut, quis te moratur? A Iohanne moratus fui. Iuuen. Quid te moror omnia Romæ cum precio. Etiam ſignificat expecto habito tardo. Demoror immoror idem ſignificant quod ſimplex. Verg. Et tua progenies mortalia demoror arma. Quid multis immoror, id eſt, quare tam multis utor uerbis?

Oſculor Oſculor do oſculum uel accipio. Exoſculor idem.

Hortor Hortor, id eſt, incito uel incitor, ut hortor canes in feras. Adhortor, til at raade. Dehortor diſſuadeo.

Criminor Criminor, accuſo uel accuſor. Terent. Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Crimen proprie eſt accuſatio.

Amplector Amplector circundo uel circundor, ponitur pro accipio. Senec. Mala pro bonis amplecti, dementia eſt.

Interpretor Interpretor expono declaro, uel exponor & declaror. Interpretabor uobis Vergilium. Ieſus interpretatur ſaluator.

Solor Solor & conſolor, at huſuale eller bliffue huſualet, & producit o penultima. Hora. His me conſolor uicturus ſuauius acſi. Paſſiue ponitur in Eſaia. Conſolamini popule meus. Item in Euangelio, Nunc autem hic conſolatur, tu uero cruciaris.

Hoſpitor Hoſpitor ſuſcipio uel ſuſcipior hoſpitio. Vultis nos hoſpitari, placet ne hic hoſpitari.

Stipulor Stipulor, id eſt, interrogo uel interrogor, rogo uel rogor, ut ſtipulor a te pecuniam, id eſt, rogo. Aſtipulor ſignificat aſſentior.

De deficientibus in præſenti.

Bis duo ſunt odi noui cœpi meminiq;
Quæ retinent ſenſum præſentis præteritiq;.
Quæ formantur ab his, pariter ſenſum duplicabunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Datq́ꝫ mementote memini dedit ante memento

Quatuor uerba in textu poſita habent ſola tempora præterıti perfecti, id eſt, præteritum perfectum indicatiui modı, & tempora quæ formantur ab illo, ſed ſignificant ſimul præſens & præteritum, ut odı, id eſt, odio & odiuı. Cœpı ıncıpio & incepi. Memini, ın memoria habeo & ıabui. Noui noſco & noui. Memini tamen etiam habet duas ſecundas perſonas futuri imperatiui, ſcil. memento & mementote. Nota, antiqui dicebant cœpio pro incipio. Teren. Sex menſibus prius olfeciſſem quam ille quicquam œperit, ſed ıam non eſt in uſu, niſi præteritum, ut hic dıitur. Nota quod hæc uerba habent ſupina, ut odi oſum. nde oſurus participium legitur apud Tullium in Lelıo, & oſor nomen uerbale. Memini habet ſupinum menım, unde mentio. Cœpi cœptum, unde cœpta dicuntur ıitia. Vergil. Audacibus annue cœptis. Nam hæc omnia ribuntur per dyphthongon œ. Nota quod odıt ab odıo orripit o, ſed odıt ab odı producıt o. Odımus ab odıo roducit i, ſed odimus ab odi corripit, quia omne præritum corripit ı ante mus.

x do paſſiua niſi dor ſolum lego dicta.

Do habet omnia tempora paſſiua præter primam erſonam præſentis temporis indicatiui modi, quia dor on legitur. Similiter raro legitur der in futuro optatiui. iomedes Grammaticus ponıt plura uerba quæ deficint prima perſona ſecundum ipſum, ut ouas ouat, furis ırit, inquis inquit, faris fatur. Nam ouo, furo, inquio, or, perraro leguntur. Compoſita tamen a dor & for in ſu ſunt, ut addor, reddor, affor. Ouare eſt lætarı uel xclamare præ gaudıo. — *Ouare*

aſſiui ternis imperſonale locabis. — *De modo inueniendi coniugationes uerborum imperſonalium paſſiuæ uocis.*

Verbum imperſonale paſſiuæ uocis coniugatur ſicut erbum paſſıuum in tertijs perſonis ſingularis numeri, t amatur amabatur amatum eſt uel fuit, &c quod euienter patet in Donato. Duplex eſt uerbum, ſcilicet erſonale & imperſonale. Perſonale eſt quod habet iſtinctas perſonas & numeros, ut lego doceo. Imperſo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nale eſt quod non habet diſtinctas perſonas aut numeros. Et eſt duplex, ſcil. actiuæ uocis, ut decet licet, & paſſiuæ uocis, ut legitur. Vtrunq; coniugatur tantum in tertijs perſonis ſingularis numeri. Exemplum de imperſonali uocis actiuæ. Indicatiuo modo tempore præſenti decet, præterito imperfecto decebat, præterito perfecto decuit, præterito pluſquamperfecto decuerat, futuro decebit. Imperatiuo modo tempore præſenti deceat. Futuro deceto. Optatiuo modo tempore præſenti & præterito imperfecto deceret, præterito perfecto & pluſquamperfecto decuiſſet. Futuro deceat. Coniunctiuo modo tempore præſenti cum deceat, præterito imperfecto cum deceret, præterito perfecto cum decuerit, præterito pluſquamperfecto cum decuiſſet, futuro cum decuerit. Infinitiuo modo tempore præſenti & præterito imperfecto decere, præterito perfecto & pluſquamperfecto decuiſſe, futuro caret. Similiter coniugabis alia. De imperſonalibus paſſiuæ uocis habes exempla in Donato. Item imperſonalia paſſiuæ uocis fiunt ab omnibus uerbis actiuis & neutris. Excepto uolo & neutropaſſiuis.

Forem

Tempora terna forem dabit, & fore, cætera ſperne.
Rem dat res ret rent, remus caret atq; foretis.

Forem & fore ſignificat tria tempora, quia forem eſt præſentis & præteriti temporis optatiui, fore eſt futuri temporis infinitiui modi, & coniugatur ſic: Optatiuo modo tempore præſenti & præterito perfecto & pluſquamperfecto utinam forem fores foret, & pluraliter forent. Futuro infinitiui modi fore. Plura tempora non habet. Forem ſignificat eſſem uel fuiſſem. Fore, id eſt, futurum eſſe. Terent. Dixin hoc fore. Afforem, id eſt, adeſſem. Verg. Atq; utinam rex ipſe noto compulſus eodem Afforet Aeneas. Confore, id eſt, ſimul fore. Teren. Chremes mihi exorandus eſt, & ſpero confore. Defore defuturum eſſe. Sillius, Promittitq; uiris nulli ſe defore teſtem. Profore, id eſt, utile fore. Horat. Quæ nocuere ſequar, fugiam quæ profore credam.

Sum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

um fero fers uolo uis enormia uerba tenebis. Sum Fero Volo
Quæ tria Donatus tibi declinauit aperte.

Tria ſunt uerba maxime irregularia, ſum es eſt, uo-
uis uult, & fero fers fert, ſed hæc apte docentur a Do-
ato coniugari, quare non eſt opus hic replicari. Diſcen-
a ſunt autem coniugari compoſita uerbi ſum, ut aſſum
el adſum ades adeſt, & pluraliter aſſumus u curta, adeſtis
ſunt uel adſunt, præterito perfecto affui & adfui. In
nperatiuo aſſis uel ades, &c. Item poſſum potes poteſt, &
uraliter, poſſumus poteſtis poſſunt. Præterito perfecto
otui. Infinitiuo poſſe, quamuis Terentius ſcripſit poteſ-
, quia ueteres dicebant poteſſum non poſſum. Ad- Compoſita a ſum.
m, id eſt, prope ſum uel iuuo. Quandoq; ſignificat adue
o. Verg. Huc ades o Meliboee. Abſum non adſum. De-
m, id eſt, non iuuo uel deficio, ut nihil mihi deeſt. Pro-
m, id eſt, auxilio ſum, ut hoc non proderit tibi. Ob-
m, id eſt, noceo, ut, ipſe plus obeſt mihi quam prodeſt.
terſum, id eſt, inter alios ſum. Petrus interfuit his re-
s. Præſum, id eſt, ſupremus ſum. Tull. Qui omnibus
ous non interfuit ſolum, ſed præfuit. Quis præeſt ur-
. Superſum, id eſt, ſuperſtes ſum uel reſto. Fero ſigni- Fero
at porto. Vnde ferculum in quo aliquid fertur. Quan-
q; ſignificat patior. Terent. Nam quem ferret ſi patrem
n fert ſuum? Item cupio. Ouid. In noua fert animus
utatas dicere formas. Affero attuli allatum, id eſt, ap-
orto. Aufero abſtuli ablatum, id eſt, tollo. Confero
mporto uel dono uel paro. Defero deporto uel accuſo.
nde delator, id eſt, accuſator. Sueton. Princeps qui dela-
res non caſtigat, irritat. Differo diſtuli dilatum. Lucan.
mper nocuit differre paratis. Etiam ſignificat diſſipo.
ffero extuli elatum, id eſt, exporto uel extollo. Infero
tuli illatum importo. Offero obtuli oblatum, id eſt,
ontra fero, uel præbeo. Perfero ſemper fero uel ad lo-
um ſuum fero. Præfero, id eſt, præpono, Profero, id eſt,
roduco uel pronuncio. Refero, id eſt, reporto uel reddo
el narro. Suffero, ſuſtineo. Vergil. Nec clauſtra nec ipſi
uſtodes ſufferre ualent. Transfero transpono uel trans-
orto. Malo & nolo, quæ ſunt compoſita a uolo, coniu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

gantur ſicut uolo, ut malo mauis mauult, & pluraliter, malumus mauultis malunt. Nolo nonuis nonuult, & pluraliter nolumus nonuultis nolunt. Iſtud tamen habet ſecundas perſonas imperatiui, ſcilic. noli nolite, &c. Malo raro legitur in futuro indicatiui, quod eſſet malam males malet. In infinitiuo malo habet malle, &c. Malo ſignificat magis uolo. Iuuenal. Malo pater tibi ſit Therſites, dummodo tu ſcis Aeacidæ ſimilis, &c.

Malo

Edo

Es eſt ac eſſe dat edo, dat cætera ternæ.
Et plures edite dicunt, plurales tamen eſte.
Ac eſtur format paſſiuo ſic editur dat.

Edo prima curta habet quædam tempora irregularia, ſcil. ſecundam & tertiam perſonam præſentis indicatiui ſingularis, quia dicitur edo es eſt, pluraliter edimus editis edunt. Item præſens infinitiui eſſe, & in imperatiuo eſte eſto & eſtote, & in paſſiuo eſtur pro editur. Nota quod duplex eſt uerbum edo, unum ſimplex, alterum a do compoſitum, uide hoc ſuperius ibi: Edi donat edo, Nam iſtud eſt idem uerbum, de quo agitur ibi. Nota quod hæc tempora irregularia uerbi edo habent ſonum uocis ſimilem temporibus uerbi ſum, ſed diſcernuntur ſic, quia quando ſunt a ſum petunt poſt ſe nominatiuum, quando ab edo, accuſatiuum. Verg. Eſt mollis flamma medullas. Idem, Vt mala culmos eſſet rubigo. Vbi nota quod etiam dicitur eſſem eſſes eſſet pro ederem, &c. Item es ab edo producitur, teſte Priſciano, ſed es a ſum corripitur. Compoſita ab edo etiam habent illa tempora irregularia, ut adedo ades adeſt, exedo exes exeſt, comedo comes comeſt, & commeſſe in infinitiuo. Plaut. Sine modo ueniat ſenex quem abſentem comes. Plinius, Comeſſe fœtus ſuibus non eſt prodigium. Tull. Egritudo lacerat & exeſt animum. Lucan. Aut latus alti montis adeſt. Sæpe tamen & in ſimplici & in compoſitis hæc tempora regulariter inueniuntur. In epiſtola Pauli. Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? In Apocalypſi, Vincenti dabo edere de ligno uitæ.

Fio

Dat fio fiere in fieri, dat cætera ternæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

De uerbis defectiuis & primo de hoc uerbo quæſo.

xtremum ternis præſens dabit imperialis.
Quæſumus ex quæſo retinens nil plus dare
uæro.
Dat mereor merui, meſtus ſum mereo flenti.

Mereor
Mereo

Fio coniugatur irregulariter in quibuſdam tempo-bus. Nam in optatiuo habet fierem, & in infinitiuo ha-t fieri, & pro præſenti imperatiui habet futurum opta-ui, quia non dicitur fi, ſed fias fiat. Quæſo non habet a tempora uſitata, niſi quæſumus irregulariter pro æſimus. Priſcian. tamen dicit hoc uerbum habere præ-itum perfectum quæſi uel quæſiui, & nihil ait de eius fectu uel irregularitate, ſed Alexander loquitur ſecun-m uſum noſtrum. Mereor habet duplex præteritum, um proprium, ſcil. meritus ſum, aliud commodatum antiquo uerbo mereo, ſcil. merui. Plaut. Nunq̄ ego illi ſſum gratiam referre, ut meritus eſt de me. Terentius, ud meritus es? Fio eſt uerbum neutropaſſiuum defecti-m & anomalum, in ſecunda perſona præſentis tempo-indicatiui dicitur fis. Horat. Leuior & melior fis acce-te ſenecta. Quæſo ſignificat rogo. Nota quod duplex mœreo, unum prima longa quod ſcribitur per œ hthongon, & ſignificat lugeo uel triſtis ſum. Stat. Mœ-t argolici deiecto lumine manes. Iſtud habet in præ-ito mœſtus ſum. Alterum eſt mereo prima curta ſine phthongo, quod ſignificat idem quod mereor. Naſo ſit & in caſtris æra merere ſuis, & habet in præterito rui. Plaut. Tu meruiſti & nunc mœres. Mereor, at ſkylde. Petrus eſt optime meritus de me, id eſt, fecit hi bene. Commeror, id eſt, mereor, & ſępius in malum ipitur. Terent. Quid feci aut commerui pater? Idem, nquam ſciens commerui, ut illa caperet odium mei, id, oderet me. Demereor ſignificat concilio uel in amici-m iungo. Quintilian. Vt plenior obſequio demererer antiſſimos mei. Emeritus miles dicitur qui amplius n militat præ ſenio.

Quæſo
Mereo

Mereor

Inquio

quio inquis inquit, pluralis imus dat iuntq;.
m tantum dicunt es et donare futurum.
ſſio uult inque, nil plus uult uſus habere.

Tempora ſunt ſola cedo pro dic infit & inquam.
Inquam præſenti dic tempore præteritoq;.

Inquio eſt uerbum tertiæ coniugationis, quod ita coniugatur ſecundum Priſcianum. Inquio inquis inquit, & pluraliter inquimus inquitis inquiunt. Præterito imperfecto inquiebam bas, &c. Præterito perfecto inqui inquiſti inquit, &c. Præterito pluſquamperfecto inquiam as at. Futuro inquiam inquies, &c. Imperatiuo modo tempore præſenti inque inquiat. Reliqua non ſunt in uſu, niſi in futuro optatiui inquiam as at. Tria ſunt uerba, quæ tamen unam perſonam habent, ut inquam infit, & cedo pro dic. Terent. Quid factum eſt cedo. Diomedes autem pro prima perſona ſcripſit non inquio, ſed inquam inquis inquit. Infit, id eſt, incipit. Plaut. Infit leoni ſuadere ut ſecum eat. Inquio, id eſt, dico. Inquam, id eſt, dico uel dixi. Vtimur autem his uerbis inquam & inquit in dialogis, & quando alicuius uerba referimus, hoc modo, Recte diuus Paulus Apoſtolus, Nemo (inquit) coronatur niſi qui legitime certauerit.

Infit
Inquio

Auſim

Is it declines auſim, pluraliter auſint.

Auſim auſis auſit, pluraliter auſint, legitur pro audeam audeas audeat audeant. Vergil. Auſim uel tenui uitem committere ſulco. Talia uerba multa leguntur apud comicos. Plaut. Dij te ſeruaſſint, id eſt, ſeruent. Idem, Id te Iupiter prohibeſſet, id eſt, prohibeat. Terent. Caue quoq; ex iſtoc exceſſis loco, id eſt excedas.

Deq; uale quidam dixere ualete ualeto.
Atq; ualetote quidam dixere ualere.
Sic formantur aue, ſalue coniungitur illi.

Hæc tria uerba aue ſalue & uale habent tantum ſecundas perſonas imperatiui in utroq; numero in præſenti & in futuro, ut aue auete aueto auetote, uale ualete ualeto ualetote, ſalue ſaluete ſalueto ſaluetote. Etiam habent præſens tempus infinitiui, ſcil. auere, ſaluere, ualere. Martialis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

alis, Iam ſatis eſt non uis Apher auere uale. Horat. Vrbis natorem Fuſcum ſaluere iubemus. Reperimus etiam itura indicatiui. Tull. ad Atticum, Valebis igitur, & uare filiam noſtram iubebis literis, & ſaluebis a meo Cirone. Aue & ſalue ſunt ſalutationes uenientium. ale recedentium, & quandoq; ſalue dicitur his qui diſceunt uel a quibus recedimus. Verg. Salue æternum mihi axime Palla, Aeternumq; uale. Aeternum, id eſt, æterliter. Sunt etiam alia uerba integra aueo & ualeo, de ibus ſupra dictum eſt in ſecunda coniugatione. Item e ponitur nominaliter pro ſalutatione, ut ibi, Sumens id aue, &c. Aue Salue Vale

Aio

o dic is it unt plurali ſociabis.
imperfectum tu præteritum generabis.
ueniuntur ai per præſens imperatiui.
xo uel faxim faxis faxit quoq; faxint. Faxo

Aio ſic coniugatur, Aio ais ait, pluraliter aiunt. Præto imperfecto aiebam aiebas aiebat, pluraliter aieit. Imperatiuo ai. Præteritum perfectum deberet eſſe iſti ait, teſte Priſciano, ſed non eſt in uſu. Tamen aiſti itur apud ſanctum Auguſtinum pro dixiſti. Aulus llius etiam ſcripſit aias. Siue aias ſiue neges, hærebis in tione. Faxo faxis faxit & faxint legitur pro faciam as faciat & faciant. Vergil. Ego fœdera faxo. Plautus, bum caue faxis uerbero. Terent. Dij ita faxint. Item itur faxitis apud Titum Liuium. Item faxim pro faci- Veteres quoq; dicebant taxis pro tangas. Varro, Sed e ne meum taxis librum. Sunt etiam alia defectiua, ut es, quod ſignificat ſi audes. Terent. Heus puer dic ſo- Item apage uerbum comicum habens in plurali apa-, & ſignificat remoue. Plaut. Apage illum a me. Eti- ſignificat abi. Idem, Apage, neſcio quid uiri ſis. Fit em a Græco uerbo apago, quod ſignificat abduco uel oueo. Dicitur etiam apageſis, pro apage. Plaut. Apa- is amor, tuas res tibi habe. Sic etiam legitur uideſis ca- is prohibeſis, pro uide, caue prohibe, nam ſis eſt parel- , id eſt, adiectio.

Quatuor

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Capitulũ ſeptimum eſt generale de quatuor formis uerborum.

QVatuor in uerbis ſunt formæ præteritisq́;.
Dic inceptiuam meditatiuamq́; carere,
Eſuriȷt tamen inuenies & parturierunt.

Capitulum ſeptimum de formis uerborum, id eſt, quomodo unum uerbum formetur ab altero. Sunt igitur ſecundum Donatum quatuor formæ uerborum, ſcilicet perfecta, frequentatiua, inchoatiua & meditatiua. Et omnia uerba inchoatiua & meditatiua carent præteritis perfectis & ſupinis, præter eſurio & parturio, quæ habent, ut in Euangelio, Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Multa enim inchoatiua commodant præterita ſuorum primitiuorum, ut ſeneſco ſenui a ſeneo, quieſco quieui a quieo, caneſco canui a caneo, quia iſta primitiua non ſunt uſitata. Nota quod Priſcianus ponit plures formas uel ſpecies uerborum, ſcil. deſideratiuam, ut uiſo, capeſſo, faceſſo, quæ ſecundum ipſum ſignificant deſidero uidere capere & facere, quod tamen ita non eſſe probat Laurentius Valla. Eſt alia forma ſecundum Priſcianum, quæ dicitur diminutiua, & terminatur in lo, ut a ſorbeo ſorbillo, id eſt, parum ſorbeo. A caluo caluillo, id eſt, parum uel aliquantulum caluo. A garrio garrulo, id eſt, aliquid garrio. Sunt etiam in co deſinentia, ut ab albeo albico, a uello uellico, a fodio fodico, a nutrio nutrico, hæc aliqui uocant apparatiua. Priſcianus eis non dat nomen, & ſignificant idem quod ſua primitiua. Nam albico, id eſt, albeo. Baptiſta, Albicet intactum niueo uelamine corpus.

Vellico

Vellico, id eſt, uello uel carpo. Horatius, Vellicat abſentem Demetrius. Sunt alia in ſo, quæ uocantur imitatiua, ut patriſſo, græciſſo, id eſt, imitor patrem & Græcos. Plaut. Id ne tu miraris ſi patriſſat filius? Et ſcribuntur duobus ſſ. Sunt tamen quædam imitatiua in or deſinentia, ut Poetor, Philoſophor, Græcor, id eſt, Poetas, Philoſophos, Græcos imitor.

De deriuatione meditatiuorũ & frequentatiuorum

Ex uerbis illas perfectis credimus ortas.
Quæq́; frequenter agis etiam formantur ab illis.

Atq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Atq; prior ſit ei data declinatio uerbi.
x u ſupremi decet o formare ſupini.
ic curro curſo formabit nectoq; nexo.
i tamen a longa ſit in illis in ante ſuprema.
anc in i mutabis formans, & eam breuiabis.
ic rogo dat rogito, ſic aptito fiet ab apto.
ed ſi perfecti ſit præteritum retinens gi.
unc ex perſona præſentis deme ſecunda
& to iungas, legito ſic ex lego formas.
iſcitor & ſcitor dices & quærito ſector.

De coniugatione frequentatiuorum.

De formatione frequentatiuorum a uerbis perfectis ſecundum uocem.

Inchoatiua & meditatiua formantur a uerbis perfe-
,id eſt,primitiuis, eo modo qui poſt habetur in tex-
Frequentatiua, quæ ſunt primæ coniugationis etiam
mantur a perfectis, ſcilic. ab ultimo ſupino mutando
n o,ut curro curſo, ab adiuuo adiuto, a moueo moto,
erto uerſo,a dormio dormito,ab eo ito. Terent.Ama-
adiuta me. Iuuenal. Iam fas eſt, admitte uiros, dor-
tat adulter. Aulus Gellius, Adoleſcens ego cum ad
ammaticos itarem. Nota quod frequentatiua ſeruant
ntitates ſupinorum exceptis duobus, ſcilicet nato &
to, quæ primam corripiunt,cum ſupina a quibus for-
ntur eam producant, ſcilic. no naui natum, & noſco
ui notum. Vergilius, Parta meæ Veneri ſunt munera
q; notaui. Idem,Rura notant foſſis. Vnde & compo-
eorum corripiunt mediam,ut annato innato,&c.Fre-
entatiua a uerbis primæ coniugationis facta mutant a
pini in i breue, ut rogito,imperito ab impero, uolito a
lo. Excipitur nato a no,quod tenet a, ſed corripit ip-
n. Item uerba tertiæ coniugationis habentia gi in præ-
ito, faciunt quandoq; frequentatiuum a ſecunda per-
na præſentis indicatiui,ut ago agis agito, lego legis le-
o. Sed hæc etiam faciunt frequentatiua ſecundum pri-
m regulam ab ultimo ſupino, ut acto lecto. Horati-
, Ad quartam iaceo poſt hanc uagor aut ego lecto.

Nota

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nota quod unum frequentatiuum ſæpe formatur ab altero, ut a lego fit lecto, a lecto fit lectito, ab ago fit acto, ab acto fit actito. A iacio iacto, inde iactito. A facio facto, inde factito. A dico dicto, inde dictito. A ſcribo ſcripto, inde ſcriptito. Ab edo eſco, inde eſito. A uideo uiſo, inde uiſito. A curro curſo, inde curſito. Quædam frequentatiua fiunt irregulariter, ut quæro quæſito, a ſcio ſcitor, a ſciſco ſciſcitor, a ſequor ſector. Item a paueo quod caret ſupino, fit pauito, a noſco noſcito, & fundo fundito, Plautus, Cum cruciatu tuo iſtæc uerba funditus. Nota quod deponentia & communia etiam faciunt frequentatiua a ſupinis mutando u in or, ut a comminiſcor commentor, a minor minitor, a tueor tutor, ab amplector amplexor aris.

Sciſcitor Sciſcitor ſignificat interrogo. Terentius. Quicquid eſt libet hinc ſciſcitari. Scitor idem ſignificat. Horatius. Scitare libet ex ipſo.

Sector Sector, id eſt, continue ſequor. Inſector, id eſt, continue perſequor uel inſequor, &c. Frequentatiua plerunq; ſignificant actum ſui primitiui uerbi cum iteratione & frequentatione. Tamen aliqua mutant ſignificatum, ut dicto, quod non eſt frequenter dico, ſed prælego uel prædico ſcribendum. Cicero ad Atticum, Hanc epiſtolam dictaui ſedens in rheda. Idem, Si ſcriberem ipſe longior epiſtola fuiſſet, ſed dictaui propter lippitudinem.

Capto Capto etiam non ſignificat frequenter capere, ſed cupio capere. Martialis, Dum me captares, mittebas munera nobis. Idem uendito, id eſt, cupio uendere, uel ſedeo cauſa uendendi, ut Iohannes uenditat libros.

De formatione inchoatiuorum a perfectis uerbis.

Hanc inceptiuam formam ueteres poſuere,
Co cum perſona præſentis iunge ſecunda.
Verbi perfecti decet hinc exemplificari.
Ferues ferueſco dat norma tepeſq; tepeſco.
Sed dices hiſco cum regula format hiaſco.
Hanc declinari faciet tibi tertia uerbi.

Inchoatiua formantur a ſecunda perſona primitiui

ddendo co, ut labo labas labaſco, integro integras inte‑raſco, ſordeo ſordes ſordeſco, præſentio præſentis præ‑ntiſco. Excipitur hiſco, nam ſecundũ regulam diceretur iaſco. Nota quod inchoatiua fere omnia ſunt abſoluta, ræter edormiſco, pertimeſco, præſentiſco, & concupiſ‑), quæ regunt accuſatiuos, quia ponuntur pro ſuis pri‑itiuis. Plaut. Edormiſcam hanc crapulam, quam pota‑ præter animi ſententiam. Similiter aſciſco, conſciſco præſciſco. Vergilius, Corda licet longe præſciſcere. Sæ‑us etiam hæc uerba formantur a neutralibus, & præci‑ıe a uerbis ſecundæ coniugationis, quæ parum in uſu nt, ut erubeſco ſeneſco caneſco calueſco euaneſco, &c. reſoluuntur per hoc uerbum fio, ut repueraſco, ite‑m fio puer. Plautus, Aiunt ſolere ſenes repueraſcere. ueneſco, fio iuuenis. Veteraſco, fio uetus. Calueſ‑ fio caluus. Caneſco, fio canus. Inſoleſco, fio inſo‑s. Lenteſco, fio lentus. Marceſco, fio macer. Hora‑s, Inuidus alterius marceſcit rebus opimis. Conua‑:o, ualidus fio. Aegreſco, fio æger uel ægrior. Sor‑co, fio ſordidior. Pingueſco, fio pinguis. Viuiſ‑ fio uiuus, &c. Aliqua ponuntur pro ſuis primitiuis, ut ıcupiſco, id eſt, cupio. Edormiſco, id eſt, edormio. æſciſco, id eſt, præſcio. Labaſco, id eſt, labo uel cado. rentius, Hic labaſcit uno uerbo uictus. Hiſco ſigni‑t idem quod hio uel os aperio. Titus Liuius, Tantus ıor mulierem cepit, ut diu hiſcere non poſſet. Inde fa‑o, ualde hiſco uel fatigor. Statius, Brachia iampri‑n cyclopum operoſa fatiſcunt. Fatim ſignificat ual‑ Affatim idem. Dehiſco, id eſt, aperior. Vergil. O quæ is ima dehiſcat Terra mihi. Ouidius, A media cœlum ione dehiſcere cœpit.

Iuueneſco
Veteraſco
Calueſco
Caneſco
Inſoleſco
Lenteſco
Marceſco
Cõualeſco
Aegreſco
Sordeſco
Pingueſco
Viuiſco
Edormiſco
Præſciſco
Labaſco
Hiſco
Dehiſco

meditatiuis fiet formatio talis.
erbi perfecti ſupremum pone ſupinum.
finem breuia cum quo rio ſit ſociata,
rturio facere ſic debes eſurioq́;.
erborumq́; data ſit declinatio quarta.

De ſpeciali modo formandi meditatiua a uerbis perſonalibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

De coniugatione meditatiuorum

Meditatiua formantur ab ultimo ſupino uerbi perfecti correpta u & addita rio, ut partu parturio, lectu lecturio, eſu eſurio, cœnatu cœnaturio. Quædam fiunt irregulariter, ut a ſcalpo ſcalpurio, a ſcateo quod caret ſupino ſcaturio. Prurio autem & ligurio non ſunt meditatiua. Hæc uerba meditatiua ſignificant uel cupere uel conari, ut eſurio, id eſt, cupio uel conor edere. Parturio, cupio uel conor parere. Vergilius, Parturis almus ager. Cœnaturio, id eſt, cupio cœnare. Cacaturio, id eſt, cupio cacare. Ponuntur etiam pro ſuis primitiuis, ut ſcaturio, id eſt, ſcateo. Scalpurio, id eſt, ſcalpo. Plautus, Occepit gallus ſcalpurire unguibus. Micturio, id eſt, mingo. Iuuenalis, Noctibus hic ponunt lecticas, micturiunt hic. Et omnia ſunt quartæ coniugationis, & corripiunt u. Iuuenalis, Eſurit intactam paridi niſi uendat agauen, id eſt, opus Thebarum.

Cœnaturio
Cacaturio
Scalpurio
Micturio

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

INDEX ALPHABETICVS VOCABVLOrum in Hermanni Torrentini Commentarijs.

Aa

Aaron 63

Ab

Abbas 79
abdomen 11
abies 18
abſis 18
abax 25
abyſſus 85
abdico 52
abdo 103
abortio 129
abominor 132

Ac

Acer 14 & 25
acus 21
Achilles 29
acus 36
acies 37
acrifione 40
accola 64
acer 65
achantis 67
acinacis 82
aceruus 84
aceo, 103
acuo 109
accerſo 125

Ad

Adulter 4
aduena 65
adamas 16
adraſtine 40
ador 53
adoleſcens 62
adeps 89
adulor 132
adminiculor ibidem
aduerſor ibidem
adipiſcor 135

Ae

Aedon 12
æquo 93
ægina 2
æger 4
æſtus 35
æuum 52
æſtimo 93
ægoceros 20
æs 22
aer 14
aeripes 80

Af

Affinis 83
affligo 116

Ag

Ager 5
agnus 7
agon 12
agger 14
agnes 17
agape 40
agilis 61
agragas 79

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ago 117

Ai

Aio 143

Al

Albugo 10
altar 13
allobroges 29
alteruter 38
altilis 47
alica 52
alluuium 57
albula 65
alacer 75
alipes 80
ales ibidem
alnus 85
aluus ibidem
Albo 92
Algeo 100
albeo 103
alo 119
altercor 132

Am

Ames 16
amaryllis 28
amens 89
amigdalum 45
ampluſtre 51
amazones 34
ambages 81
ambages 58
amnis 82
amaracus 85
ambio 129
amicio 131
ambigo 138
amplector 139

An

Anima 2
animal 11
anien 12
anſer 14
antipus 21
anceps 26
ancile 31
anthropos 41
anus 48
animus 49
antiſtes 57
antes 54
anadema 69
anathema ibidem
angelus 66
anguis 82
anus 87
anilis ibidem
amens 89
anthrax 91
angario 93
anhelo ibidem
antiquo 94
ango 118

Ap

Apher 4
aper 5
apus 22
apex 24
aprilis 29
apes 80
approbo 92
aporio 93
applico 96
aperio 131
apage 143

Aq

Aquilo 10
aquinas 77
aqualis 82

aquo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

aquo 94

Ar

Arca 1
Articulus 54
Arduus 62
areopagita 64
arundo 70
argo 71
armilla 75
arbor 77
arpinas 29
Argos 40 & 84
argutiæ 53
arctus 86
aro 94
aromatizo ibidem
ardeo 98
arceo 103
areo ibidem
arguo 109
arceſſo 125
arbitror 132
arra 1
aroma 9
artu 54
ars 22
artemon 12
arar 13
arcas 16
aries 18
aruns 22
arpinas 79
artifex 31
arcus 36
artus ibidem
arſacidæ 39
arete 40
argos 84
arbutus 46
arma 50

argentum 50

Aſ

Aſper 3
as 16
aſpis 19
aſtyanax 29
aſtu 54
aſcolonita 64
aſtur 78
aſſis 82
aſpiro 94
aſſo ibidem
aſſentior 132

At

Ater 4
atrox 25
athenæ 54
athleta 64

Au

Aula 1
aura ibidem
auſter 4
auceps 22
auernus 48
aurum 50
audeo 100
aurichalcum 51
auriga 64
auctio 71
auctor 77
augur 78
autumo 93
auſculto 94
augeo 101
aueo 102
audio 129
auerſor 132
auguror ibidem
auſim 143

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

aue 143

Ax

Axis 82

Az

Azan 73

Ba

Baſilica 2
baccar 13
baſis 41 & 82
balneum 45
balteus ibidem
bacillus 50
bacchanalia 54
baculus 57
bacchus 66
Baiæ 54
balena 67
barbiton 74
bacchar ibidem
baſis 41
balanus 86
baſio 93
balo ibidem
baptizo 94
balbutio 129
bacchor 132

Be

Belliger 4
beneuolus 59
beo 92
belligeror 132

Bi

Bitumen 11
byſon 12
bicorpor 15 & 78
biceps 29
bigæ 54
bibliopola 64
bidental 72
bicolor 78
bicorpor ibidem
bipes 80
bilis 82
byſſus 85
bifrons 89
bibo cum ſuis compo: 110

Bl

Blandiciæ 53
blatero 94
blactio 129
blandior 137

Bo

Boreas 2 & 79
bolus 6
botulus ibidem
bombix 24
bonitas 77
boreas 2
bootes 81
bos 84
boo 93
bouinor 132

Br

Brauita 64

Bu

Buris 27
buſcumducis 38
buccina 57
buxus 65
buccino 93
bullio 129

Ca

Caducifer 4
caula 1
camera 2
catharacta ibidem
caper 4
cancer 5

capulus

INDEX.

pulus 6
nterius 7
tulus 8
pedo 10
ligo ibidem
non 11
codæmon ibidem
lcar 13
rcer 14
ſtor 15
ſtoreum ibidem
put 23
pitulum ibidem
udex 24
ppodox 25
ries 37
rioſus ibidem
rbaſus 46
piſtrum 47
nthus 48
ntus ibidem
nabis 52
lendæ 54
aſſis 56
rrus 57
ani 54
ancelli ibidem
apus 58
ampe 69
arbo 70
arthago ibidem
ampeſter 75
adauer 76
acoethes 81
aulis 82
allis ibidem
analis ibidem
ardinalis ibidem
anis 83

caſus 87
carex 90
calx 91
calix 24
caco 92
calco ibidem
caſtigo 93
cauo 94
candeo 100
caleo 101
calleo ibidem
coaleo ibidem
cauco 102
caneo 103
careo 105
capio 108
cado cum ſuis compoſ. 114
cano 93 & 122
carpo 123
capeſſo 125
caluo 127
calueo ibidem
cambio 130
calumnior 133
cauſor ibidem
cauillor ibidem
cauponor ibidem
capto 144
calueſco 145
caneſco ibidem
cacaturio ibidem

Ce

Cella 2
celtiber 4
cæter 5
cementarius 7
cerdo 10
ceſpes 16
cædes 17

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ceres ibidem
ceix 24
ceruix 25
cepe 28
celer 29
cœlites 34
cæſaries 37
cecropidæ 39
ceraunia 44
cœlum 46
cœnaturio 145
cœſtus 48
cœtus ibidem
cæra 49
cœnum 52
ceremoniæ 53
cœlites 54
ceres 17
cera 67
cete 69
cento 70
ceruical 72
celeber 75
celer ibidem
centuſſis 82
cenſus 87
cœlebs 89
celox ibidem
cædo 113
cedo 112
cenſeo 105
cello 120
cæcutio 129
cerno 138

Ch

Chaos 84
chameleon 12
character 14
chir ibidem
chirurgus ibid.
chiragra ibid.
charybdis 27
chronica 44
chirographus 57
charitas 79
calybs 88
chitrapus 21

Ci

Circus 3
circinus ibidem
cyclas 16
cinis 19
cingula 57
cyclops 22
cerullus 51
citra 60
citimus 63
cybele 66
cicer 76
cicur 78
cicurare ibidem
ciuis 83
cilix 91
cibo 92
circumdo 95
cieo 104
cingo 119
cio 128

Cl

Clauiger 4
clyſter 14
clades 17
chlamis 18
clauſtrum 46
cliuus 50
cliens 89
clareo 103
cluo 109

claudo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

claudo 113
clango 119
clepo 123

Co

Comes 80
compes ibidem
concolor 78
color ibidem
cor 77
colon 74
concio 71
communio ibidem
cometa 69
coturnix 67
conucna 65
conuiua ibid.
collega 64
conferre 59
compages 58
colum 3
corniger 4
coluber 5
conclaue 10
conſul 11
compos 20
corpus ibidem
concors 23
coniunx ibid.
codex 24
comix ibidem
colchis 28
confuto 94
concubo 95
cogo 117
compedio 129
committo 126
como 121
complex 32
conſors ibidem
cohors ibidem
commeatus 35
contribulis 36
colluuies 37
cornus 57
colus 49
columis 50
compita 54
compitalia ibidem
cornu 54
commentarius 57
contagium ibidem
conſortium ibid.
colluuium ibid.
collis 82
corbis ibid.
conſularis ibidem
comis 83
comitas ibidem
confinis ibidem
contubernalis ibid.
cos 84
coxendix 90
cortex ibidem
compello 120
conculco 92
compilo 93
concinno ibidem
conſpiro 94
continuo ibidem
coaleo 101
conniueo 102
concutio 108
conquiniſco 111
compeſco ibidem
colo 119
conſulo 120
congrex 25
coquo 123

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

conuiuor 133
conuitior ibidem
comitor ibidem
conor ibidem
contor ibidem
cunctor ibidem
concionor ibidem
comminiſcor 135
complector ibidem
conualeſco 145

Cr

Crepido 10
crater 14
cres 18
crus 21
crux 25
cripte 40
craſis 41
crocum 51
crepundia 54
crates ibidem
cryſtallus 57 & 85
cruſta 57
cratis 82
craſis ibidem
crocus 85
creo 93
crucio ibidem
cremo ibidem
criſpo ibidem
craſſo 94
criminor 139
crapulor 133
crocio 128
creſco 111
crepo 95

Cu

Culter 5
cuſpis 18
cucumis 19
cucurbita ibidem
cuiuſmodi 38
cucumis 51
cunabula 54
curriculus 57
cubitus ibidem
cupido 66
cuniculus 67
cubile 69
culmen 73
curulis 82
cuſtos 84
culpo 93
cubo 95
cupio 108
cudo 112
curro 124
cunctor 133

Da

Damen 12
dardanidæ 39
dapes 55
dama 67

De

Declinatio 1
deter 5
Deus 7
denarius 8
dæmon 12
dedecor 15
decas 16
deſes 17
decus 20
dedecus ibidem
delphin 74
decapolis 27
delicium 45
deliquium ibidem
decimæ 54

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

artuare	ibidem
etero	60
egener	76
ecolor	78
eſpumo	93
eliro	94
artuo	ibidem
eprauo	ibidem
elco	101
ebeo	103
cutio	108
libuo	109
glubere	110
hiſco	145
fendo	115
go	118
mo	121
peculor	133
uoueo	102
Di	
iphthongus	1
uus	8
cſpiter	14
plas	16
iplois	18
iſcors	23
tocœſis	27
ies	37
indymus	48
ionyſia	54
ipondius	57
iadema	69
itio	71
iſcolor	78
iues	80
is	83
irigo	118
iphthongus	85
icax	90
ico	92

diuino	99
diſcepto	94
diuaricor	133
diglad or	ibidem
dignor	ibidem
dimico	98
diſcutio	108
dico	110
diſco	111
diuido	115
Do	
Dolabra	2
dolus	4
doma	10
dogma	ibidem
dorcas	16
docilis	61
doſis	82
dos	84
domo	95
do	ibidem
doleo	109
doceo	105
dormio	129
Dr	
Drachma	9
dragma	ibidem
drama	ibidem
Du	
Dux	25
duo	58
dulcor	77
duco	119
Eb	
Ebur	15
ebeo	93
Ec	
Eclipſis	27
echo	17

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ed
Aedilis 82
edo 116 & 141
edormiſco 145
Ef
Effigies 37
effrons 89
effutio 129
Eg
Aegina 2
æger 4
ægis 18
Aegyptus 85
egeo 101
ægreſco 145
El
Elephas 16
Electrum 50
elegans 88
Em
Emaus 22
emo 121
æmulor 133
Euan 11
En
Endromis 18
eneſis 41 & 82
eneruus 50
eneruare ibidem
enſis 82
enucleo 93
Eo
Aeolus 66
eo 132
Ep
Ephippium 8
epar 13
epulum 45
epitota 64
epulo 65
epitome 69
epos 84
epulor 133
Eq
Equile 10
æquor 15
equiria 64
equeſter 75
eques 80
æquo 93
Er
Erugo 10
eremus 86
erix 24
erinnys 27
erudio 129
Eſ
Aeſtus 34
eſcultus 65
æſtimo 93
Et
Aether 14
Ethice 69
Eu
Euander 7
æuum 52
euphrates 65
Ex
Exter 5
exul 11
exemplar 13
exanguis 18
excors 23
exors 32
exanimus 49
examinare ibidem
exequiæ 54
excubiæ ibidem
exuuiæ ibidem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ta 54
pes 81
orcizo 94
pers 89
tremus 61
torris 83
odus 85
lex 90
trico 92
halo 93
pilo ibidem
cutio 108
pedio 129
ecror 133
pergiſcor 136
ulo 139
perior ibidem

Fa

per 4
nus 20
x 23
x ibidem
carius ibidem
care ibidem
25
ies 37
tus 48
a 51
ſidicus 59
ilis 61
gus 65
co 67
ſtio 71
cultas 79
rigo 93
ueo 103
meo 103
meſco ibidem
cio cum ſuis compoſ. 106

fallo 120
fateor 134
faſcis 82
fas 79
faceſſo 125
fartio 128
faſtidio 129
fabulor 133
facetior ibidem
far 13
fatiſcor 136
faxo 143

Fe

Ferculum 8
ferrugo 10
felis 11
fœmur 15
fœmen ibidem
fœnero 20
fœneror ibidem
fœnus ibidem
fœdus ibidem
fex 24
ferox 25
feriæ 53
fel 72
ferueo 102
ferocior
ferocio 128
ferior 133
ferio 138
fero 141

Fi

Fidelia 2
fiber 5
filix 25
ficus 36 & 49
filum 46
fimus 52

fidicen

fidicen	74	frux	[illegible]
fibula	75	fruges	32
fingo	118	fructus	36
figo	ibidem	frenum	46
findo	114	fretum	51
fido	139	frugi	70
fio	139 & 141	frumentum	51
Fl		frons	56
Fluuius	7	fraxinus	65
flumen	51	frutex	90
flamen	74	frico	95
fleo	101	frendeo	100
flaueo	103	frondeo	ibidem
flacceo	ibidem	frigeo	101
flammeo	ibidem	frango	118
floreo	ibidem	frigo	ibidem
fluo	109	fremo	120
flecto	125	Fu	
Fo		Fuligo	10
Formido	10	fulgur	15
fomes	16	funnus	20
fornix	24	futilis	29
fores	34	fuſus	49
fors	53	fullo	64
follis	82	fulmen	73
fons	88	fulgor	78
forceps	89	furfur	ibidem
fornax	25	fur	ibid.
forfex	90	fuſtis	82
foueo	102	funis	ibidem
fodio	107	fundo	114
for	133	fuco	92
fornicor	ibidem	fumo	93
forem	140	fulgeo	100
Fr		fugio	107
Fruſtror	133	fulco	128
frigus	21	furor	133
fraus	22	fruor	135
fraudulentus	ibid.	fungor	ibidem
fraudare	ibidem		

furo 138

Ga

Gatamas 16
gauſape 28
gargarus 48
garganus ibidem
gaudeo 100
gaddir 77
gades 94
ganea 57
gallus 67
ganeo 70
garus 72
gallipes 80
gannio 129
garrio ibidem

Ge

Gener 3
geneſis 41
genea ibidem
genealogia ibidem
genu 54
gelu ibidem
gelare ibidem
gemo 120
geſtio 129
gero 124
gyro 94

Gi

Gibber 5
gigno 121
gigas 16
gymnas ibidem
gyro 94

Gl

Glaber 4
gluten 11
glis 19
glos 20
glans 23
gliſco 111
glocio 128
glorior 133

Gn

Gnomon 12

Gr

grus 21
grex 23
gradus 36
grates 54
gracilis 61
gryphs 67
grando 30 & 71
groſſus 86
grunnio 129
graſſor 133
gratulor ibidem
grator ibidem
gradior 134

Gu

Guttur 15
gurges 16
guttus 57
gummi 63
gurgulio 71

Ha

Halec 10
halcion 12
harpax 91
halo 93
halitus ibidem
habeo 103
haurio 129
hallucinor 133
hariolor ibidem

He

Hebdomas 16
hebes 17
hebetare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

hebetare ibidem
hæres ibidem
hæreſis 32
hæreſiarcha 64
heliercha ibidem
helluor 133
hebenus 65
hebeo 103
hæreo 104
heros 20
Hi
Hircus 3
hirudo 10
hyperion 12
hyr 14
hydrops 22
hiſtrix 24
hipponax 29
hypocriſis 27
hyle 40
hypocrita 54
hiader 55
hymen 74
hippomanes 81
hyancinthus 84
hinnio 127
hymnio ibidem
hiſco 145
Ho
Horizon 12
honos 19
heros 20
holus ibidem
hoſpes 57
hoſpitium ibidem
hoſpitari ibidem
homicida 65
hoſtis 83
horreo 103
hoſpitor 133
horror 139
hoſpitor ibidem
Hu
Hulcus 21
huiuſmodi 38
humilis 61
humus 85
humo 93
Ia
Iaſpis 19
iapix 29
iaceo 103
iacio cum ſuis cõpoſitis 106
iaculor 133
iantor ibidem
Ib
Iber 4
ibertia ibidem
ibis 19
ibrix 25
Ic
Icon 74
ico 114
Id
Idus 87
idolatra 64
idolum 66
Ie
Iecur 15
Ieſus 41
In
Inguen. 11
Il
Ilaris 50
illecebræ 53
ilia 54
ilex 90
Illex Ibidem

Im

I

Impes 17
impos 20
imber 29
imago 50
immanis 83
imbrex 90
imbuo 109
impedio 129
imaginor 133
imitor ibidem

In

Intercapedo 10
indago ibidem
nſtar 13
ndecor 15 & 78
ngurgitare 16
nterpres 17
nquies ibidem
ncus 21
niunx 23
ndoles 32
ngluuies 37
ntibus 46
nfernus 47
nanimus 50
ncolumis ibidem
nferiæ 53
nduciæ ibidem
nſidiæ 54
nferi ibidem
nops 56
ndages 58
nfra 60
ntra ibidem
ntimus 61
nfimus ibidem
nduſtrius 62
ncurius ibidem
iniurius ibidem
inglorius ibidem
incola 64
indigena ibidem
ignigena 65
inchoo 93
inquies 17
infamis 83
inſignis ibidem
intercus 86
iners 89
infans ibidem
inculco 92
intrico ibidem
inſtigo 93
infamo ibidem
inſpiro 94
incuſo ibidem
inſinuo ibidem
infatuo ibidem
increpo 96
inuideo 99
indulgeo 103
incutio 108
inanio 129
inficior 133
inſidior ibidem
interpretor 139
infit 142
inquio ibidem
inſoleſco 145

Io

Iocus 45
iocor ibidem
ioculator ibidem
iordanis 65

Ir

Iris 27
irrito 94

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

iraſcor 135
Iſ
Iſmarus 48
iſthmos 84
It
Iter 29
Iu
Iubar 13
iuno 66
iuuo 99
Iupiter 14
iuuentus 21
ius ibidem
iurulentus ibidem
iuriſperitus 38
iureconſultus ibidem
iugum 49
iubilus 57
iuuenis 62
iugalis 82
iugis 83
iurgo 93
iugo
iubeo 204
iuueneſco 145
ky
Kyrios 41
kyrie eleyſon 68
La
Lagena 2
laniger 4
lacer ibidem
lanius 7
lac 10
lactare ibidem
lacon 12
lacedæmon ibidem
lar 13
laquear ibidem
lacunar ibidem
later 14
lampas 16
labes 17
latus 21
laus 22
lanx 24
larex ibidem
lacus 36
laurus 48
lauo 94
latex 51
latina 54
lanugo 70
lauer 69
latomus 91
labo 92
laqueo 93
laſſo 94
laxo ibidem
laſciuio 129
langueo 101
lateo 103
laceſſo 125
lamentor 133
latrocinor ibidem
latro 71
labor 135
largior 119
labaſco 145
Le
Letifer 4
lebes 18
lepos 19
lepidus ibidem
lepus 21
lepuſculus ibidem
lelex 29
leleges ibidem
leopardus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

leopardus 38
lexis 41
lætum 52
lemures 54
lens 56
entigo ibidem
egio 71
embus 84
ego 93
euo 94
eo 101
ædo cum ſuis compoſ. 112
ex 23
go cum ſuis compoſ. 116
nocinor 133
enteſco 145

Li

iberta 2
bertus ibidem
ber 4
tuus 8
go 10
ibido ibidem
en 11
mes 16
s 19
ttus 20
bripens 23
nus 47
teræ 54
beri ibidem
xa 64
ticen 74
ynter 76
gur 78
mbus 84
max 91
ibo 92
lympho 93
limo ibidem
liquo 94
lito ibidem
lixo ibidem
liqueo 102
liueo 103
licio 107
lino 122
linquo 123
lippio 129
ligurio ibidem
lignor 133
liceor 134
liquor ibidem

Lo

Locuples 17
lodex 24
locus 45
loculus ibidem
lorum 73
lorare ibidem
loramentum ibidem
loripes 73
logos 41 & 77
loquor 136

Lu

Lucanar 13
lucifer 4
lupanar 13
luter 14
lues 17
ludicer 31
luxus 35
lupinus 51
lues 52
lutra 67
lupus ibidem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

lutum 73
lucar 74
luctus 87
luxo 94
lugeo 103
luceo 104
luo 109
ludo cum ſuis compoſ. 112
luctor 133
ludificor ibidem

Ma

Malua 2
magiſter 4
mantile 10
mango ibidem
marſpiter 14
martyr ibidem
marmor 15
mas 16
magnes 17
manſues 18
maſtix 24
magydaris 27
manes 34
macedones ibidem
magiſtratus 35
macies 37
materies ibidem
malum punicum 38
multiloquus 59
multiuolus ibidem
maſſicus 48
manubiæ 54
maiores ibidem
magalia ibidem
mapalia ibidem
margarita 57
maledicus 59
magniloquus ibidem
maleuolus ibidem
macedo 64
mancipium 65
malus ibidem
malum ibidem
mars 66
martius ibidem
martes 67
manna 69
mammona ibidem
mare ibidem
maialis 82
mannus 84
manceps 89
matrix 91
mando 92 & 114
mano 93
mancipo ibidem
madeo 100
marceo 103
maneo 104
mando 92
machinor 133
malignor ibidem
malo 141
marceſco 145

Me

Meander 5
menelaus 6
metatheſis 7
melis 11
merges 16
merces 17
memphis 19
melampus 22
merx 23
metropolis 27
melos 41
metamorphoſis 41
menalus 48

metallum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

netallum 50
nelo 51
nœnia 54
negaleſia ibidem
nenda 57
nerula 67
neror 77
nemor ibidem
neridies 81
nenſis 82
nelos 84
netus 87
neretrix 91
neo 93
netuo 109
nergo 116
neto 126
nœchor 133
nercor ibidem
nedicor ibidem
nctor ibidem
neditor ibidem
nereor 134 & 142
nedeor 134
nerior 137
nentior ibidem
nœreo 142
nœreor ibidem

Mi

Michael 66
niſer 3
ninutal 11
ninos 20
ninium 51
niniare ibidem
nilium 52
ninæ 54
ninores ibidem
nyropola 64

mimphur 78
miles 80
mico 95
miſceo 105
mitto 126
miſeror 133
miſereor 134
micturio 145

Mo

Moabites 1
monas 16
mos 19
monoceros 20
monile 31
monarcha 64
morus 65
moles 81
molaris 82
mons 88
mordeo 99
moueo 102
molo 120
mollio 129
morior 136
molior 137
moror 139
moueo 102

Mu

Muſa 1
mulciber 5
mugil 11
murena 13 & 67
mucor 15
munus 21
mulſus 51
mulſum ibidem
muſcus 52
multicia 54
munia ibidem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

multiloquus 59
multiuolus ibidem
muſtela 67
murena ibidem
mullus 67
mulier 76
multicolor 78
murmur ibidem
municeps 89
murex 90
mutilo 93
muſſo 94
mulcto ibidem
mutuo ibidem
mulgeo 100
mulceo 104
mugio 129
mutuo 133

Na

Nar 13
natales 54
nauarcha 64
nauta 64
nauci 70
nacio 71
naulum 73
nardus 84
nauſeo 93
nauo 94
nauiculor 133
nanciſcor 135
naſcor 136

Ne

Nepa 1
nectar 13
nepos 19
nemus 20
nerinæ 40
neomenia 44
neruus 50
neruoſus ibidem
nex 55
neptunus 66
nereus ibidem
nefas 79
neuus 84
neco 96
nexo 98
neo 104
necto 125
nexo 127
negocior 133

Ni

Nycticorax 25
nix ibidem
niueus ibidem
niuoſus ibidem
niualis 26
nictus 35
niniuita 64
nihili 70
nil 72
nimbus 84
nideo 98
niteo 103
nidulor 133
nitor 135

No

Nox 26
noctiuagus ibidem
noſtras 44
norma 50
nonæ 54
noualis 82
noceo 105
noſco 111

Nu

Nummus 8

nummu-

ummularius 8
umen 11
ux 25
undinæ 54
ugæ ibidem
uptiæ ibidem
utrix 64
ubigena 65
ugas 79
ubes 81
urus 87
uo 109
ubo 110
und nor 133
ugor ibidem

Ob

bſes 17
bſcœnus 52
bſtetrix 64
bex 90
bnubilo 93
bliquo 94
bturo ibidem
bdo 113
bliuiſcor 135
bſonor 133

Oc

ceo 92
ctober 29
ctipes 80
cior 133

Od

de 40

Of

ffendo 15

Og

gdoas 16

Ol

lympias 16
lcaſter 65
oleo 101
olor 67

Om

Omen 73
ominor 133

On

Onager 5
onyx 24

Op

Opifer 4
opiter 14
opus 21
opuſculum ibidem
operor 133
optimates 79
ops 56
opes ibidem
opitulor ibidem
opus 86
oppilo 93
opitulor 133
obſonor ibidem
opinor ibidem
operor ibidem

Or

Orion 12
oryx 26
orontes ibidem
ortus 48
ordeum 51
orbis 82
oriens 88
orbo 92
orior 136
ordior 137

Oſ

Oſſa 2
oſcen 74
oſus 137

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

oſculor 139
Ot
Otus 67
Ou
Ouare 140
ouile 10
ouo 94
Pa
Patria 1
palpebra 2
palus 8 & 21
paxillus 8
paro 10
pan 11
pandecta ibidem
panther 14
pallas 16
palmes ibidem
paries 18
paropſis ibidem
panis 32 & 82
pax 52
panarium 32
paſſus 36
partus ibidem
pardus 38
paraſceue 40
paſcua 45
pannicum 52
parentalia 54
papa 64
patriarcha ibidem
palumbes 67
panthera ibidem
paluſter 75
papauer 76
palmipes 80
panis 82
patruelis 82
paradiſus 84
papyrus 85
parens 89
paco 92
pallio 93
palo ibidem
papo ibidem
palpo ibidem
pauſo 94
palleo 101
paueo 103
pareo 105
pario 108
paſco 111
parco ibidem
pando 115
pango 117
patrocinor 133
paciſcor 135
patior 137
partior ibidem
pateo 105
Pe
Pelta 2
peculium 6
peculiaris ibidem
pertica ibidem
pedum 3
pelagus 6
pergamus ibidem
pero 10
pean 11
pedor 15
perpes 17
penus 20
pecus ibidem
perdix 25
pernix ibidem
pernox 26
peluis 27

penates

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

penates 34
penus 36
penarium ibidem
pernicies 37
perniciosus ibidem
pentecoſte 40
pergamus 46
pendere 51
pecu 54
peribolus 57
perſuga 65
pellio ibidem
perſephone 66
perdix 67
pecten 74
pedeſter 75
pedes 80
penis 82
perduellis 83
periodus 86
petulans 88
pernox 90
precox ibidem
pellex ibidem
peculor 133
periclitor ibidem
peregrinor ibidem
peſſundo 95
pendeo 99
pedo 113
pendo 115
pergo 116
pello 120
pecto 125
peto 126

Ph

Phyſeter 14
pharnax 25
phalanx 26
phryx ibidem
phrygius ibidem
phyſis 41 & 27
phraſis 27 & 82
Phœbe 27
phaleræ 54
pharmacopola 64
philomela 67
phiſtula 68
phraſis 82
phreneſis ibidem
phaſelus 85
philoſophus 86
philocalus ibidem
phœnix 24 & 91

Pi

Pithon 14 pyr 12
pixis 18
pyramis ibidem
pignus 20
picens 22
pix 25 piſtis 41
pileus 48
pinus ibidem
piſa 57
piſtrina ibidem
pius 62
pyrata 64
pincerna 65
pinaſter ibidem
picus 67
piperi 70
pinſo 125
pigritor 133
piſcor ibidem
pingueſco 154

Pl

Plebs 22
pleureſis 27
pleureticus ibidem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

plebiſcitum 38
plumbum 51
plus 55
platanus 65
pluto 66
planeta 69
plico 96
pleo 101
plumeo 103
placeo 105
pluo 110
plodo 112
plaudo 113
plango 117
plecto 125

Po

Poeta 1
populus 7
porcile 10
poples 16
podex 24
pollux 25
portus 36
porrum 46
porraceus ibidem
poculum 51
pontus 52
poſteri 54
poſtica 55
poſt 60
poeta 69
polenta ibidem
pondo 71
portio ibidem
pollen 73
poeſis 82
pollis ibidem
poſtis ibidem
porticus 87
pons 88
pollex 90
poto 97
poſco 111
pono 121
polio 129
polliceor 134
potior 136

Pr

Proſper 3
preſbyter 5
prædo 10
propago ibidem
proconſul 11
præſul ibidem
præſter 14
prauitas 16
probitas ibidem
præſes 17
præs 22
præpes 17
præceps 26
præſepe 28
preneſte ibidem
proceres 34
proluuies 37
progenies ibidem
prætectus urbis 38
primitiæ 54
præcordia ibidem
proceres ibidem
preces 55
pridem 60
proximus 31
proxeneta 64
prunus ibidem
prunum ibidem
propheta 69
problema ibidem
præſto 71

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

proſtibulum 73
primas 79
proles 81
princeps 89
probo 92
profligo 93
protelo ibidem
prando 100
præbeo 103
prendeo 113
prædo ibidem
prodo ibidem
premo 121
promo ibidem
prurio 129
proteruio ibidem
proficiſcor 135
præſtolor 133
precor ibidem
prædor ibidem
præcox 90
phthiſis 27
præſciſco 145

Pſ

Pſitacus 67
pſeudo 71
pſallo 120

Pu

Puer 3
pullus 8
puteal 11
pugil ibidem
puluinar 13
puluis 19
puls 22
pulmentum ibidem
pumex 24
puppis 27
puſillanimus 50
pus 53
pugillares 54
pudicus 59
puſtula 69
pugio 70
puber 76
pungo 118

Qua

Qualus 88
quaxillus ibidem
quadrigæ 54
quadrupes 80
quadrans 8
quatio 108

Que

Quercus 48
quæro 124
querulor 133
queror 135
quæſo 142

Quo

Quot 72
quod ibidem

Qui

Quiris 19
quintilis 29
quiſquiliæ 54
quinquatria ibidem
quid 72
quieo 104
quiritor 133

Ra

Rancor 15
radix 25
rauennas 29 & 79
rabies 37
raſtrum 46
rapa 57
ratio 71
rapax 90

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ramex ibidem
radio 93
rapio 108
rado 112
raucio 128
ratiocinor 133

Re

Recaluaſter 4
ren 11
reſes 17
remex 23
remus ibidem
redux 25
reſtis 27
rete 28
res 37
reliquiæ 54
reſtio 59
rex 23
reſpublica 38
reſpriuata ibidem
reſpondeo 99
regio 71
religio ibidem
rebellio ibidem
recens 89
repedo 92
repudio 93
refocillo ibidem
reboo ibidem
reſpiro 94
recuſo ibidem
remordeo 99
rego 118
repo 123
redimio 129
refragor 133
reor 134
reminiſcor ibidem

Rh

Rhetor 45
rhinoceros 20
rhetoricor 133

Ri

Rictus 35
ritus ibidem
riualis 82
rideo 98
rigeo 101
ringo 116
rimor 133
rixor ibidem

Ro

Robur 15
ros 84
rogo 93
roto 94
rodo 112

Ru

Rudus 20 & 79
rus 21
rudis 29
ructus 36
rubus 65
rumor 77
rupes 81
rudens 88
rumex 70
ruffo 93
rubeo 103
ruo 109
rudere 114
rumpo 123
rugio 129

Sa

Sagena 2
ſatur 3
ſalutifer 4
ſarculum 8
ſalſugo 10

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſalſilago ibidem
ſanguis 18
ſardis 19
ſamnis ibidem
ſalus 21
ſardonix 24
ſalix 25
ſaltus 36
ſales 54
ſaturnalia ibidem
ſuga 64
ſambucus 65
ſarda 67
ſartago 70
ſalina 72
ſagum 73
ſaluber 75
ſacerdos 84
ſanſucus 85
ſatisdo 96
ſaphirus 85
ſandix 70
ſapio 108
ſallo 120
ſantio 128
ſartio ibidem
ſagio 129
ſallio ibidem
ſarrio ibidem
ſalio 130
ſatago 138
ſalue 143

Sc

Scaber 4
ſcrupulus 6
ſcopulus ibidem
ſcipio 13 & 70
ſcelus 20
ſciopus 21
ſchema 26
ſcyrus ibidem
ſcopæ 54
ſcorpius 58
ſcriba 64
ſcura ibidem
ſcortum 65
ſciurus 67
ſcobs 88
ſcrobs ibidem
ſcreo 93
ſcateo 103
ſcribo cum ſuis compſ. 110
ſcabo ibidem
ſcindo cum ſuis compoſ 114
ſcando 115
ſcalpo 12
ſculpo ibidem
ſcio 128
ſcrutor 134
ſciſcitor 144
ſcalpurio 145

Se

Sella 2
ſequeſter 4
ſequeſtrare ibidem
ſetiger ibidem
ſeculum 8
ſeben 12
ſeges 17
ſemis 18
ſenectus 21
ſenecta ibidem
ſeruitus ibidem
ſenex 29
ſecuris 27
ſeptember 29
ſextilis ibidem
ſenatus 35
ſegnicies 37

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſenatusconſultus 38
ſeuum 51
ſentes 54
ſequana 65
ſepia 67
ſenio 71
ſenior 77
ſemipes 80
ſeſquipes ibidem
ſegnis 83
ſeps 88
ſero 124
ſedo 92
ſecundo ibidem
ſereno 93
ſeco 95
ſedeo 98
ſeneo 1 3
ſerpo 123
ſæuio 129
ſeruio ibidem
ſæpio 130
ſentio ibidem
ſepelio 131
ſequor 136
ſector 145

Si

Signifer 4
ſymbolum 3
ſyncope ibidem
ſyren 11
ſimultas 16
ſydus 20
ſilax 25
ſyrinx 26
ſitis 27
ſitibundus ibidem
ſyrtis ibidem
ſibilus 43
ſinus 48
ſincerus 49
ſiligo 70
ſymbola 57
ſitula 68
ſimilis 61
ſinapi 70
ſindon 74
ſylueſter 76
ſynodus 85
ſilex 90
ſinuo 94
ſido 113
ſino 122
ſiſto cum ſuis compoſ. 127
ſileo 101
ſingultio 131

Sm

Smaragdus 85

So

Solum 3 & 52
ſomnifer 4
ſocer 5
ſocrus 87
ſoter 14
ſocors 23
ſoboles 32
ſors ibidem
ſoſpes 57
ſoluendo 71
ſotular 74
ſoror 77
ſophiſtes 81
ſodalis 83
ſons 89
ſolers ibidem
ſono 95
ſordeo 100
ſorbeo 104
ſoluo 127

ſopio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſopio	129	ſtatuarius	7
ſolco	138	ſtater	14
ſolor	139	ſtrages	17
ſoracte	28	ſtips	22
ſordeſco	145	ſtix	29
Sp		ſtrix	ibidem
Specular	13	ſtrigilis	30
ſphinx	29	ſtrophe	40
ſpecus	36	ſtacte	ibidem
ſpecies	37	ſtrabus	58
ſponſalia	54	ſtrenuus	62
ſpica	57	ſterno	122
ſpurcus	59	ſtrepo cum ſuis comp.	123
ſpinus	65	ſterto	125
ſpinter	75	ſto	96
ſpumo	93	ſtinguo	117
ſpiro	94	ſtomachor	133
ſpondeo	99	ſtipendior	ibidem
ſpecio cum ſuis compo.	106	ſtipulor	139
ſpargo	116	Su	
ſperno	122	Subarrare	3
ſpeculor	133	ſurdaſter	4
ſpecu	54	ſubdolus	6
St		ſubtel	11
Stringo	118	ſumen	ibidem
ſtipo	93	ſubligar	13
ſtrido	112	ſulphur	15
ſtruo	110	ſulphureus	ibidem
ſternuo	109	ſus	21
ſtatuo	ibidem	ſubiunx	23
ſtupeo	103	ſuppellex	26
ſtudeo	100	ſupplex	32
ſtrideo	98	ſupparus	47
ſto	96	ſuperi	54
ſtirps	88	ſupremus	63
ſtabulum	73	ſuperſtitio	71
ſtellio	70	ſuſpicio	ibidem
ſtipula	68	ſuber	65 & 76
ſtruthio	67	ſuperſtes	80
ſtannum	51		

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſubſcus 86
ſulco 92
ſuggillo 93
ſuſpiro 94
ſuſurro ibidem
ſuppedito ibidem
ſupplico 86
ſupinus 87
ſuadeo 98
ſurdeo 130
ſueo 1ã3
ſuccutio 108
ſurrigo 118
ſurgo ibidem
ſumo 121
ſuperbio 129
ſuffio ibidem
ſuffragor 133
ſuſpicor ibidem
ſum cum ſuis compoſ. 141

Ta

Tabellarius 7
talus 8
talaris ibidem
tabor 15
tapes 18
tartarus 47
tabes 53
taxus 65
talpa 67
talio 71
tantundem 73
tardo 92
tamino 93
taxo 94
tabeo 103
taceo 105
tango 117

Te

Tener 3
teter 4
temetum 7
temulentus ibidem
teucer ibidem
teſtudo 10
teres 17
teges ibidem
tegeticula ibidem
tergus 20
tempus 21
tellus ibidem
tenarus 47
teſqua 54
textrina 57
tetrarcha 64
terrigena ibidem
tempe 69
ternio 70
teſſara 74
termes 80
teſtis 83
temero 94
tempero ibidem
tergeo 101
tepeo 103
terreo ibidem
teneo 105
tendo 115
tergo 116
temno 122
tero 123
texo 127
tergiuerſor 134
teſtor ibidem

Th

Tholus 6
thema 26
thebais 28
thaumantias 40

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

INDEX.

theriace ibidem
thermæ 54
theſaurus 57
thorax 91

Ty

Tydeus 3
timber 7
titan 11 & 73
tirius 22
tiburs ibidem
ignus 57
igillum ibidem
yro 70
itio ibidem
ingo 119
ibicen 74
aras 79
itubo 92
tillo 93
innio 126

To

omentum 6
omaculum ibid.
opazius ibidem
orcular 13
ot 72
oral 72
otidem 73
orques 81
orris 82
orrens 88
olero 94
ono 95
ondeo 100
orqueo 102
orpeo 103
orreo 105
ollo 138

Tr

rias 16
trames ibidem
tros 20
tripos ibidem
tripes 80
tripus 21
trabs 22
trux 25
triceps 26
tripolis 27
tribus 36
tribulus ibidem
tribunus plebis 38
triticum 51
trapezita 64
transfuga 65
tribunal 72
triental ibidem
tricolor 78
tricorpor 15 & 78
triton 12
trigon ibidem
trudes 81
tricuſpis 83
trepido 92
trucido ibidem
triumpho 63
tripudio ibidem
tribuo 107
trudo 112
tradere 113
traho 119
tremo 120

Tu

Tugurium 6
tuſſis 27
turdus 67
tubicen 74
tuber 76
turtur 78

turgeo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

turgeo 101
tumeo 103
tundo 114
tueor 136

Va

Valua 2
uaſer 4
uapor 15
uas 16
uadimonium ibidem
uarix 24
uaricoſus ibidem
uates 32 & 65
uaticinium 32
uallis 82
uannus 85
uaco 92
uado ibidem
uacillo 93
uaſto 94
uaneo 104
uagio 129
uador 134
uagor ibidem
uaticinor ibibem
uapulo 139
uale 143

Vb

Vber 76

Ve

Veteraſco 145
uellico 144
ueneror 139
uæneo ibidem
ueſcor 134
uectigal 11
uectigalis ibidem
uellus 20
uetus 20 & 86
ueternus ibidem
uecors 23
uecordia ibidem
uertex 24
ueruex ibidem
ueru 36
ueſtras 44
ueſper 57
ueſpertina ibidem
ueſpertilio ibidem
ueſpillo ibidem
ueridicus 99
uenus 66
uerna 64
uerbigena ibidem
ueſtibulum 73
uerber 76
uerſicolor 78
uepres 81
uerres ibidem
uectis 82
uermis ibidem
uerus 21
uendico 92
ueſtigo 93
uentilo ibidem
ueto 95
uenundo ibidem
uergo 116
ueho 119
uello 120
uerro 124
uerto 126
uenio 130
uelitor 134
uenor ibidem
uerecundor ibidem
uereor ibidem

Vi

Vir

INDEX.

Vir 3
uirtus 21
uibex 24
uis 27
uictus 35
uinum 51
uitia 52
uiſcus ibidem
uires 54
uiſcera ibidem
uideo 99
uices 55
uiciſsim ibidem
uicarius ibidem
uiciſsitudo ibidem
uis ibidem
uitiligo 70
urgo 71
rus 86
ndico 92
tio 93
to 94
geo 101
leo ibidem
eo 104
nco 111
ſo 125
uo 127
ncio 128
uiſco 145

Vl

llus
lyſſes 26
timus 61
mus 65
igo 70
uſcor 135

Vm

Vmber 5

Vn

Vncia 23
unciola ibidem
unciatim ibidem
unda 53
unio 71
unicolor 78
unguis 82

Vo

Vomis 19
uortex 24
uolucris 32
uolucer 75
uolo 92
uoueo 102
uomo 121
uoluo 127
uolo 141

Vr

Vrbs 58
urgeo 101
uro 124

Vſ

Vſufructus 38
uſurpo 93

Vt

Vtor 135
uter 14
utilis 29

Vu

Vulgus 6
uulcanus 66
uulpes 67
uultur 78

Vx

Vxor

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

INDEX.

Vxor 77

Ze

Zea 52
zelotes 83

Zi

Zizania 45

Zo

Zodomita 64

FINIS.

IMPRESSVM VVITEBERGÆ APVD HÆREDES GEORGII RHAVI. ANNO M. D. LVIII,

Impenſis Nicolai Foerd Ciuis & Bibliopolæ Haffnienſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

SYNTAXIS
IOANNIS DESPAVTERII, A SEBASTIANO NOVImola Duiſburgenſi in abſolutiſsimam methodum redacta.

Item, Libellus de reciprocis, ac ordine in declaratione Grammatica ſeruando.

Adiectus eſt per eundem, De ſyncategorematis, De proprietate graduum comparationis, &, De ſpeciebus numeri Libellus utiliſſimus.

Anno M. D. LVIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

QVID SIT GRAMMATICA, ET VNDE dicatur.

GRAMMATICA EST ARS recte ſcribendi, recteq́ꝫ loquendi, Poetarum enarrationem continens, omnium ſcientiarum fons uberrimus. Hæc ars a literis incipit, unde Grammatica dicitur quaſi literatura, γϛάμμα nanq́ꝫ literam ſignificat.

Diuiſio Grammaticæ.

Grammatica, ut definitio indicat, eſt duplex, Methodice & Hiſtorice.

Methodice, recte loquendi & ſcribendi præcepta continet.

Hiſtorice, eſt Poetas enarrandi ſcientia. Omnes ſcriptores hic Poetas uoco, quod fecit & ipſe Quintilianus libro primo, De inſtitutione oratoria. Nec refragatur nominis Etymologia, ποιέω enim, facio, fingo, ſignificat. Fingit autem omnis ſcriptor.

Diuiſio Methodices.

Methodices Grammatica uerſatur circa quatuor, literam, ſyllabam, dictionem, & orationem. Sunt igitur totidem eius partes.

Orthographia, cui debetur litera.
Proſodia, cui ſyllaba.
Etymologia, cui dictio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Syntaxis,cui oratio curæ eſt.

Orthographia,eſt recte ſcribendi peritia, ut Chryſoſtomus cum ch & y Græco. Dicitur ab ὀρθὸς,rectus,& γράφω, ſcribo, quaſi recta ſcriptura.

Proſodia,carminis eſt & accentus notitia, ut Simon,genitiuo Simonis penultima longa. Proſodia Latine dicitur accentus, a πρὸς,id eſt ad,& ᾠδὴ,cantus,carmen.

Etymologia, eſt ſcientia oſtendens ueram dictionum originem cum reliquis accidentibus,ut rex a rego deſcendit. Etymologia, ab ἔτυμος,id eſt, uerus, & λόγος, ſermo,uerbum,dictio,ratio. Quidam, teſte Fabio, hanc partem originationem uocauere. Cicero ἐτυμολογίαν,uertit ueriloquium, quod uerbum ut durum,ipſe qui finxerat fugit,et ſuauius notationem appellauit. Quia nomen eius apud Ariſtotelē inuenitur,σύμβολον,quod eſt nota.

Syntaxis,quæ Latine conſtructio dicitur, eſt congrua dictionum in oratione ordinatio, deriuatur a συντάττω,id eſt ordino,compono, conſtruo. Eſt autem dictionum ordinatio tripliciter congrua,uel uoce tantum, ut Populus cantat,uel ſenſu tantum, ut populus cantant, uel uoce & ſenſu ſimul,ut Petrus ambulat.

Syntaxeos accidentia.

Syntaxi, ſiue conſtructioni accidunt duo, Concordantia & regimen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Concordantia, eſt debita partium oratio= nis conuenientia, in genere, numero, caſu uel perſona.

Regimen, eſt certi caſus exigentia, de caſus natura nihil amittentis, ut exigentia accuſatiui in uerbo Amo eſt regimen, quia dicimus, A= mo literas. Addidi, De caſus natura nihil amittentis, propter caſus aduerbialiter poſitos, quia fere totam naturam caſus & nominis amittunt, ut, Vado Romam.

Omnes partes orationis regunt, præter coniunctionem, ut, Oculi Domini ſuper iuſtos. Hæc uolucrum, ama Deum, ſatis uini, amans Deum, heu me.

Tres ſolum partes regunt & reguntur, Nomen, Pronomen, & Participium, quia caſus tantum regitur. Sola Coniunctio nec regit, nec regitur, ſuam naturam ſeruans. Sed de re= gimine plura poſt concordantiam.

Triplex concordantia.

Concordantia eſt triplex, adiectiui & ſub= ſtantiui, relatiui & antecedentis, uerbi cum no= minatiuo a fronte recto. In hac ultima con= cordantia quia etiam eſt regimen, de ea tracta= bimus in regimine nominatiui.

GRAMMATICES DESPAV= terianæ Liber octauus, in Methodum re= dactus, De concordantia & regimine.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Adiectiui & ſubſtantiui concordantia.

Mobile cum fixo genere & caſu numeroq́;
Conueniat, nomen ſic uult cognomini adeſſe.

Adiectiuum & ſubſtantiuum eſſe debent eiuſdem generis, caſus & numeri, ut, Sæuus uitricus, iniuſta nouerca, turpe uicium.

Adiectiuum eſt, quod ſubſtantiuo adijcitur, ſine quo ſenſum non perficit. Triplex eſt adiectiuum, Nomen, ut bonus, Pronomen, ut meus, Participium, ut factus. Adiectiuū uocaui mobile, quia de genere in genus mouetur.

Subſtantiuum eſt, quod adiectiuo ſubſtat. Id fixum uocatur, quia firmum eſt, nec moueatur de genere in genus.

Annotatiuncula.

Quod dicit Cicero, Omnium rerum mors eſt extremum, id datam regulam non impugnat, quia adiectiuum in neutro genere ſæpe fit ſubſtantiuum, & plerunq; declaratur, uel per nomen Res. Verg. Varium & mutabile ſemper fœmina, id eſt, res uaria & mutabilis. Vel per nomen pars, ut, frigidiſſimum hominis eſt cerebrum, id eſt, pars frigidiſſima. Vel per nomen quod Dialectici abſtractum uocant, Seruantiſſimus æqui, id eſt, æquitatis. Huc pertinet illud Vergilij:

Fama malum, quo non aliud uelocius ullum.

Sic Ouidius.

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.

Nomen ſic uult cognomini adeſſe.) Nomen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

men & cognomen concordant in genere, caſu & numero, ſicut adiectiuum & ſubſtantiuum, ut, Pontius Pilatus, Simon Petrus.

Appendix.

Idem de Prænomine & agnomine dicendum eſt, ut, Marcus Tullius Cicero. Publius Vergilius Maro. Scipio Aphricanus.

Quatuor ſunt igitur propriorum nominum ſpecies, Nomen, prænomen, cognomen, agnomen.

Nomen, eſt proprium ſingulorum uocabulum, ut, Pontius, Tullius, Vergilius.

Prænomen, eſt quod honoris cauſa præponitur, ut, Marcus, Publius, Titus, Quintus.

Cognomen, eſt familię & cognationis nomen, ut, Cicero, Maro, Naſo, Scipio, Nero.

Agnomen, eſt quod ab euentu quodam adquiritur, ut, Naſo, a naſi magnitudine. Cæſar, a cæſo matris uentre. Aphricanus, a deuicta Aphrica. Agnomina ſæpe abeunt in cognomina, cognomina uero deinde in nomina. Præterea cognomen & cognomentum, pro agnomine aliquando capimus. Cicero, Scipio ille cui Aphricano fuit cognomen. Idem, Teq; non cognomentum ſolum Athenis deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo.

De cognominibus attribuendis præceptum I.

Cognomina ſumpturus a locis, aut etiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

a'iunde, dices, Terentius Apher, non de Aphrica. Iohannes Pontanus, Paludanus, Montanus, nequaquam de ponte, palude, &c. Item dices, Petrus Pauo, Martinus Magiſter. Iacobus Faber. Ioannes Albus, non pauonis, magiſtri, fabri, albi. Horum omnium hæc eſt ratio, quia nomen & cognomen ad eandem rem pertinent, quod ſane non ſignificatur, ſi dicas, Petrus Pauonis, pro Petrus Pauo, Fabius pictoris, pro Fabius Pictor. Si autem dicas, Ioannes Lupus, iam Lupus non ſignificat beſtiam, ſed hominem.

Præceptum II. ex Eraſmo.

Barbara & ſono abſurda uocabula, uel hominum, uel locorum, uel familiarum, aut Latinis Græciſue uocibus reddenda ſunt, aut in Latinam faciem commode deflectenda, ut ab idiotis etiam uulgatum nomen agnoſcatur, ut cum pro Barbir, quod uulgo tonſorem ſonat, Barbirium dicimus, pro Busleid, Buslidium, pro Lang, Langium, pro Deſpauter Deſpauterium.

Annotatiuncula ex eodem.

Præter ueterum conſuetudinem faciunt, qui paternum nomen cognominis uice ſubijciunt, ut, ſi quis Antonium Dionyſij filium, Antonium Dionyſium appellet. Cæterum, qui parentis uocabulum gignendi caſu ſubnectunt magis referunt Hebræorum conſuetudinem, quam Romanorum, Iacobus Alphæi, Ioannes Zebedæi. Hæc Eraſmus. At Seruius ſic ait,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Figura eſt Græca ſi dicamus, Aeneas Anchiſæ, & ſubaudiamus Filius. Hac autem figura utimur circa Patres, & circa maritos tantum, ut Vergilius, Deiphobe Glauci, ſubauditur Filia. Hectoris Andromache, intelligitur uxor. Hæc Seruius. Dicimus tamen etiam, Euſebius Pamphili, ſcilicet amicus.

Concordantia relatiui & antecedentis.

Pone relatiuum cum antecedente in eodem
Et genere & numero, nec non perſona in eadem.

Relatiuum & antecedens concordant in genere, numero, & perſona, ut, Ego gaudeo, qui locupletibus genitus ſum. Non fles tu, qui miſiſti patrem? Prouer. 28. Homo qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt. Poſui particulam in perſona, quia licet relatiuum per ſe nullius ſit perſonæ, tamen ſtatim ut cum antedecente ponitur, capit antecedentis perſonam, & ita ſemper conueniunt, in perſona, ideo dices, Tu laudandus es, qui ſtudes, non, qui ſtudet, quia ſic uel relatiuum ab antecedente, uel uerbum a nominatiuo a fronte recto in perſona diſcordaret.

Annotatiuncula.

Eleganter interdum antecedens intelligitur. Horatius.

Argentum, ueſtes Getulo murice tinctas.
Sunt qui non habeant, eſt qui non curat habere. Iuuenalis.
Sunt quibus eſt ſola uiuendi cauſa uoluptas.

Relatiuum quid ſit, & quotuplex.

Relatiuum eſt, quod rem antedictam refert, id eſt, repetit, ut, Qui, quæ, quod. Duplex eſt relatiuum, Subſtantiæ & Accidentis.

Relatiuum ſubſtantiæ quid, & quotuplex.

Relatiuum ſubſtantiæ eſt, quod refert antecedens ſubſtantiuum. Publius. Homo qui in homine calamitoſo eſt miſericors, meminit ſui. Relatiua ſubſtantiæ ſunt, Qui, quæ, quod, is, ſuus, ipſe, ſui, ille, idem, alius, alter, reliquus, cætera & cæterum. Nominatiui Quis & quid nunquam relatiue capiuntur.

Duplex eſt relatiuum ſubſtantiæ, ſimilitudinis & diuerſitatis.

Similitudinis eſt, quod idem cum ſuo refert antecedente. Et ſunt hæc, Qui, quæ, quod, is, ſuus, ipſe, ſui, ille, idem.

Diuerſitatis eſt, quod refert antecedens diuerſum quidem a conſequente cum quo concordat, ſed tamen ſub eodem genere uel ſpecie naturæ comprehenſum, ut, Amo laurum & cæteras arbores. Hinc infertur laurum eſſe arborem, uerum a cæteris arboribus diuerſam. Relatiua diuerſitatis ſunt, Alius, alter, reliquus, cætera, cæterum, cæter aut cæterus non dicitur. His relatiuis nunquam utemur, niſi oſtendere uelimus, antecedens eiuſdem eſſe generis uel ſpeciei cum eo quod conſequitur. Propterea caue dicas, Iudæi crucifixerunt Chriſtum inter duos alios latrones, quia ſic loquens dicit Chriſtum fuiſſe latronem.

Relatiuum accidentis quid.

Relatiuum accidentis eſt, quod refert an=
ecedens adiectiuum,ut, Sum albus,qualis eſt
ater. Huiuſmodi ſunt, qualis,quantus,quot,
quotus,quotennis, quotuplus, quotuplex,cu=
us,cuias. Ponit hæc Priſcianus, quorum ta=
nen quædam, niſi apud grammaticos nuſ=
quam legi. Hic rurſus ſciendum eſt,relatiua ac=
identis ad datam regulam non pertinere,quia
emper cum ſequenti concordant in genere,
umero,& caſu,ut, Catherina eſt pulchra,qua=
s eſt eius filius, uel quale eſt eius mancipium.
dem faciunt relatiua ſubſtantiæ diuerſitatis,ut
orum definitio indicat,& unum ſimilitudinis,
uus,ut, Trahit ſua quemq; uoluptas. Publi=
s Mimograph. Auarus ipſe,miſeriæ cauſa eſt
æ.

De relatiuo regula oratoria.

uando relatiuo præcedens ſubdis, eodem
onatur caſu,quia uerba dantur eidem
uem ſcribo librum bonus eſt,ornatius aio,
uam librum quem, nam raro reperimus in uſu.

Quando relatiuum Qui, quæ,quod,præ=
onitur antecedenti, ſic ut antecedens cum eo=
dem uerbo conſtruatur, Latine & eleganter in
odem ponuntur caſu, ut, Quas ad me dediſti
teras,fuerunt elegantes & iucundæ. Quam
egis hiſtoriam, eſt lepida. Terentius, Quas
redis eſſe has, non ſunt ueræ nuptiæ. Idem,
opulo ut placerent, quas feciſſet fabulas.
Quin=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Quintilia. Non ſuſtineo eoſdem expetere, ne quos porrexerim cibos, uenena fiant. Ponit hanc regulam Valla, & doctiſſimi quiq;.

Si autem antecedens in eodem caſu præcedat, erit quidem oratio figurata, minus tamen elegans & rarior apud probatos. Ver. Vrbem, quam ſtatuo ueſtra eſt. Orator dixiſſet, teſte Valla, Quam urbem ſtatuo ueſtra eſt. Plaut. Naucratem, quem conuenire uolui, in naui non erat. Hanc orationem, & omnes huc pertinentes ſic expone, per expreſſionem alicuius ſubauditæ particulæ. Quem Naucratem conuenire uolui, is in naui non erat. Idem, Patronus, qui uobis fuit futurus, eum perdidiſtis. Ordina, Qui patronus fuit uobis futurus, eum perdidiſtis. Iſtam ordinationem tradit Donatus.

Secunda, De relatiuo regula oratoria.

Si referens ponas inter generum uariorum
Cauſas, haudq; ſequens fuerit propriū, dabis ut uis.
Sin proprium fuerat, referens conforme ſit illi.

Quotieſcunq; relatiuum, Qui, quæ, quod, ponitur inter caſus diuerſorum generum, & ſequens fuerit nomen appellatiuum, poterit concordare cum utrolibet, ſi uero ſequens ſit nomen proprium, cum eo concordabit. Prioris partis exempla. Cice. primo de legibus, Animal plenum rationis & conſilij, quem uocamus hominem. Idem, Quibus tandem gradibus Romulus in cœlum aſcendit? His ne, quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quæ iſti appellant bona? Idem, Omnes tenues atq; humiles, quæ maxima in populo multitudo eſt, ſibi præſidium paratum putant. Ouidius.

Ante mare et terras, & quod tegit omnia cœlum,
Vnus erat toto naturæ uultus in orbe,
Quem dixere chaos,

Poſterioris Partis teſtimonia. Saluſti. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur. Sic dicimus, eſt opus Ciceronis, qui Cato inſcribitur. Inuenitur interdum, relatiuum conuenire cum pręcedenti, licet ſequens caſus ſit nomen proprium, Cicero, propius terra Iouis ſtella fertur, quæ Phaeton dicitur.

De coniunctis & de interrogatiuo.

Conſimiles optant caſus, coniunctio, quærens,
Conſimilesq; modos ſi non regimen uarietur.

Coniunctio, & quicquid coniungendi uim habet, petit ſimiles caſus & modos, ſimiliter interrogatiuum & reſponſiuum eiuſdem erunt caſus. Prioris exempla, Maritus & uxor litigans. Ouidius. Aut amat, aut odit mulier, nihil eſt tertium. Superbus ambulat quaſi rex. Vim coniungendi habent, Quam, niſi, præterquam, ſicut, quaſi, uelut, & plura. Exempla poſterioris partis. Quis miſeretur peccatoris? mitiſsimus Ieſus. Quem tremunt barathra? Ieſum. A quo liberati ſumus? ab Ieſu. Citat dicta carmina heroico, Quis diues? qui nihil cupiat. Quis pauper? auarus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Si non regimen uarietur.) Quando dictiones neceſſario exigunt diuerſos caſus, hæc regula non habet locum, ut ſi interrogeris, Cuius eſt liber? reſpondebis, meus eſt, non mei, ſi ad te pertinet.

Quanto emiſti? aureo. Accuſaris furti, an homicidij? an utrocꝫ?

Annotatiuncula.

Ex his ſatis liquet, coniunctionem ex ſua natura, nec ſimiles, nec diſſimiles coniungere caſus, ſed quoſcuncꝫ dictio regens exigit, illa etiam poteſt copulare coniunctio. Notandum eſt etiam interrogatiua & reſponſiua, quæ caſibus carent, in caſu conuenire non poſſe, ut, Vbi comedes? Hic. Terent. De iſta rogas uirgine? Ita. Plaut. Ego ne iſthuc dixi? ita. Sic alibi ſæpius, licet Valla uult elegantius reſponderi per etiam.

Quid interrogatiuum.

Interrogatiuum eſt rei dubiæ, uel tanquã dubiæ poſtulatiuum. Interrogatio, eſt rei dubiæ, uel tanquam dubiæ poſtulatio.

Regula apte reſpondendi.

Interrogatiuis danda ſunt debita reſponſiua, ut, Quis es? Petrus. Quis es? homo. Qualis es? albus, niger, doctus, & ſimilia qualitatem dicentia. Quantus es? bipedalis, & cœtera quantitatem continuam ſignificantia. Quotus es? primus, ſecundus, &c. Quot ludunt? tres, quatuor &c. Qualem equum emiſti? Valla

dicit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

dicit recte reſponderi oblongum,lato pectore,
breui aluo , quia qualitas magis, quam certa
quantitas ſignificatur. Interrogatus,qualis es?
reſpondes Homo,inepte loqueris.

DE REGIMINE.

POſt concordantiam, de caſuum regimine agendum eſt,& quidem hoc ordine, ut ſi qua dictio diuerſos regat caſus, tota de-aretur in priore caſu,nec alibi repetatur , quo reuitati ſimul conſulamus , & leuemus ediſ-endi laborem , Adſpiret cœptis mitiſſimus Deus noſter Ieſus Chriſtus.

Sex ſunt caſus,nominatiuus,genitiuus,da-uus,accuſatiuus,uocatiuus, & ablatiuus. De ocatiui regimine,quia a paucis regitur parti-ulis, in conſtructione nominatiui obiter pau-a dicemus , ubi de aduerbijs & interiectioni-us agetur. Sunt qui ponant ſeptimum ca-um , is in ablatiuo comprehenditur , & octa-um,is ſub datiuo continetur.

REGIMEN NOMINATIVI.

NOminatiuus in oratione uel regitur,uel ponitur abſolute, ut , Dominus noſter Ieſus Chriſtus , is eſt ueritas. Regitur utem nominatiuus duobus modis , figura-e & ſine figura. Sine figura a fronte & a ter-o , ut, Ego uocor Ioannes. Figurate uero ſep-em regitur modis, per Adpoſitionẽ, per Euo-ationẽ,per Conceptionem,per Prolepſim,per Zeugma , per Antiptoſin,per Syntheſin raro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

utendam, exempla idebuntur ſuo loco. Hæc præmittere placuit, quia præter alia commoda rationem aperiunt, ob quam hæ figuræ a quibuſ am ad finem Syntaxeos reiectæ in conſtructione nominatiui tractentur.

Regula nominatiui prima.

ANte capit rectum perſona conuenientem,
Et numero, uerbum quod perſonale uocatur.
Nec non finitum. Rectum perſæpe tacemus.
Sæpe loco illius quid pono. Ne puer uni
Pluralem dones ſermonem, non honor eſt hic.
At de me ſolo numerus dicetur uteruis.

Omne uerbum perſonale finiti modi, regit ante ſe expreſſe uel ſubaudite, eiuſdem numeri & perſonæ nominatiuum, uel aliquid pro nominatiuo, ut, ego ſcribo, tu legis. Vergil. Fama uolat. Nos canimus. Ouid. Tempora labuntur. Pluit, tonitruat. Publi. Deliberare utilia, mora tutiſſima eſt.

Vtiles annotatiunculę in datā regulā.

Dixi Perſonale uerbum, quia imperſonale ante ſe nominatiuum non recipit, ut, Statur, curritur, pœnitet me peccati.

Dixi Finiti modi, quia infinitiuus ante ſe non nominatiuum, ſed accuſatiuum recipit, niſi Poetice uel Hiſtorice, pro præterito imperfecto indicatiui modi ponatur. Terent. Omnes mihi inuidere & mordere clanculum, ego autem flocci pendere, id eſt, omnes mihi inuidebant & mordebant clanculum, ego autem,

flocci

flocci pendebam. Cicero, Hic iudices ridere, ſtomachari atq; acerbe ferre patronus, cauſam ſibi eripi.

Dixi, Vel ſubaudite, quia tribus modis nominatiuus ante uerbum intelligitur. Primo, in omni uerbo primæ uel ſecundæ perſonæ poteſt nominatiuus intelligi. Ouid.

Et ſi quid faciam, nunc quoq; quæris, amo.

Idem.

Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ,
Sic nullum uobis tempus abibit iners.

Raro exprimitur prima perſona uel ſecunda, niſi fuerit Emphaſis aut diſcretio, ut, Nos hominem accuſauimus, uos damnaſtis. Emphaſis, eſt figura altiorem præbens intellectum, quam quem uerba per ſe ipſa declarant, ut o Chriſte tu adiutor noſter, tu interceſſor, tu ſpes, quaſi dicat tu ſolus, aut ſimile quid. Aeolus ad Iunonem:

Tu mihi quodcunq; hoc regni tu ſceptra, Iouemq;
Concilias, tu das epulis accumbere diuum.

Secundo, in uerbis tertiæ perſonæ pluralis numeri intelligitur Homines, ueluti, Dolium, ut aiunt, facile creſcit, difficulter perit. Sic ferunt, perhibent. Ouidius.

Teq; ferunt iræ pœnituiſſe tuæ.

Tertio, in uerbis exceptæ actionis intelligitur nominatiuus Deus uel natura, ut Pluit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Quid uerbum exceptæ uel exemptæ actionis.

Verbum exceptæ actionis eſt,cuius actus Deo uel naturæ tribuitur,ut, Pluit, fulminat, quia ſolus Deus uere dicit, Ego pluo,fulmino, tono,hyberno,pro hyemem facio. Apud Poetas nominatiuus aliquando exprimitur, Theocritus apud Philelphum :

Fidere Batte decet, melius cras forſan habebit.
Sperandum eſt uiuis, non eſt ſpes ulla ſepultis.
Nunc pluit,& clarus nunc Iuppiter æthere ſurgit.

Verba exceptæ actionis continentur his uerſibus Badianis:

Fulminat atq; tonat, ningit, pluit atq; choruſcat.
Vernat & æſtiuat, gelat, autumnatq; hyematq;,
Hybernat,quandoq; tonitruat atq; pruinat,
Grandinat & rorat, nocteſcit ſiue dieſcit,
Luceſcit ſimul aurorat,conformia iunges.

Poſtremo, adieci regulæ, Vel aliquid pro nominatiuo. Quinq; enim modis ponitur aliquid loco nominatiui.

Primo, Infinitiuus ſine caſu. Cato, Legere & non intelligere,negligere eſt. Quicquid ponitur loco nominatiui, eſt generis neutri. Perſius :

Scire tuum nihil eſt,niſi te ſcire hoc, ſciat alter.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Secundo, Infinitiuus cum accuſatiuo ante ſe, ut, Tyrannos uiuere non expetit Reipub. Id Dialectici uocant dictum.

Tertio, Infinitiuus cum aliquo caſu poſt ſe. Perſius:

At pulchrum eſt, digito monſtrari, & dicier,
hic eſt.

Terent. Seni uerba dare eſt difficile. Eſt pij patris, pio ſuccurrere nato.

Quarto, appellatum, ut, Quod ſtudes, eſt tibi conducibile. Appellatum eſt tota oratio nominatiui & uerbi, præcedente tali particula, Quod, ut, ne, aut ſimili. Multo ornatius per dictum, quam per appellatiuum loquimur, diligenter igitur diſcant pueri hoc in illud mutare, hac uia, Gaudeo quod tu bene uales. Gaudeo te bene ualere.

Quinto, quædam aduerbia funguntur nominatiui officio, ut, Partim uirorum ſunt ocioſi. Martial.

Cras te uicturum, cras dicis Poſthume ſemper,
Dic mihi cras iſtud, Poſthume quando uenit?

Sunt qui dicunt dictionem technice, ſeu materialiter ſumptam pro nominatiuo poni, ut, Amo eſt uerbum. Sed talis dictio eſt uerum nomen indeclinabile, neutri generis.

Vnũ pluraliter non eſſe compellandũ.

Nec puer uni pluralem, &c.) Vni honoris cauſa, non eſt pluraliter loquendum, ut, Rogo te amice, uenias ad prandium meum, non autem, Rogo uos amice, ut ueniatis. Sed de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſe ipſo poteſt quis tam pluraliter, quam ſingulariter loqui. Quintil. Vtinam hoc mihi fata pręſtarent, ut reſiduum laborantis animæ in tuo poneremus amplexu.

De his Eraſmus ſic ait, Si probatos grammaticos audimus, in prima perſona mutatur numerus perſæpe, aut modeſtiæ, aut feſtiuitatis, aut euphoniæ gratia. In ſecunda perſona nunquam, niſi cum genus ſignificamus, non perſonam. In tertia inuidiæ cauſa, raro. Exempla primæ perſonæ. Cicero ad Brutum, Populo impoſuimus, & oratores uiſi ſumus.

Verg.

O Melibœe Deus nobis hæc ocia fecit.

De ſecunda lepidum eſt apud Naſonem exemplum.

Quæcunqȝ æquor habet, quæcunqȝ pericula tellus,
Tam longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ.
Hæc ego dum ſtulte meditor, quæ ueſtra libido eſt,
Eſſe peregrino captus amore potes.

Ad ſolum Vlyſſem ſcribens Penelope, taxat hic totum uirorum genus. Exemplum tertiæ perſonæ Terent. Cum ad uxores uentum eſt, tum fiunt ſenes, Nauſiſtrata unum Chremetem per inuidiam Senes appellat.

Appendix.

Quia inuitæ audiuntur, Tu, te, tibi, tuus, ideo blandius poteris ſuperiorem ſic compellare: Oro tuam probitatem, dignitatem, paternitatem,

tatem, beatitudinem, reuerentiam, gratiam, &c. Ne tamen pro Tuus, ueſter ponas, quia intrinſecus plurale eſt. Præterea, quando uni loquentes, ad plures ſermonem dirigimus, poteſt locutio eſſe pluralis. Verg. Vos o Calliope adſpirate canenti.
Compellat Calliopen ad omnes Muſas ſermonem dirigens, teſte Landino.

Regula elegantiæ.

Rectos ſi binos numerum uerbo uariorum
Præponas, uerbum quadrabit proximiori.
Omnia pontus erat, dic, & domus antra fuerunt.
At ueſtes ſunt lana, feras, eſt lana caueto.

Verbum ſubſtantiuum poſitum poſt duos nominatiuos diuerſorum numerorum, eleganter conformatur ſecundo nominatiuo. Ouidius, Omnia pontus erat. Idem, Domus antra fuerunt, ſingularis numeri eſt domus. Terentius. Amantium iræ amoris redintegratio eſt. Ouid. Veſtes quas geritis, ſordida lana fuit. Hæc tamen elegantia ſæpe non obſeruatur. Liuius, Captiui militum præda fuerant.

At ueſtes ſunt lana, &c. Si uerbum ſubſtantiuum ponatur inter duos nominatiuos diuerſorum numerorum, concordabit cum præcedenti, ut Veſtes fuerunt lana, non ueſtis fuit lana. Sermones ſummi patris ſunt meditatio iuſti. Aliquando fit contra, ubi Eſt pro ſignificat poni uidetur, ut Piſces quos ceperunt Apoſtoli, eſt collectio fidelium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Secunda regula principalis.

Cum ſubſtante uocans, & uim quod ſeruat eorum,
Si ſit res eadem, poſt ſe rectum retinebunt.

Verbum ſubſtantiuum, uerbumq́ꝫ uocatiuum, & eorum uim habentia, regunt poſt ſe nominatiuũ, qui ſignificatur accipi pro eodem cum nominatiuo præcedente, explicite uel implicite, ut Deus eſt omnipotens, Vocor Ioannes, cognominor Deſpauterius. Plaut. Hic uigilans ſomniat. Poſterior caſus non eſt nominatiuus, ſi non ſignificatur accipi pro eodem, ut Gladius eſt Petri. Pater eſt Ioanni.

Annotatiuncula.

Vt uerbum ante ſe habet aliquid uice nominatiui, ita etiam poſt ſe, ut Furari, peccare. Cice. Magis iſti ſeruiunt, ſi obſeruare ſeruire eſt, ideſt, ſi obſeruatio eſt ſeruitus.

Quid uerbum ſubſtantiuum, & quot.

Verbum ſubſtantiuum eſt, quod alijs uerbis ſubſtat in coniugando uel reſoluendo, ut, Lego, id eſt, ſum legens, legor, lectus ſum in præterito. Sum unicum eſt uerbum ſubſtantiuum. Fio ſubſtantiuum non eſt, ut nec exto & exiſto, de quibus lege Laurentium Vallam.

Vim ſubſtantiui uerbi habentia.

Triplicia uerba habent uim uerbi ſubſtantiui. Primo, paſſiua, quorum actiua regunt duos accuſatiuos pro eadem re acceptos, ut crederis diues, quia dicimus, credo te diuitem. Sic habeor, iudicor, æſtimor, fio doctus. Salu. Virtus clara æternaq́ꝫ habetur.

Oui-

Ouidius:

Quæritur Aegiſtus, quare ſit factus adulter,
In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.

Secundo, multa uerba neutra, ueluti eundi, manendi, uiuendi, ut concedo domum potus, id eſt, eo. Ouidius, Victa iacet pietas. Vergilius, Aſt ego quæ diuum incedo regina, Iouiſq; & ſoror & coniunx. Incedere, eſt cum faſtu & magno adparatu ire. Seneca: Tenero ac molli paſſu gradum ſuſpendimus, nec ambulamus, ſed incedimus. Sedes triſtis, curuus, erectus. Viuo inops. Euado doctus, dic etiam, Euado in doctum uirum.

Tertio, plurima alia uerba actiua, deponentia, quorum non conſtat certa regula, ut, audiui hoc puer, feci inuitus, melius quam inuite. Nudus egreſſus ſum de utero matris, nudus reuertar. Huiuſmodi nominatiui eleganter ponuntur pene pro aduerbijs.

Appendix.

Factus, habitus, creditus, & ſimilia ab huius farinæ uerbis participia, poſt ſe cupiunt caſum, quem ante ſe habent, adeo ut etiamſi ipſa uocatiui caſus fuerint, uocatiuos caſus poſt ſe copulent. Propert.

Lectule diuitijs facte beate meis. Catul.

Rufe mihi fruſtra ne quidquam credite amice.

Appendix altera.

Quotieſcunq; participium uerbi ſubſtan-

 tiui,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tiui, uocatiui, uel uim eorum habentis, poni‑
tur inter duo ſubſtantiua, concordabit cum
præcedente, ut, Petrus eſt factus mancipium.
Si uero utriq; poſtponatur, conforme erit utri
libet. Liuius ſexto, decadis quartæ, Ludos
Megaleſia appellatos. Idem lib. nono deca. 3.
Ludi fuerunt Megaleſia appellata.

Cicero.

Video amicitiam noſtram inimicitias modo
factas.

Quid uerbum uocatiuum, & quot.

Verbum uocatiuum, eſt quiddam gene‑
rale, quod rei nomen, præſertim proprium,
aliquando etiam commune determinat, ut,
Vocor Ioannes. Studium ſapientiæ, quæ Phi‑
loſophia appellatur. Quinq; ſunt uerba uoca‑
tiua, Nuncupor, adpellor, uocor, dicor nomi‑
nor. Eorum actiua regunt duos accuſatiuos,
qui ſignificantur ad eandem rem pertinere.
Publius. Timidus uocat ſe cautum, parcum ſor
didus. Vocatiuorum uerborum uim habent,
Cognominor, agnominor, inſcribor, ſalutor,
baptiſor, arguor, &c. ut, Cognominor Scipio,
agnominor Aphricanus. Horatius in Arte:
Deſcriptas ſeruare uices operumq; colores,
Cur ego ſi nequeo ignoroq; Poeta ſalutor?

Appendix.

Septem modis poteris exprimere, Quis
uel qui uocaris? Vocor, dicor, nominor, ap‑
pellor, nuncupor Petrus. Eſt mihi nomen Pe‑
trus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

trus. Eſt mihi nomen Petri. Plaut. Nomen Mercurij eſt mihi.

Eſt mihi nomen Petro. Hic eſt elegantiſſimus. Habeo nomen Petrus. Ouid. Lactea nomen habet.

Habeo nomen Petri, Autor Seruius.

Habeo nomen Petrum. Idem autor eſt. Sic dicimus, Facio, impono, indo tibi nomen Ioannes, Ioannis, ni, nem.

Appendix de infinito Eſſe, & ſimilibus.

Eſſe pares optat caſus, ſed non male dices
Huic licet eſſe probum, loquitur ſic Quintilianus.

Eſſe & alia, a uerbis utrinq; nominatiuum habentibus, infinita, copulant ſimiles caſus explicite uel implicite, qui ſignificantur accipi pro eodem. De nominatiuo, Petrus cupit eſſe doctus. De genitiuo, miſereor Ioannis cupientis eſſe docti, cui deeſt ingenium. De datiuo, Licet mihi eſſe ſacerdoti. De accuſatiuo, Audiui Ioannem eſſe doctum. De ablatiuo, Vtor familiariter Ioanne cupiente eſſe docto.

Cato.

Sperne, repugnando tibi tu contrarius eſſe.

Claudianus, Natura beatis omnibus eſſe dedit, ſi quis cognouerit uti. Terenti. Adparet hunc ſeruum eſſe domini pauperis. De genitiuo & ablatiuo Grammatici ſibi exempla fingunt, apud autores enim uix reperiuntur.

Annotatiuncula.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

In dictis copulantur ſimiles caſus explicite, in ſequentibus nominatiui & accuſatiui implicite. Terent: Hei mihi, diſce eſſe pater ab his, qui uere ſciunt. Tibi placet euaſiſſe diuitem, ſubauditur Te. At ſi dicas, tibi placet euaſiſſe diuiti, nihil ſubaudies. Præſtat uiuere pauperem, quam iniuſte diuitem, uenuſte, ſubauditur generalis accuſatiuus Aliquem.

De nominatiuo, & obiter de alijs caſibus figurate conſtructis.

Figura, eſt aliqua arte nouata dicendi forma, ut, Miratur molem Aeneas magalia quondam, figurate dixit Vergilius, Dic, molem quæ fuit magalia quondam, figura non erit, quia nihil arte nouatum, nihil a primum ſe offerente ratione remotum.

Figura eſt triplex, Dictionis, Locutionis, Conſtructionis.

Dictionis figura eſt, quæ fit in dictione. Quatuordecim figurarũ dictionis (ut ſummatim dicam) hęc natura eſt, ut dictionem uel augeant, ueluti Proſtheſis, Epentheſis, Paragoge, Ectaſis, Diæreſis, uel minuant, ut, Aphæreſis, Syncopa, Apocope, Syſtole, Synæreſis, Eclipſis, Synalœphe, uel inuertant eius Elementa, ut, Antitheſis, Metatheſis. Vnde Græco nomine Metaplaſmi, hoc eſt, transformationes uocantur. Ectaſis uero non auget dictionem ſyllaba, ſed tempore, ita Syſtole non minuit dictionem ſyllabam auferens, ſed tempus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Vergil. Obſtupui, ſteteruntq; comæ, uox faucibus hæſit. In ſteterunt artificioſiſſime penultimam corripuit, ut ſubitum terrorem magis exprimeret.

Figura locutionis eſt, quæ circa loquendi aliquem modum, non circa congruitatis regulam uerſatur, ut, Sine Cerere & Baccho friget Venus, eſt metonymia, quia inuentor pro inuento capitur.

Figura conſtructionis eſt, quæ circa Grammaticas conſtructiones uerſatur. Et ſunt octo, Appoſitio, Euocatio, Syllepſis uel Conceptio, Prolepſis, Zeugma, Antyptoſis, Syntheſis, Synecdoche. De hac ultima, in conſtructione genitiui, commodior erit dicendi locus.

Appoſitio.

Apponens coniunge pari caſu duo fixa.
ſto res eadem, declaratumq; præito.

Si duo nomina ſubſtantiua ad eandem rem pertinentia coniungantur ſine coniunctione, erunt eiuſdem caſus, præcedente declarato per appoſitionem, ut, Fratres gemini, fluuius Rhenus, urbs Roma, arbor morus, menſis Auguſtus. Dico declaratum debere præcedere, ex ſententia Quintiliani, dicentis libro nono: Quædam ordine permutato fiunt ſuperuacua, ut fratres gemini. Nam ſi præceſſerit Gemini, fratres addere non eſt neceſſe. Hæc Quintilianus, ſecundum cuius præceptionem inepte dicitur, Gemini fratres,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Rhenus fluuius, Roma urbs &c. Sed notandum eſt, Quintilianum magis oſtendere, quid ars exigat, quam quid obtinuerit uſus probatiſſimorum uirorum, qui frequentiſſime ordinem illum ſubſtantiuorum in appoſitione non ſeruant. Cicero: Procles & Cariſthenes Lacedæmoniorum reges, gemini fratres fuerunt. Sueton: Rheni fluminis. Titus Liuius. Prope Tybrim fluuium.

Quid Appoſitio?

Appoſitio eſt ſine coniunctionis medio ſubſtantiuorum ad eandem rem pertinentium in eodem caſu poſitio, ut urbs Roma. Horat. Et genus & formam regina pecunia donat.

Annotatiunculæ.

Si dicam, Maria & mater & uirgo ſancta, coniunctio nec iuuat nec impedit appoſitionem, ſed ſolum ponitur propter duo uni connectenda. Verum cum dico: Fluuius & Rhenus, urbs & Roma, non eſt Appoſitio.

Gentilia ſiue patria nomina, ut Romani, Itali, Galli, Sulmonenſes, Inſubres, pene ſunt ſubſtantiua, ideo inter huiuſmodi apud Titum Liuium, & alios optimos autores ſæpe inuenies appoſitionem, ut ager captus de Gallis Boijs fuerat. Hic nota obiter, quod non ſolum gentilia, ſiue patria nomina non ſunt plene adiectiua, uerumetiam numeralia, pronomina, Syncategoremata, ueluti Omnis & Nullus & cætera, quia alijs adiectiuis rite

mari-

maritantur,ut, Multi albi homines, quinq; fatuæ uirgines. Vergilius.

Antea mala decem miſi, cras altera mittam.

Subſtantiua in appoſitione duobus modis poſſunt eſſe diuerſorum numerorum. Priore,ubi alterum alterius numero caret,ut, urbs Athenæ, piſces ſignum, quoniam duo ſunt. Vergil. Corydon ardebat Alexin Delicias domini. Poſteriore ubi alterum eſt collectiuum.

Ouidius.

Turba ruunt in me luxurioſa proci. Idem.

Quid meruere boues, animal ſine fraude doliſq;.

Animal hic collectiuum eſt, ſic apud Iuuenalem:

Quanta eſt gula,quæ ſibi totos
Ponit apros animal propter conuiuia natum.

Tribus de cauſis fit appoſitio. Primo,cauſa reſtringendæ generalitatis, ut, Vrbs Gandauum,arbor laurus, menſis Iunius.

Secundo,cauſa remouendæ æquiuocationis,ut, Leo ſignum ardet. Plinius, Lupum piſcem non uidit Italia. Aequiuocum eſt Polyſemum, hoc eſt, dictio diuerſa ſignificatione multa ſignificans, ut Canis.

Tertio, fit cauſa attribuendæ proprietatis, ut Plato homo doctiſſimus.

Appoſitio declaratur per participium Ens, licet parum ſit in uſu,teſte Priſciano,ut, Diligo Petrum hominem iuſtum, id eſt, Petrum entem hominem iuſtum. Iſtud monuiſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

eſt utiliſſimum,nam hic , Voco te Iohannem, Facio Petrum Sacerdotem,non eſt appoſitio, quia non intelligitur ens, neq; in hac oratione. Dedit filium precium mundi, ubi intelligitur præpoſitio In.

Duo millia uiri , dicunt eſſe appoſitionem, nec repugno , quia ſic exponendum eſt, Viri entes duo millia. Eodem modo reſoluendæ ſunt Eccleſiaſticorum orationes. Ex tribu Dan duodecim millia ſignati. Debebat decem millia talenta. Autor eſt Laurent. Valla,qui tamen maluiſſet dicere,Duodecim millia ſignatorum. Decem millia talentorum. Sed eiuſmodi locutiones frequentiores ſunt claſſicis ſcriptoribus, quam ille putauit. Plin.lib. 13. cap. 7. Ancus Martius rex ſalis modia ſex millia in congiario dedit populis. Iuſtin. Trecentis millibus mulieribus. Liuius, Duodecim millia pedites. Cicero, Tritici modios quinq; millia. Vergil. Tot millia gentes arma ferent Italæ. Male ergo ſcripſit Georgius Valla, millia aliquando adiectiuum eſſe,non animaduertens in exemplis citatis ſubſtantiua appoſitorie coniungi.

Euocatio.

Si ternam primæ des, totum ſit tibi primæ,
Siq; ſecundæ des ternam,totum eſto ſecundæ.
Pauper ego canto. Luca uir maximus audi.

Quando immeditate primæ uel ſecundæ perſonæ iungitur tertia , tota oratio eſt primæ uel ſecundæ perſonæ, ut, Ego pauper canto,tu diues trepidas.

Dico

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Dico immediate, quia in Euocatione non ɔoteſt intercedere coniunctio, eſtq; hæc figura ɪppoſitio quædam, exigit enim & perſonas ad ɛandem rem pertinentes, quarum euocans ab ɛuocata declaretur, & præterea reſolui poteſt ɔer ens, ut appoſitio, ueluti, Ego pauper nil ti= neo, id eſt, ego ens pauper, aut qui ſum pau= ɔer. Defende me tu uir optimus. Tace tu ho= no imperitus, ens ſubintelligitur, teſte Valla ɛrtio elegantiarum libro.

Quid ſit Euocatio.

Euocatio, eſt continua tertiæ perſonæ ad rimam uel ſecundam reductio, ut, Ego Ioan= es ſedeo. Vergil. Non omnia poſſumus om= es.

Quatuor ſunt neceſſaria in Euocatione, erſona euocans, perſona euocata, abſentia oniunctionis, & uerbum perſonæ euocanti onforme. Perſona euocans eſt prima uel ſe= unda perſona. Sola tertia eſt euocata.

Duplex eſt Euocatio, explicita & impli= ita. Explicita eſt, ubi perſona euocans cum uocata exprimitur, ut, Ego Petrus ſcribo. Tu 'aulus ludis. Titus Liuius: Audi tu populus lbanus.

Implicita eſt, ubi perſona euocans ſubau= litur, ut Peccatores, te rogamus audi nos. Aue Cæſar ſummus imperator. Horat.

Decipimur ſpecie recti pars maxima Vatum.

Ouidius.

Si qua uales apte nubere, nube pari.

Cicero

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Cice. Omnes trahimur & ducimur ad ſcientiam cupiditate gloriæ.

Perſona euocans & euocata quatuor modis poſſunt eſſe diuerſorum numerorum. Primo, ubi idem de ſe pluraliter loquitur, ut, Nos Carolus diuina gratia Francorum rex mandamus. Eiuſmodi tamen orationes ſunt inuſitatę ſcriptoribus probatis.

Secundo, ubi alterum ſingulari numero caret, aut ſaltem Eteroclitum eſt, ut, Ego deliciæ tuæ canto.

Tertio, in collectiuis. Ouid. Populus ſuperamur ab uno, Vixq; uiro, ſenſus eſt, nos populus ſuperamur, & cætera. Plinius, Pars magna ſtudiorum amœnitates quærimus.

Vergilius.

Nos tua progenies, cœli quibus annuis arcem,
Prodimur.

Quarto, in diſtributiuis. Ouid.
In magnis læſi rebus uterq; ſumus.

Perſona euocans Nos intelligitur, quia ſenſus eſt, Nos uterq; ſumus læſi, niſi malis ſic ordinare, Nos ſumus læſi, uterq; in magnis rebus.

Conceptionum paraſceue.

Quæ per &, aut ſocias iungo, dant rite ualorem
Pluralem, ſic cum, pro coniungente repoſtum.

Copulatum per coniunctionem, per præpoſitionem Cum pro &, ualet ſæpe dictionem pluralis numeri, ut, Ego & tu, id eſt, nos, tu &

iſte,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſte, id eſt, uos. Petrus & Iohannes, id eſt, illi. Ideo uerbum, uel adiectiuum, aut relatiuum erit pluralis numeri, ut Ioannes & Petrus ludunt, quos uideo. Virgilius & Ouidius ſunt docti. Exemplum de Cum. Apuleius. Poſtquam finitum eſt illud Paridis iudicium, Iuno quidem cum Minerua triſtes & iratis ſimiles ſcena redeunt, indignationem repulſæ geſtibus profeſſæ. Ouid.

Ilia cum Lauſo de Numitore ſati.

Nota, quod coniunctio aliquando intelligitur per Aſyndeton. Terent. Dum ætas, metus, magiſter prohibebant. Quandoq; multiplicatur per Polyſyndeton, ut, Et ego & Petrus & Paulus currimus.

Conceptionis regula.

Perſonam atq; genus ſemper dabimus mage digno.
Prima quidem reliquis præſtat, ternæq; ſecunda,
Maſculeum reliquis præſtat, neutro muliebre.

Copulatum æquipollens uni plurali, eſt eius perſonæ aut generis, cuius eſt pars dignior, per Conceptionem. Exemplum de perſona, Ego & tu, eſt primæ perſonæ, quia Ego eſt pars dignior, Ideo dicemus, Ego & tu diſputamus. Exemplum de genere, Petrus & Anna, eſt maſculini generis, cuius eſt pars dignior copulati Petrus. Ideo dicemus per adiectiuum maſculini generis, Petrus & Anna ſunt pij.

Prima quidem reliquis præſtat, &c. Pri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ma perſona dignior eſt ſecunda & tertia, ſecunda uero ſolum tertia. Concipit ergo prima ſecundam & tertiam, ſecunda tertiam tantum. Tertia perſona ut indignior nunquam concipit.

Maſculeum reliquis præſtat, &c.) Maſculinum genus dignius eſt fœminino & neutro, quæ ab illo concipiuntur. Fœmininum ſuperat & concipit neutrum, ut, Lena & ſcortum ſunt impudicæ.

Quid Syllepſis ſiue conceptio.

Conceptio eſt mediata indignioris ad dignius reductio, ut, Ego tuq; damus.

Quinq; in Conceptione ſunt neceſſaria, Dictio concipiens, dictio concepta, copula, uerbum uel adiectiuum, concordantia cum dictione concipiente & non concepta.

Conceptionis quatuor ſunt ſpecies, Perſonarum, generum, numerorum, caſuum.

Conceptio perſonarum.

Conceptio perſonarum eſt, in qua perſona a perſona concipitur, ut, Ego tuq; damus. Et eſt duplex, directa & indirecta. Conceptio directa eſt, quæ fit ſine Cum, ut, Tu & Petrus luditis. Indirecta eſt, quæ fit per Cum præpoſitionem perſonæ concipienti adiunctam, ut, Tu mecum gaudemus. Verg. Diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum.

Conceptio generum implicita.

Conceptio generum eſt, in qua unum genus

nus concipit alterum, ut, Pater materq; ſunt boni. Ptolemæus & Cleopatra ſunt reges. Cõceptio generum eſt duplex, explicita & implicita. Explicita eſt, in qua genus conceptum & concipiens exprimuntur, ut, Ioannes eiuſq; uxor ſunt pij. Miſereor Ioannis & Catherinæ pauperrimorum. De conceptione implicita hi ſunt uerſus:

Conceptio generum.

Implicitam uocites generum Syllepſin, uterq;
Eſt probus, at debent mas & fœmella notari.

Conceptio generum implicita eſt, quando de uiro & fœmina loquimur, non expenſis concipiente & concepto, ut, Vterq; eſt probus, de Petro eiuſq; uxore. Vterq; parentum tuorum eſt mortuus. Quis fecit? aliquis fecit. Nullus homo currit. Semper oportet loqui de uiro & fœmina, alioquin nulla eſſet figura. In Geneſi: Erat uterq; nudus, de Adam & Eua dicitur. Vergil. de Cupidine & Venere:

Vna dolo diuum ſi fœmina uicta duorum eſt.

Ouid: Nubere ſi qua uoles, quamuis properabitis ambo,

Differ, habent paruæ commoda magna moræ.

Conceptio generum implicita fit quinq; modis, Primo, per diſtributiuum, ut, Vterq; eſt eſt probus. Nullus homo eſt Græcus. Secundo, per particulare, ut, Alter horum loquitur. Tertio, per demonſtratiuum, ut, Hi ſunt Chriſtiani. Quarto, per quæſitiuum, ut, Quis horum

mentitur ſexum. Quinto, per ſubſtantiuum, ut, Latona peperit geminos, ſcilicet, Apollinem & Dianam.

Conceptio caſuum.

Conceptio caſuum eſt, in qua nominatiuus tertiæ perſonæ concipit ablatiuum mediante præpoſitione Cum. Verg. Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt, id eſt, Quirinus & frater Remus. In huiuſmodi orationibus, qualis eſt, Ego tecum ludimus, magis eſt perſonarum conceptio, quam caſuum, ideo dixi: Nominatiuus tertiæ perſonæ.

Conceptio numerorum.

Conceptio numerorum eſt, ubi plurale concipit ſingulare, ut, Petrus & iſti ludunt, ſic dicunt plurimi, Sed Aldus adfirmat plurale debere præcedere, ut, Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Alioqui fieri Zeugma ait.

In conceptionem generum Annotatiuncula.

Vix bene dicitur, Calamus & Papyrus ſunt ſtudioſo neceſſarij. Quia in conceptione generum copulatum debet ſignificare res animatas, ſin minus, adiectiuum ei dabitur neutri generis, per regulam indifferentiæ.

Regula indifferentiæ.

Sint res abſq; anima, ponetur mobile neutrum.

Quotieſcunq; ſubſtantiua rerum inanimatarum, cuiuſcunq; generis, coniunguntur ad adiecti-

adiectiuum uel demonſtratiuum, uel relatiuum plurale, ipſum erit neutri generis fere ſemper, ut: Penna & atramentum ſunt ſcribenti neceſſaria. In ſacris: Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Lunam & ſtellas quæ tu fundaſti. Cice: Eadem mente comprehendimus colorem, ſaporem, odorem, ſonum, quæ nunquam animus cognoſceret. In promouendis ætas, maturitas, grauitas morum & literarum ſcientia ſunt inquirenda. T. Liuius: Labor uoluptaſq; diſſimillima natura, ſocietate quadam inter ſe naturali ſunt innexa. Dixi, FERE SEMPER, quia quando res ſunt inanimatæ, fit aliquando Conceptio generum, ſed rariſſime. Lucan: Hinc leges & plebiſcita coactæ. Cice. in ſom. Scipi: Concilia cœtuſq; hominum iure ſociati, quæ ciuitates appellantur. Loquitur ita ſine dubio Iuſt. lib. 9. Miſericordia in eo & perfidia pari iure dilectæ.

Fit & implicite indifferentiæ regula, ueluti utrunq; eſt homini utile, ſcilicet aqua & ignis. Similiter ubi non de multis loquimur, ſed multa uni conuenire ſignificamus. Plaut: Vtrunq; hæc, & multiloqua & multibiba eſt anus.

Prolepſis.

In partes totum partitur rite Prolepſis
Cum uerbo poſitum. Tacitam quandoq; uidebis.

Propter totum cum uerbo uel adiectiuo congrue conſtructum, in partibus uerbum uel adiectiuum eleganter intelligitur per Prolepſim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſim, quæ Latine præſumptio dicitur, ut, Noluerunt uenire, ſed abierunt, unus in uillam ſuam, alius ad negociationes ſuas. Vidi duos angelos, unum ad caput, alterum ad pedes. Petrus & Paulus ſunt admodum periti, hic pilæ, ille aleæ. Totum eſt dictio pluralis numeri, ut, Homines, aut copulatum, ut, Petrus & Paulus, aut dictio collectiua, ut: Turba, populus.

Quid prolepſis.

Prolepſis, eſt attributio proprietatis toti diuiſo in ſuas partes, quæ totius proprietatem uario modo continent, ut, Omnes ſtudent, hic ſcientiæ, illi pecuniæ, alius Veneri. Totum eſt omnes, cui attribuitur proprietas Student, quę in partibus, hic, ille, alius, uario modo continetur. In hac definitione Sulpitij, nomen Attributio regit datiuum ſui uerbi.

In Prolepſi ſunt quinq; neceſſaria, Totum, Partes, Determinationes partium, Proprietas & Ordo. Proprietas, eſt uerbum uel adiectiuum. Ordo in eo conſiſtit ut præcedat totum, & partes ſequantur.

Duplex eſt Prolepſis, Explicita & implicita. Implicitam indicat poſterior uerſus, eamq; uocat tacitam.

Prolepſis explicita eſt, in qua totum & partes exprimuntur, ut, Duo homines adſcenderunt in templum, unus Phariſæus, & alter Publicanus.

Implicita eſt, in qua totum intelligitur, uel partes in adiectiuo continentur, ut, Alter alte-

rius onera portate, totum Vos intelligitur in Portate,& partes continentur in alter. Saluſt: Cœperunt ſe quiſq; magis magiſq; extollere. In ſacris: Vana locuti ſunt,unuiquiſq; ad proximum ſuum. Ad Galat: Quod ſi alius alium uiciſſim mordetis & deuoratis, uidete,ne uiciſſim alius ab alio conſumamini.

Zeugma quid.

Vnius eſt uerbi ad diuerſa reductio Zeugma,
Aut adiectiui,nihil hic niſi carmina deſunt.
Iratus rex eſt reginaq; non ſine cauſa.

Zeugma, eſt unius proprietatis ad diuerſa reductio,ut,Carus eſt panis & uinum. Ego ſicut fœnum arui.

Differt Zeugma a Syllepſi. In Zeugmate una proprietas diuerſis tribuitur,uni expreſſe, alteri ſubaudite, ut, Iratus eſt rex & regina. In Syllepſi proprietas pluribus tribuitur ſimul,ut, Rex & regina irati ſunt.

In Zeugmate quinq; ſunt neceſſaria, proprietas, duo ſubſtantiua, coniungens, & concordantia proprietatis cum uno expreſſe, cum altero intellecte.

Tres ſunt Zeugmatis ſpecies. Hyperzeugma uel Protozeugma, Meſozeugma,& Hypozeugma uel Hyſterozeugma. Latine,Zeugma a ſuperiori,Zeugma a medio,Zeugma ab inferiori.

Protozeugma eſt, in quo uerbum uel adiectiuum ponitur in principio, ut, Erunt ſigna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

in Sole & Luna, & in terris preſſura gentium. Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ ſuxiſti.

Meſozeugma eſt, in quo uerbum uel adiectiuum ponitur in medio. Cornel. Tacit. Mediocres poetas nemo nouit, bonos pauci. In ſacris, Si radix ſancta, & rami. Cœli mouendi ſunt & terra.

Hyperzeugma eſt, in quo proprietas in fine ponitur. Vergil. Nihil hic niſi carmina deſunt. Terent. Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit.

Antiptoſis quid.

Antiptoſis erit, pro caſu ponito caſum.

Antiptoſis eſt caſus pro caſu poſitio, ſub aliqua proprietate. Pomponius apud Nonium: Quot læticias inſperatas modi mihi irrepſere in ſinum, pro læticiæ inſperatæ. Næuius, Res uis hanc priuari pulchras, pro rebus pulchris. Saluſt. Multi qui de caſtris proceſſerant, amicum alij, pars hoſpitem aut cognatum reperiebãt, pro multorum. Perſius, Cenſorem ue tuum uel quod Trabeate ſalutas, pro Trabeatus, teſte Priſciano. Plaut. Habet gladium, ſed duos, quibus altero te occiſurum ait, altero uillicum, Quibus pro quorum. Vergil.
Forte ratis celſi coniuncta crepidine ſaxi,
Expoſitis ſtabat ſcalis & ponte parato.
Pro datiuo Crepidini, teſte Seruio.

Antiptoſis pro ratione habet autoritatem, proinde nobis eiuſmodi orationes non

ſunt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſunt imitandæ. Eſt tamen Antiptoſis quædam adeo ab oratoribus uſurpata, ut nulli ſit uitanda, ueluti Id genus, pro Eius generis. Omne genus, pro Omnis generis. Dicimus etiam uenuſte, quibus in extremis, pro in quorum extremo.

Syntheſis.

Syntheſis haud uocem, ſed cernit ſignificatum.
Rem magis adſpiciunt, quàm uocem ſæpe poetæ.

Syntheſis, eſt attributio proprietatis uni uel pluribus copulatis, quod fit non gratia uocis, ſed ſignificati, ut, Pars in fruſta ſecant, id eſt aliqui. Hanc figuram apud oratores uix unquam reperies, ſed familiaris eſt Poetis & Hiſtoricis, præcipue tamen Poetis.

Syntheſis eſt triplex, adiectiui & ſubſtantiui, relatiui & antecedentis, nominatiui & uerbi.

Syntheſis inter adiectiuum & ſubſtantiuum, relatiuū & antecedens quinis fit modis.

Primo, ratione diſcernendi ſexus. Plau. Audiui ſæpe hæc uulgo dicier, ſolere elephantum grauidā perpetuos decem eſſe annos. De relatiuo, ut ſi quis dicat, Anſer quæ incubat ouis.

Secundo, ratione ſubauditionis, ut Præneſte ſub ipſa, ſubaudi urbe. Rex eſt Carnoti quæ eſt pulchra, ſcilicet urbs.

Tertio, ratione collectiui. Cornelius Tacitus, Magna pars ſaucij aut palantes in montem Vocetium perfugere. Apuleius, Vulgus ignobile quos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Quarto, ratione diſtributionis. Ouidius, Vtraq; formoſæ Paridi potuere uideri. Teren. Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis, in his Poeta nomen profitetur ſuum.

Quinto, ratione abſtracti pro concreto poſiti. Terent. Scelus poſtquam ludificatus eſt, Ad rem reſpexit, teſte Donàto. Idem, Vbi illic eſt ſcelus, qui me perdidit, ſcelus, id eſt, pluſrimum ſceleſtus.

Syntheſis in nominatiuo & uerbo fit duobus modis. Priore, ratione collectionis. Statius: En utraq; generis turba rogant. Poſteriore, cauſa diſtributionis. Saluſt: Vterq; inſaniūt. Ouidius, Quo ruitis? ueſtras quiſq; redite domos.

Aduerbia & Interiectiones.

En, ecce, hem, primū quartumq́; aliquando requirunt.
Heu petit & quintum, uelut o, Hei uæhq́; datiuum.
Prò primum, quartum, quintumq́; notatur habere.

Hæc aduerbia demonſtrandi, En, ecce, hem, petunt poſt ſe nominatiuum, uel accuſatiuum. Cicer. Ecce tibi ſtatus noſter. Terent. Hem aſtutias. Hem comicum eſt, non oratorium. En ſæpe exprobrantis. Ponuntur & ſine caſu, & tunc Ecce fere utimur, ubi quid ex improuiſo fieri ſignificamus.

Heu petit & quintum uelut o.) Heu & o petunt poſt ſe nominatiuum, accuſatiuum, aut uocatiuum. Plin. Heu dementia, adlatoris ad-

uentus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uentus ſemper eſt gratus. Cicero, O uariam uolucremq; fortunam. Idem, O magna uis ueritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraq; fictas omnium inſidias, facile ſe per ſeipſam defendit. O ſeruit omni adfectui, teſte Valla, & pulchre ſubauditur, quando adfectus eſt parum uehemens. Cicero in Anton. Indignum facinus, & hominem nequam. Et Hui leuioris caloris eſt interiectio petens accuſatiuum. Terent. Hui tam graues raſtros quæſo.

Hei uæhq; datiuum.) Duæ interiectiones Hei & Væh regunt datiuum poſt ſe. Ver. Hei mihi qualis erat. Martial. Væh tibi cauſidice. Væh quoq; cum accuſatiuo antiqui poſuerunt.

Pro primum, &c.) Pro interiectio dolentis, uel indignantis & aliquando admirantis, conſtruitur cum nominatiuo, accuſatiuo, uocatiuo, ut, Pro dolor. Plaut. Pro ſancte Iuppiter quid uideo. Terent. Pro Deum atq; hominum fidem. Georgius Valla adſpirauit proh uegetioris ſoni gratia.

Regimen nominatiui, & obiter aliorum implicitum.

Cuiuſuis tacitam do caſus ſæpe regentem,
Supprimit orator, quæ ruſticus edit, inepte.

Dictio regens tam nominatiui quam aliorum caſuum, aliquando etiam dictio recta eleganter ſubauditur, ut, Gloria tibi Domine.

Difficile

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Difficile bonum eſſe. Difficilia quæ pulchra. Exemplum ubi ſubauditur dictio recta. Vocor Ioannes. Cice. Quod in tabulis quæ ſunt ad Opis patebat. T. Liui. Linteis libris ad Monetæ inuentis, ſubauditur templum. Difficile eſſet omnes ſubintelligendi modos enumerare, plurimos frequens offeret lectio. Hoc nobis obſeruandum eſt, quod quotieſcunq; ſubauditio obſcuritatem non parit, ornate multa ſubticemus.

REGIMEN GENITIVI.

Regula prima.

SI duo continue iungantur fixa, nec una
Sit res, in patrio recte caſu dabis unum.

Omne nomen ſubſtantiuum regit alterum ſubſtantiuum in genitiuo, ſi ipſa pro diuerſis ſignificentur accipi, coniunctione nec explicite nec implicite intercedente, ut, Ager Petri, facundia Ciceronis, Biantis dictum, Valere corpore, naturæ munus eſt. Diuitiæ dantur a fortuna, ſapientia animi bonum eſt. Summa ſummarum, apud Plin. Liber illius, quia pronomen primitiuæ ſpeciei fungitur officio nominis ſubſtantiui.

Elegantiæ regula.

Quoties loquendum foret per Quis, quæ quod, multus, is, minor, tantus, quantus, & alia nonnulla adiectiua, uenuſte adiectiuum in neutro genere ſubſtantiuum efficiemus, mutando

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

rius ſubſtantiuum in genitiuum, priore ſer-
ato numero. Quæ cauſa, quid cauſæ, multa
ecunia, multum pecuniæ. Nullus in Nihil
ertitur, ut, Nullus locus, nihil loci. Plau. Ne-
que habet plus ſapientiæ, quam lapis.

Iuuenalis.

Quantum quiſq; ſua nummorum ſeruat in ar-
a, Tantum habet & fidei. Horat.
ed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet
lus dapis, & rixæ multo minus inuidiæq;.
ulcherrimum eſt, Id temporis, pro eo tem-
ore, Id ætatis, pro ea ætate, Id locorum, pro
rum locorum. Neq; hoc regimen ſolum in
ominatiuo aut accuſatiuo fit. Valer. Max. Fu-
at eodem loci. Idem, Multo iam noctis ſer-
m auxilium uenis.

Aliquando, Id, pulchre ſubauditur. Mela.
uod terrarum iacet a freto ad ea flumina, ab
tero latere Africam uocamus, ab altero Eu-
open.

Secunda regula.

emporis atq; loci, quantiq; aduerbia quædam
unc optant caſum, dic uenimus illius ergo.

Quædam aduerbia temporis, loci & quan-
tatis regunt genitiuum.

Temporis. In Eſaia: Nunc temporis nubes
luant iuſtum. Tum temporis. Interea loci, id
t, temporis. Pridie illius diei. Poſtridie diuæ
irginis. Dicimus etiam, Pridie calendas, po-
ridie nonas, & tunc intelligi uidetur præpo-
ſitio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſitio Ante uel poſt,cuius uirtute accuſatiuum habent.

Loci, Vbiuis,gentium, nuſquam gentium, unde gentiun, ubi terrarum, in quibus Gentium & Terrarum ſolum ornatus gratia ponuntur. Cice. Tu autem abes longe gentium. Cęſar. Eo diſcordiæ uentum eſt. Valde elegans locutio, pro ad eam diſcordiam. Sic, quo miſeriæ uenimus? Perſius, Huccine rerum uenimus?

Quantitatis, Satis eloquentiæ, affatim lignorum, partim hominum. Ouidiana Helena ad Paridem: Nec tibi plus cordis, ſed magis oris ineſt. Plaut.
Virtute ambire oportet, non fautoribus.
Sat habet fautorum ſemper, qui recte facit.
Caue dicas,Paruum uini,ſed parum,nec,Magnum oris, aut maius oris, ſed multum & magis. Vbi enim aduerbia ſunt quantitatis, nominibus neutri generis genitiuum uix damus.

Ergo aliquando aduerbium eſt, teſte Seruio,cum genitiuo. Verg. Illius ergo uenimus.

Tertia Regula de Mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri.

Poſſeſſum ſpernit patrium, quo paßio fertur,
Filius ergò mei ne dixeris, at meus inque.

Nomen ſignificans rem poſſeſſam,uel habitam, non poteſt, pro poſsidente uel habente regere genitiuos paſſiue ſignificantes, Mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri, ut de filio quem habeo non licet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

cet dicere,filius mei,nec de agro quem habes,
ger tui, ſimiliter non licet dicere ager noſtri,
ger ueſtri,liber ſui. Quia Mei, tui, ſui,noſtri,
ieſtri, non ſignificant poſſeſſorem, ſed paſſiue
em, de qua, aut in quam aliquid habetur, ut
Amor mei, id eſt, amor, quem quis habet in
ne, non quem habeo, niſi eum habeam erga
ne ipſum. Ouidius, Vror amore mei. Notan-
um eſt ergo, quod ueteres dicebant, Filius
nis, tis, ſis, noſtrum,ueſtrum, nam hi genitiui
ſtiue ſignificabant. Nunc Mis, tis, ſis, non
unt in uſu. Noſtrum, ueſtrum fere partitiue
onuntur. Ideo per poſſeſſiua loquemur, Fili-
s meus,tuus,ſuus,noſter,ueſter, quæ actiue &
oſſeſſiue ſumuntur. Et meus ponitur inter-
um pulchre, pro mei iuris,ſic tuus pro tui iu-
s,&c. Perſius. Vindicta poſtquam meus a
rætore receſsi.

Annotaciuncula.

Ex prædictis, Amor tui & amor tuus, ſic
ifferunt: Amor tui, paſsiue eſt, quo tu ama-
is. Amor tuus, quo tu amas, ſiue te, ſiue ali-
m. Sic utilitas mea,quam ego habeo, & uti-
tas mei, quam de me aliqui habent. Eadem
ifferentia ſeruabitur in omnibus, quæ actiue
 paſsiue declarari poſſunt, qualia ſunt, Vſus,
memoria, faſtidium, deſiderium, cura,odium,
dolor, poteſtas, & quod idem eſt copia, ſuſpi-
atio, exiſtimatio &c. Ouid.

Sit tibi cura tui, ſit tibi cura mei.

Plini. Nulla eſt uoluptas, quæ non aſsiduitate
ui faſtidium pariat, Quar-

Quarta regula.

Quæuis proprietas, aut pars, cui mobile iungis,
Laudem ſignificans aut uituperamen in hoc fit,
Vel ſexto caſu, ceu uultus fœmina pulchri.
Aut uultu pulchro. Quandoq; ſynecdoche habebit.
Rite locum quarto aut ſexto, ceu candida collum,
Aut collo, miſere doleo cor, cordeue dices.

Nomen ſubiecti aut totius regit dictionem proprietatis aut partis cum, adiectiuo laudis uel uituperationis, in genitiuo uel in ablatiuo. Proprietatis, ut Vir ſummæ *uirtutis* uel ſumma uirtute. Plin. Ariſtoteles uir immenſæ ſubtilitatis. Cice. Non multi cibi hoſpitem accipies, ſed multi ioci. Teren. Homo antiqua uirtute ac fide. Partis, Populus duræ ceruicis uel dura ceruice. Herba magnæ radicis uel magna radice. Paraſitus auidiſsimæ gulæ, uel auidiſsima gula. Teren. Virgo rufa, cæſia, ſparſo ore, adunco naſo. Subiectum eſt, cui aliquid accidit, ut homo ſubiectum eſt ſcientiæ. Proprietas, eſt res, quæ accidit, ut ſcientia eſt proprietas, quia accidit homini.

Annotatiuncula.

Pars uel proprietas regitur a quatuor orationis partibus.

A nomine. Liu. Mulier magno natu. i. annoſa.

A pronomine. Plaut. Tu cano capite, amas ſenex nequiſſime.

A uerbo ſubſtantiuo uel habente uim eius, aut ſaltem

ſaltem intercedente, Magna autoritate es uir, aut magnæ autoritatis. Suet. Cibi minimi erat. Cato: Eſto animo forti cũ ſis damnatus inique. A participio, ueluti, Hic adoleſcens optimæ profecto indolis eſt, olim futurus magnæ autoritatis apud principem.

Synecdoche quando fiat.

Quandoq; Synecdoche habebit, &c.) Nomen adiectiuum aut cum participio ſuo uerbum paſſiuum, aut neutrum ſignificans proprietatem aut accidens in parte rei, poteſt illius partis dictionem in accuſatiuo uel ablatiuo regere per Synecdochen, ut Aethiops albus dentes, uel dentibus, doleo caput, uel capite, frangor brachium uel brachio, fractus membra uel membris.

Synecdoche quid.

Synecdoche, eſt attributio partis ad aliquod totum, ſub proprietate uerbi uel adiectiui, ut Nuda genu. Ager depaſtus ſegetes. Flores inſcripti nomina regum. Hæc figura (ut Valla docuit) tantum ad animi & corporis qualitatem pertinet, nihil ad externa reſpiciens, proinde Synecdoche non eſt: Potens diuitijs, grauis pietate, præditus dignitate, ſed in hoc Martialis diſticho in Zoilum.

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnam præſtas Zoile, ſi bonus es.

Duplex eſt Synecdoche, locutionis & cõ-

ſtructionis. Locutionis Synecdoche alterum ex altero intelligit, ex parte totum, ut, Octo animæ intrauerunt arcam Noæ. Ex toto partes, ut Petrus eſt in cœlo.

De Synecdoche conſtructionis hic agimus, quæ diuiditur in directam & indirectam. Directa eſt in qua ueræ partis dictio in accuſatiuo uel ablatiuo regitur, ut Nuda pedem uel pede. Indirecta Synecdoche eſt, in qua non uera pars, ſed pro parte adiacens quidpiam reperitur, ut, Sum albus ueſtem.

In Synecdoche conſtructionis tria ſunt neceſſaria, Totum, pars, proprietas, id eſt, uerbum uel adiectiuum.

Conſtructionis Synecdoche Poetis maxime licet uti, proxime deinde Hiſtoricis, Oratoribus uix unquam.

Regula Quinta.
Opus, vſus.

Poſcit opus ſextum, tolerans quandoq; ſecundum.
Vt mihi opus libro eſt. At opus dux, Tullius inquit,
Eſt nobis. Vt opus, Plautus ſic utitur Vſus.

Opus regit ablatiuum cum datiuo intercedente uerbo ſubſtantiuo, habet quoq; ſed rariſſime genitiuum pro ablatiuo. Cice. Autoritate tua nobis opus eſt, & conſilio, & etiam gratia. Ouidius.

Nec minor eſt uirtus, quam quærere parta tueri.
Caſus ineſt illic, hic erit artis opus. Saluſt.

Prius-

Priuſquam incipias conſulto, & ubi conſulueris, mature facto opus eſt. Hic ablatiui participiorum neutri generis, eleganter ponuntur pro infinitiuis, conſulere & facere.

At opus dux Tullius, &c.) Opus capitur pro neceſſarius interdum, adiectiue ac indeclinabiliter, & ita quemuis caſum ſecum permittit. Cicero: Dux nobis & autor opus eſt. Idem, Dices nummos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi. Cæſar: Reſpondit ſi quid ipſi a Cæſare opus eſſet, ſeſe ad eum uenturum fuiſſe. Sic dicimus, opus eſt mihi conſilio a te.

Vt opus, Plautus ſic utitur uſus.) Vſus capitur aliquando pro opus, & regit ſimiliter ablatiuum cum datiuo intercedente uerbo ſubſtantiuo, præſertim apud Plautum in Aſinaria: Viginti iam uſus eſt filio argenti minis, Menedemus apud Teren. Mihi ſic eſt uſus, tibi ut opus eſt facto, face.
Ch. An cuiquam eſt uſus homini ſe ut cruciet? Menedemus, Mihi eſt.

Regula de adiectiuis uerbalibus.

Actiuè ſignans uerbale dabit genitiuum
Mobile, ceu quædam quorum uix ſcitur origo.

Adiectiuum uerbale actiue ſignificans, regit genitiuum, ut quædam adiectiua de quibus an uerbalia ſint, ambigitur, ut, Amans uini, patiens frigoris, conſultus iuris, memor beneficij, compos uoti.

Vt plurimorum nominum ad hanc regu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

iam pertinentium uis liqueſcat, opus eſt ſequẽtem adnectere differentiam.

Amans uini & amans uinum ſic differunt. Amans uini eſt, qui uinum multum cupit, & ex conſuetudine amat, nec pręſens tempus hic magis ſignificatur quam præteritum, eſt enim Amans nomen comparabile. Amans uinum eſt, qui iam amat uinum, & participium eſt. Sic patiens frigus, qui patitur. Patiens frigoris qui per multam conſuetudinem frigus facile tolerat, & multos uideas patientes frigus, minime patientes frigoris. Doctus Grammaticam, qui grammaticam didicit, etiamſi neglexerit, participium eſt. Doctus grammaticæ, qui multo uſu grammaticam callet, nomen eſt, Ita dices in reliquis.

Vndecuplicia adiectiua nomina regunt caſum huius regulæ.

Primo in ans & ens.

Amans, fugiens, fugitans, patiens, potens, pro potentiam habens, nam pro abundans etiam ablatiuum habet. Vergilius de Italia. Terra antiqua potens armis atq; ubere glebæ. Seneca, Amantes tui ama. Saluſt. Catilina patiens inediæ, algoris, uigiliæ, ſupra quam cuiquã eſt credibile. Tacitus: Vulgus cupiens uoluptatum: Iuuenal. Metuens uirgæ iam grandis Achilles. Gell. Saluſtius proprietatum in uerbis retinentiſſimus conſuetudini conceſſit.

Secundo in tus, ſus, e præteriti temporis participijs.

Doctus, indoctus, profuſus, peritus, imperitus, inſuetus, ſuſpenſus, &c. Saluſt. Alieni appetens, ſui profuſus. Horatius:

Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis,
Indoctusq́ pilæ, diſciue, trochiue quieſcit,
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ.

Tertio, in iuus.

Cometes eſt belli ſignificatiuus. Plin. Imitatiuo Iuris. Multis ſic utuntur medici, ut herba expulſiua ueneni, uinum incentiuum libidinis, ſic uirtus ſui diffuſiua, lapis conſiſtiuus ſanguinis, potio opitulatiua alui. Ita apprehenſiuus, penetratiuus, &c.

Quarto, in idus.

Auidus, cupidus, trepidus, ualidus, impauidus. Plini. Natura hominum eſt nouitatis auida. Plau. Leno auri cupidus. Ouid. Cupidus ſtudiorum quiſq́ ſuorum. Tacitus. Animi ualidus, & corpore ingens.

Quinto, in ax.

Rapax, capax, ferax, fugax, ſagax, prouicax. Quintil. Natura tenaciſſimi ſumus eorũ, quæ rudibus annis percipimus. Tacit. Opum contemptor, recti peruicax. Ouid.

Tempus edax rerum, tuq́ inuidioſa uetuſtas
Omnia deſtruitis. Idem de ſeipſo.
Nec patiens corpus, nec mens fuit apta labori,
Solicitæq́ fugax ambitionis eram.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sexto, in oſus.

Ambitioſus dignitatis, ſtudioſus, curioſus, incurioſus. Cice. de Amicitia: Pilæ ſtudioſi fuerint. Philelphus: Quid enim earum rerum ſumus curioſi, quæ animæ curas non adimunt, ſed augent? Oſus, peroſus, & exoſus, modo nomina ſunt, actiue ſignificantia cum genitiuo, ut, Exoſus uitæ, peroſus ridendi, ſed paſſiue capta cum datiuo, ut, Epictetus dijs haud eſt exoſus. Modo ſunt participia accuſatiuum regentia, licet uerba Exodi & Perodi non ſint in uſu. Columel. Immundam ſegnitiem peroſa eſt. Ouidius.

Ille peroſus opes, ſyluas & rura colebat.

Sexto, in ius.

Dubius, nuncius, ſcius, præſcius, conſcius, neſcius, innoxius, obnoxius. Verg.

Fama eſt tam ficti prauiq; tenax, quam nuncia ueri. Idem.

Neſcia mens hominum fati, ſortisq; futuræ,
Et ſeruare modum rebus ſublata ſecundis.

Auſonius:

Quæ nam ſumma boni? mens quæ ſibi conſcia recti.

Secundo, in ilis,

Docilis, ſuſceptibilis, penetrabilis, mutabilis. Ouid. Praui docilis Romana iuuentus. Plin. Luſcinias Græco atq; Latino ſermone dociles. Hic docilis ablatiuum habet.

Valerius Maxi.

Alexandri pectus inſatiabile laudis.

Nono, in rus.

Auarus pecuniæ, maturus, ſecurus, gnarus, ignarus. Tacitus: Famæ nec incurioſus, nec uendicator, pecuniæ alienæ non appetens, ſuæ parcus, publicæ auarus. Vergil. Securus amorum. Horat.

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui, prȩter laudem nullius auaris.

Decimo, in gus.

Prodigus pecuniæ. Belli præſagus. Vergil. de Drance:

Largus opum, lingua melior, ſed frigida bello Dextera.

Vndecimo, plurima diuerſæ terminationis nomina.

Rudis, compos, impos, memor, immemor, fœlix, infœlix, æmulus, multa puer ſimilia obſeruabis crebra lectione. Cice. Græcarum literarum rudis. Plautus: Ita me rex deorum atq; hominum faxit patriæ compotem. Saluſt. Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Claud.

Munificus laudis, ſed non eſt prodigus auri.

Oriundus rariſsime habet genitiuum, frequenter uero ablatiuum cum præpoſitione uel ſine præpoſitione.

Regula ſeptima.

Adfinis ſimilis, communis, par propriuſq;,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Finitimus, fidus, conterminus, atq; ſuperſtes,
Conſcius & ſocius, conformis, ſiue propinquus,
Et uicinus, amicus, habet iungi his alienus,
Hæc caſum ternum donabunt ſiue ſecundum,
Cætera, queîs damnum ſignabitur, utilitasue,
Cum terno pones. Armis fer & aptus ad arma.

Quædam adiectiua regunt genitiuum uel datiuum, frequentius tamen datiuum, ut, Adfinis ſenectutis uel ſenectuti. Similis patris, plerunq; dicitur de moribus, Similis patri, de figura. Commune omnium uel omnibus. Par tui. Par odio importuna beneuolentia. Finitimus fluuij uel fluuio. Cice. Eſt finitimus oratori Poeta, Fidus amici uel amico. Conterminus fontis uel fonti. Superſtes dignitatis paternæ, uel dignitati. Conſcius deliciarum uel delicijs. Socius belli uel bello. Conformis imaginis uel imagini. Propinquus, uicinus urbis uel urbi. Eraſmus: Aurora Muſis amica eſt, apta ſtudijs. Quintili. Sicut aues ad uolatum, equi ad curſum, ad ſæuitiam feræ gignuntur, ita nobis propria eſt mentis agitatio atq; ſolertia. Idem, Rationem nobis præcipuam dedit, eiusq; nos ſocios eſſe cum dijs immortalibus uoluit. Ouid. Mala ſunt uicina bonis. Alienus conſilij, conſilio, & a conſilio. Teren. Homo ſum, humani a me nihil alienum puto.

Cætera queis damnum, &c. Cætera adiectiua quibus ſignificatur quæpiam utilitas uel damnum, regunt datiuum. Et ſunt quintuplicia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Primo adiectiua aduerſitatis ſiue contrarietatis.

Hyems eſt nobis grauis. Infeſtus hoſti, id eſt, ualde moleſtus. Infenſus diſcipulo, id eſt, ualde iratus. Ouidius.

Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.

Plau. Opulento homini haud ſeruitus dura eſt.

Hoc magis miſer eſt diuitis ſeruus. Hoc modo conſtruuntur plurima contrarietatis ſeu repugnantiæ uerba, de quibus agemus in conſtructione datiui.

Secundo, adiectiua proximitatis.

Confinis, intimus, familiaris adiectiuum. Cato. Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere. Reducuntur huc multa proximitatis uerba, ut, Propinquo, adhæreo, proximo. Solini uerbum, quod ut alia, pro datiuo poteſt habere accuſatiuum cum præpoſitione Ad. Solinus, Geloni ad hos proximant.

Tertio, uerbalia in bilis paſsiuæ ſignificationis.

Auſonius, Multis terribilis, caueto multos.

Horatius:

Hic tibi ſit potius, quā tu mirabilis illi. Idem:

Nulli flebilior, quam tibi. Vergilius:

Nec uiſu facilis, nec dictu adfabilis ulli.

Quarto, uerbalia in dus.

Ouidius:

Sæpe tibi pater eſt, ſæpe legendus auus.

 Idem:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Idem, Pauper agat acute, timeat maledicere pauper.

Multaq; diuitibus non patienda ferat. Horat. Si uis me flere, dolendum eſt Primum ipſi tibi. Sed hoc magis eſt gerundium nominatiui caſus. Legendus, nomen, id eſt, legi dignus, aut qui debet legi. Legendus participium, id eſt, qui legetur. Ita dices in reliquis.

Quinto, uaria.

Plurima datiuum adſciſcunt, de quibus non datur certa lex, quæ ſemper ex ſe, uel ex adiuncto commodum uel incommodũ, damnum uel utilitatem important, ut, Gratus, ingratus, iucundus, iniucundus, fidelis, fidus, perfidus, infidus, dulcis, amarus, congruus, proſper, ſecundus, dexter, obnoxius, peſtifer, exitialis, lethalis, odioſus, malus, nequam, &c. Sapiens, Qui ſibi nequam cui bonus? Publi. O uita, miſero longa, fœlici breuis. Seneca, Cunctis eſto benignus, nulli blandus, paucis familiaris, omnibus æquus. Plin. Fideliſſimi ante omnia homini canes & equi. Cato, Somno ne deditus eſto. Abſonus fidei apud Liuium, id eſt, infidelis. Abſonus uoce, cui inepta uox eſt. Cicero, Sunt quidam aut lingua ita hæſitantes, aut ita uoce abſoni. Abſonus a uoce, id eſt, diſcordans.

Armis fer & aptus ad arma.) Quædam pro datiuo poſſunt accuſatiuum habere cum præpoſitione Ad: Horat.

Infirmo capiti fons aptus, idoneus aluo.

Plautus,

Plautus, Tot quidem non potuiſti adducere homines,magis ad hanc rem idoneos.

Regula octaua. De partitiuis.

Partitiua uolunt genitiuum, ut ſigna,graduſq́;,
Pronomen,numerus duplex, aduerbia quædam.

Dictio partitiua poſtulat genitiuum pluralem nominis non collectiui, uel ſingularem collectiui,ut, Quiſq; hominum. Dictio partitiua eſt adiectiuum, uel ex eo aduerbium,multitudinis partem indicans, ut, Quiſq;, maior, maximus, maxime.

Annotatiuncula.

Pro genitiuo huius regulæ licet interdum ponere caſus, per quos declaratur,nempe accuſatiuum cum Inter, aut ablatiuum cum De, uel Ex, uel In pro Inter, ut,Vnus iſtorum,id eſt,inter iſtos, de uel ex,uel in iſtis. Suetonius: Verbum M. Catonis eſt, unum ex omnibus Cæſarem, ad euertendam rempublicam ſobrium acceſſiſſe.

Concordantia partitiui cum genitiuo.

Sit conforme genus,partitio quando notatur.
Ni collectiuum, uel uox heteroclita detur.
Recte etiam dices, Quid agis dulciſſime rerum?

Adiectiuum partitiuum conuenit cum genitiuo in genere,ut, Quiſq; uirorum,quæq; fœminarum. Tres ſunt ab hac regula exceptiones.Prima in collectiuis, ut, Optimus plebis. Secunda in Heteroclitis,ut,Infimum cœlorum

lunam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

lunam continet. Tertia ubi adiectiuum præcedens reſpicit. Teren. Eſt genus hominum, qui ſe primos omniũ rerum eſſe uolunt. Horat. Quid agis dulciſſime rerum? Boetius, Confitemur Deum omnium rerum eſſe præſtantiſsimum.

Ad regulam partitiuorum pertinentia.

Quintuplices dictiones regunt genitiuum per regimen partitionis.

Primo, ſigna uniuerſalia quidem, ut, Quicunq; hominum peccauerit, punietur, particularia uero, ut, Surripuit commilitonum aliquis librum meum. Interrogatiua, ut, Quis horum mecum ibit? Vter ueſtrorum ſcit Latine?

Secundo, caſum huius regulæ petunt gradus comparationis. Poſitiuus quidem. Plini. In capite paucis animalium, niſi uolucribus apices. Idem: Lanarum nigræ nullum colorem bibunt. Comparatiuus, ut, Fortior manuum eſt dextera. Superlatiuus, ut, Doctiſſimus Poetarum, optimus plebis.

Regula de comparatiuo et ſuperlatiuo.

Res ſimilis generis medius gradus atq; ſupremus
Poſcunt, ille duas, hic plures uſq; duabus.

Comparatiuus & ſuperlatiuus, ut regunt genitiuum per regimen partitionis, requirunt comparationem inter res eiuſdem generis uel naturæ. Comparatiuus inter duas, ſuperlatiuus inter plures duabus, ut, Dextera eſt fortior manuum. Pollex eſt fortiſsimus digitorum. Ideo male dicitur, Hector eſt fortiſſimus Græ-

eorum, quia non ſit comparatio inter ea, quæ ſunt eiuſdem generis, quum Hector non ſit Græcus, ſed Troianus. Eſſe eiuſdem generis nihil hic eſt aliud, quam rem excedentem contineri ſub caſu comparatiui uel ſuperlatiui.

Regula comparatiua propria.

Sin minus iſta aderunt, medio gradui dato ſextum.

Vbi comparatio non ſit inter duo eiuſdem generis, comparatiuus habet ablatiuum, ut, Doctior illo, uel doctior illis. Hector fuit fortior quouis Græco. Horat.

Viliius argentum eſt auro, uirtutibus aurum.

Appendix I.

Additur comparatiuo ablatiuus menſuram exceſſus ſignificans, ut, Sum longior te quatuor digitis. Item hi ablatiui, Opinione, fide, iuſto, æquo, ſolito, dicto, & ſimiles rem exceſſam non ſignificantes. Cicero, Maiorem opinione hominum cœpi dolorem.

Iuuenalis.

Ponamus nimios gemitus, flagrantior æquo
Non debet eſſe dolor uiri.

Appendix II.

Comparatiuus ac ſuperlatiuus regunt etiam omnem caſum ſui poſitiui, ut, Plenior rimarum, pleniſſimus rimarum, quia plenus rimarum dicimus. Sic gratus regi, gratior regi, gratiſsimus regi.

Annotatiuncula.

Comparatiuus in neutro genere elegan-

tiſſime

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tiſſime ponitur, ut, Ornatius dixeris, nihil tuo patre generoſius, nihil Vergilio ſuauius, nihil matre tua caſtius, quam nullus patre tuo generoſior, nemo Vergilio ſuauior, nulla matre tua caſtior. Redeo ad partitiua.

Tertio, omne uero pronomen regit genitiuum huius regulæ, ut, Hæc uolucrum, illa ſororum. In ethicis Ariſtotelis, Laudamus quidem iuuenum eos, qui ſunt uerecundi.

Quarto, duplex numerus regit caſum huius regulæ, numerus cardinalis, id eſt, principalis quo uulgo numeramus, Duo, tres, quatuor, quinqꝫ, ut, Duo iſtorum, centum uirorum, & numerus ordinalis, quo ordinem indicamus, ut, Primus hominum, octauus ſapientum. Vnus, numeri principium & ſolus, pro quo unus eleganter ponitur, hunc caſum regunt. Plin. Caluitium uni tantum animalium homini. Idem, Solus animalium. Quot, quotus, tot, ultimus, ad numeros pertinent, ideo genitiuum partitiue regunt. Terent. Quot hominum illic litigant. Iuuenal. Regum ultimus ille bonorum.

Quinto, aduerbia quædam regunt caſum huius regulæ, Vbi locorum, nuſquam ſcripturarum. Omnium dulciſſime canit philomela. Plinius:

Lynces clariſſime omnium quadrupedum cernunt.

Annotatiuncula.

Subſtantiua partitiue non regunt, niſi per

ubauditionem adiectiui partitiue poſiti. Plin. Quadrupedum talpis uiſus non eſt, ſubaudi olis. Sciendum eſt, etiam nomina quædam ub prædictis non comprehenſa partitiue con-trui,ut,Medius & dimidius. Horat. Virtus eſt nedium uiciorum. Idem,Dimidium facti,qui bene cœpit, habet.

Regula nona.

at patrium aut ſextum tibi copia ſicut egeſtas
lenus,inops,ſaturat cum fratribus,implet, abundat.
tq; egeo,careo,teſtes quibus adijce ſanus,
t miſer,& dignus cum pluribus,& bene multa
erba, uelut crucio cum pendeo,lætor & ango,
eſipio,abſtimeo, potior ſic ponis, aloq́;
ndoleo,recreo,quæ pluraq́; proſa recludet.

Adiectiua & uerba quædam copiæ, ege-atis, cum nonnullis alijs regunt genitiuum el ablatiuum,ut,Plenus rimarum ſum, ſinum acte plenum. Inops conſilij ſum,inops ſermo-e. Potior regni. Verg. Auro ui potitur. Quid on mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? erent. Quaſi tu huius indigeas patris. Valeri-s,Malo uirum pecunia, quam pecuniam uiro ndigentem. Iam late omnia declarabo.

Adiectiua genitiuum uel ablatiuum regentia.

Genitiuum uel ablatiuum indifferenter abent Plenus, locuples, ſatur, diues, abun-ans,refertus, fœcundus, egenus,indignus,im-

munis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

munis, pauper & plura, ſi doctiſſimorum uſum diligenter rimemur. Verg. Deſpectus tibi ſum, nec qui ſim quæris Alexi, Quam diues pecoris niuei, quam lactis abundans. Hic abundans nomen eſt, teſte Priſciano, quia uerbum Abundo rariſsime genitiuum regit. Horatius: Diues agris, diues poſitis in fœnore nummis. Lucan. Fœcunda uirorum paupertas fugitur. Plaut. Amor & melle & felle fœcundiſſimus. Ouid. Quis matrem, niſi mentis inops, in funere nati Flere uetat? Cicero, Inops uerbis.

Sæpius genitiuum regunt, ſterilis, uanus, expers, inanis & alia nonnulla. Plautinus Soſia, Ipſe diues, operis & laboris expers, Quodcunq; homini accidit, libere poſſe retur, Aequum eſſe putat, non reputat laboris, quid ſit. Perſius, O curuæ in terras animæ, & cœleſtium inanes.

Ablatiuum ſæpius habent quam genitiuum, Truncus, oneratus, orbus, orbatus, dignus, indignus, uiduus, uacuus, contentus, ſaucius, lapſus, miſer, ſanus, & plura, ſi doctorum ſcripta diligenter euolueris. In ſacris, Dignus eſt mercenarius mercede ſua. Captus oculis, auribus, pedibus, mente, membris, id eſt, carens horũ uſu. Captus auaritia, amore, id eſt, detentus. Captus amœnitate loci, id eſt, delectatus.

Quædam habent etiam ablatiuum mediante præpoſitione. Saluſtius, Omnes homines, qui de rebus dubijs conſultant, ab odio, amicitia, ira, atq; miſericordia uacuos eſſe decet. Terent. Ne expers eſſet de noſtris bonis.

Verba genitiuum & ablatiuũ regentia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Licite genitiuum uel ablatiuum regunt,
Egeo atq; indigeo, at reliqua huius regulę uer-
ba ſæpius ablatiuum, ut, Impleo, compleo, ſa-
turo,abundo, potior, pendeo, lætor, &c. Id
ſemper obſeruandum eſt,ut oratio noſtra uari-
etate delectet citra adfectationem. Quædam
quoq; habent ablatiuum interceſſu præpoſiti-
onis, aut pro eo datiuum,ut, Abſtine iſti hanc
u manum, id eſt,ab iſto, apud Plautum. Sic
mpleui nauem de omni genere frumenti. Et
eferſi Apothecam de uaria natura uinorum.
Vix auſim, inquit Valla, præpoſitionem hic
mittere,quia non eſt nauis impleta omni ge-
ere frumenti, ſed frumento omnis generis.
Neq; Apotheca referta eſt omni natura uino-
um,ſed uino omnis naturæ.

Sunt quæ uariant conſtructionem,ut,Ad-
uis,abundas amore, uel adfluit, abundat tibi
mor. Publius,Negandi cauſa auaro nuſquam
eficit. Participo te auro uel auri. Participo
œnam,id eſt,in pœna fio particeps. Cicero:
Qui alteri exitium parat, hunc ſcire oportet,ſi-
i paratam peſtem, ut participet parem. Dat
atrium aut quartum, faſtidio ſed mage quar-
um.Faſtidio hanc rem,nunc dicimus,olim eti-
m Faſtidio huius rei. Lucil. Triſtes, difficiles
mus, faſtidimus honorum, ſic plures anti-
uorum,teſte Nonio.

Regula decima.

ic ſatago rerum. Patrium aut dantem miſereri.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sed mage uult patrium. Dominor dat rite datiuum,
In ſacris etiam patrium, uelut auxiliari.
Grammaticæ leges plerunq; Eccleſia ſpreuit,
Tu uiuendo bonos, ſcribendo ſequare peritos.

Satago exigit genitiuum rerum. Terent. Is quoq; rerum ſuarum ſatagit. Miſereor uult genitiuum uel datiuum, ſed melius genitiuum. Huic ſynonymum miſereſco eoſdem petit caſus. Vergilius: Miſereſcite regis.

Idem:

Nil noſtri miſereremori me deniq; cogis.

Miſeror ſemper habet accuſatiuum, & differt a miſereor. Miſereri paſſiuum adfectum habet, eſt enim corde anxium eſſe alicuius miſeria. Miſerari uero actiuum, eſtq; uerbis, lacrymis aut ope, dolorem quem ex miſeria uel noſtra, uel aliena habemus oſtendere. Ab illo fiunt, miſericors & miſericordia, ab hoc miſerator & miſeratio, quæ nomina eodem modo diſtinguuntur. Cicer. Miſericordia eſt ægritudo ex miſeria alterius. Sed ad rem.

Dominor dat rite datiuum, &c) Dominor & auxilior datiuum poſtulant, in ſacris etiam cum genitiuo leguntur. Cæterum ſi recte uiuere uelimus, ſanctos imitabimur, etiam indoctiſſimos, ſi uenuſte cupiamus ſcribere aut loqui, linguę Latinæ peritos imitari ſtudebimus, licet Nerone peiores.

Præter dictos caſus, Dominor etiam habet accuſatiuum, mediante præpoſitione, aut ablati-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ablatiuum. Cicero, Fœlix ſenectus, ſi uſq; ad ultimum ſpiritum dominabitur in ſuos. Saluſt. Fortuna in omni re dominatur.

Regula undecima.

Accuſo, damno, moneo, contraria laudo
Criminis aut pœnæ uel laudis habento ſecundum,
Aut ſextum. Sed Valla dedit tantummodo ſextis,
Altero & ambobus, neutro, uel utro uel utroq;.

Verba accuſandi, damnandi, monendi, laudandi, & his contraria, ut, excuſandi, abſoluendi, uituperandi regunt genitiuum uel ablatiuum criminis, pœnæ, admoniti, laudis, uituperij. Omnia ferme genitiuum frequentius habent, quam ablatiuum, demptis quinq; ablatiuis, Altero, ambobus, neutro, utro, utroq;, per quorum genitiuos hic loqui non liquet, teſte Valla, ut, Vtro accuſatus es, furti an homicidij? non utrius.

Accuſandi uerba.

Accuſo, incuſo, ago, poſtulo, arceſſo, inſimulo, arguo, noto, defero, adligo, adſtringo, criminor & ſimilia, ut, Accuſo te furti uel furto. Incuſo te negligentiæ uel negligentia. Plautus, Qui alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet. Cicero, Ne quem unquam innocentem iudicio capitis arceſſas. Terent. Si herum inſimulabis auaritiæ, male audies. Ouidi. Vtinam temeraria dicar, Criminibus falſis inſimulaſſe uirum. Terent. Hic furti ſe adligat. Plaut. Furti ſe adſtringit. Hierony.

Qui alterum mendacij criminaris, deſine ipſe mentiri. **Excuſandi uerba.**

Excuſo, purgo, expurgo me parricidij uel particidio. Lucanus, Littuſq; malignum excuſat. Eodem modo dicimus, Littus malignum cauſatur, cauſatur morbos, id eſt, in excuſationem adducit.

Damnandi.

Damno, condemno, multo, admulto, punio, plecto, conuinco, redarguo. Ad accuſationem uel damnationem pertinent etiam, *Te*neo, interrogo, cado, periclitor, pecco, perdo, do pœnas, ſatiſdo, ſuſpectum habeo, ut, Qui ſuſtulit rem ſacram de prophano, furti ne tenetur, an ſacrilegij, an utroq; ? Horat. Damnatus longi Siſyphus laboris. Cice. Capite damnatos, morte multauit. Idem, Si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem te crimine. Idem, Me ipſum inertiæ nequitiæq; condemno.

Abſoluendi.

Abſoluo, libero, &c. ut, Abſolutus eſt parricidij uel parricidio.

Monendi.

Moneo, admoneo, commoneo, commonefacio te debiti. Liuius, Aduerſæ res admonuerunt Religionum. Commemoro pro adneo rerum eſt cum genitiuo.

Laudandi.

Laudo, miror, probo, commendo, ut, Commendo te pietatis aut pietate. Seruius figuram Græcam hic eſſe putat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Vir Troiane quibus cœlo te laudibus æquem,
Iuſticiæ ne prius mirer, belli ne laborum?

Vituperandi.

Vitupero, corripio, reprehendo, increpo, increpito te negligentiæ, male geſtæ rei.

Appendix.

Ablatiuo huius regulæ apponitur interdum præpoſitio, ut, Ago te repetundarum, repetundis, aut de repetundis. Cice. Lex uetat, eum, qui de pecunijs repetundis damnatus ſit, in concione orationem habere. Ponitur interdum crimen in accuſatiuo. Cicer. Inertiam accuſas adoleſcentum. Sic quoq; admonitum, laus, uituperium. Terentius, Ridiculum eſt, te iſtud me admonere Clitipho. Ouid.

Tunc agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cum iudex alios quod monet, ipſe facit.

Regula duodecima.

Verba uolunt ſexto precium. Ponas ſine fixo,
In patrio, pluris, tanti, quanti atq; minoris,
Cum fixo in ſexto. Raro quartum ualeo uult.
Vilius & melius, Peius uel carius emi,
Valla negat, recte dici per nomina poſſe.

Omne uerbum cuius actus aliquo precio conſtat, poteſt regere poſt ſe nomen precij uel ualoris in ablatiuo, ut, Emi abs te equum decem aureis. Excipiuntur quatuor nomina, Tanti, quanti, pluris, atq; minoris, cum compoſitis, Tantilibet, tantidem, quantiuis & ſimilibus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quæ ſine ſubſtantiuis in genitiuo ponuntur, at cum ſubſtantiuis in ablatiuo, ut, Quanti pranſus es, aut quanto precio? Quanticunq; locabis, præſtaret domum uendere.

Valeo huc pertinet, ut, Tanti res ualet, quanti poteſt uendi. Aliquando hoc uerbum regit precium in accuſatiuo. Varro, Denarij dicti, quod denos ęris ualebant, quinarij, quod quinos.

Vilius & melius, &c. In quibuſdam ſolum aduerbialiter loquendum eſt, teſte Valla, ut, Emo uilius & melius, id eſt, quod barbari dicunt, pro meliore foro, Latini, emo minoris, Emo peius aut carius, id eſt, pluris.

Verba huius regulæ.

Emo, comparo, mercor, uendo, uenundo, diſtraho, ueneo, loco, conduco, taxo, liceo, addico, metior, fœneror, paciſcor, mutuor, ſto, conſto, ſum, redimo, ædifico, impleo, calceo, doceo, ago, &c. Emi tanti, quanti uoluiſti, pulchre ſubauditur uendere. Hectoris exanimum corpus uendebat Achilles auro. Terent. Quid agas? niſi ut te redimas captum quam queas minimo, & ſi nequeas paulo, at quanti queas. Plin. de Pamphilo pictore, Docuit neminem minoris talento, quam mercedē & Apelles & Melantius ei dedere. Quanti ſtat, quāti conſtat, idem ſunt. Senec. Panio fames conſtat, magno faſtidiū. Liui. Multo ſanguine ac uulneribus ea Pœnis uictoria ſtetit. Teren. Quanti eſt ſapere, id eſt, ualet. Plau. Pluris eſt oculatus teſtis unus, quam auriti decem. Anno-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Annotatiuncula.

Tanti,quanti,pluris,minoris,ſunt hic ſubſtantiua teſte Lanciloto. Præterea eiuſmodi orationes,qualis eſt hæc Plauti. Mortuus pluris precij eſt,quam ego & Terentij, Meam herus operam deputat parui precij, pertinent ad regulam quartam genitiui,& in poſteriore ſubaudiendum eſt,Eſſe.

Regula XIII.

De uerbis æſtimandi.

Aeſtimo,curo,puto, facio, cum conſulo, duco,
Pendo,habeo,refert,eſt,inter & eſt bene iungo,
Ante dabunt rectos patrios, cum plurimi & æqui,
Et parui,nihili,nauci, flocciq;,boniq;
Magni,infiniti,maioris, maximi & aßis
Et memini,multi. Quædam bene ponito ſexto.

Verba æſtimandi , ut Aeſtimo, exiſtimo, curo,puto, facio, conſulo,duco,pendo,habeo, ſum , & de quibus ſequitur peculiaris regula, Intereſt ac refert,præter genitiuos,Tanti,quanti,pluris,minoris, regunt etiam genitiuos, Plurimi, æqui, parui, nihili, nauci, flocci, boni, &c. quibus additur genitiuus Pili, & forſan plures. Pro quibuſdam poſſunt habere ablatiuum,ut, Aeſtimo te aſſis, uel aſſe, exiſtimo te magni,uel magno. Valerius Maxim. Magno ubiq; precio uirtus æſtimatur. Seneca, Data magno eſtimas, accepta paruo. Cice. Glorioſa ſapientia non magno æſtimanda eſt. Exem-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

pla de genitiuo. Teren. Quid de me fiat, parui curas. Plaut. Reſpicio uos nihil meam gratiam facere Nihili uel pro nihilo hunc habeo librum, id eſt, contemno, non autem poſſideo. Plaut. Qui homo timidus non in rebus dubijs, nauci non erit. Ouidius, Plures opes nunc ſunt, quã priſci temporis annis. Boni cõſulo, id eſt, in bonam accipio partẽ. Conſulo te, id eſt, conſiliũ a te peto. Conſulo tibi, id eſt, do conſilium. Conſulo honori aut famæ. i. prouideo.

Regula XIIII.

Pauca recordandi patrium, quartumue requirunt,
Vt memini, memoror, ſic obliuiſcor habetur.

Pauca uerba recordandi, ut Recordor, memini, memoror deponens, reminiſcor, recolo, & hoc uerbum obliuiſcor, regunt genitiuum uel accuſatiuum, Cice. Proprium eſt ſtultitiæ, aliorum cernere uicia, obliuiſci ſuorum. Verg. Quiſquis es amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios. Plautus: Faciam ut huius diei lociꝗ; meiꝗ; ſemper meminerit, qui mihi in curſu obſtiterit. Cicero, Illud ſemper memento, qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nec quicquam ſapit. Memini pro mentionem facio, reſpuit accuſatiuum, poſtulatꝗ; ſolum genitiuum uel ablatiuum cum præpoſitione De. Sic dices etiam Recordor, cogito de hac re. Cice. Obliti ſalutis meæ, de bonis ac de liberis ueſtris cogitate.

Appendix.

Huc pertinent, Venio in obliuionem, uenit in

nit in mentem illius diei,uel, Venit in mentem ille dies. Subit cogitationi, uel ſubit animum cogitatio. Fugit, latet me hæc res,id eſt, rem ignoro,aut non recordor. Lucanus per datiuum ait, Tu mihi cauſa lates.

Regula XV.

Refert,inter & eſt,eſt ſignans commoditatem,
Officiumue petit quoſuis patrios,niſi ſeptem,
Refert, inter & eſt , noſtraq́; meaq́; referto
Cum reliquis. Capiet cuia uel cuius utrunq́;
Eſt noſtrum,ueſtrumq́; meumq́; tuumq́; ſuumq́;.

Hæc tria uerba, Refert, intereſt,& eſt, ad alicuius rei commoditatem, uel utilitatem, uel officium pertinentia, regunt quoſuis genitiuos, præter ſeptem primitiui ſpeciei, Mei, tui, ſui,noſtri,ueſtri,noſtrum & ueſtrum, pro quibus Refert & intereſt regunt ablatiuos, Mea, tua,ſua,noſtra,ueſtra,quibus iungitur Cuia. Eſt uero capit nominatiuos, Meum,tuum,ſuum, noſtrum,ueſtrum.

Exempla de genitiuis.

Vxoris refert, quid rerum gerat maritus noſſe. Cicero, Intereſt omnium recta agere. Idem, Adoleſcentis eſt maiores natu uereri. Plaut. Eſt miſerorum,ut maleuolentes ſint,atq; inuideant bonis.

De ablatiuis cum Intereſt & Refert.

Terentius, Tua quod nihil refert, percontari deſinas. Sueton. de Iulio Cæſare, Ferunt dicere ſolitum,non tam ſua, quam reipublicæ in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

intereſſe,uti ſaluus eſſet. Dices, cuius uel cuia intereſt.

De nominatiuis cum eſt.

Cicero, Neq; enim meum eſt, contra autoritatem ſenatus dicere. Idem, Tuum eſt conſulere temporibus, & incolumitati, & uitæ, & fortunis tuis.

Appendix I.

Dictis ablatiuis apponuntur interdum genitiui, Vnius, ſolius, ipſius, ut, Mea unius refert. Item genitiui ſignorum quorundã, ut Cuiuſq; omnium. Et numerorũ cum cognatis, ut, Duorum, trium, paucorum, multorum, Præterea genitiui participiorum. Qui quidem omnes (ut hæc utiliſſima ſane παρέργως addam) illis non ſolum ablatiuis apponuntur, uerumetiam alijs poſſeſſiuorum pronominum caſibus, & genitiuis primitiuorum, Mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri, quibus etiam gerundiorum genitiui iunguntur. Hæc per ordinem declarabo exemplis. Cicero, Ex tuo ipſius animo conie‑cturam cœperis. Idem, Voluntati ueſtrę omniũ parui. Liuius, Noſter duorum euentus oſtendat, utra gens bello ſit melior. Brutus ad Ciceronem, Qui ueſtris paucorum reſpondeat laudibus. Cicero, Quocunq; tempore mihi poteſtas præſentis tui fuerit. Ouidius, Copia placandæ ſit modo parua tui, hic Tui a Tu, eſt fœminini generis. Hæc dediſſe exempla, tanquam formas plurium fingendorum ſufficiat.

Appendix II.

Intereſt & Refert habent etiam genitiuos, non ſignificantes res quarum intereſt, uidelicet Tanti, quanti, magni, parui. In reliquis ſæpius habent uel nomina uel aduerbia, Multum, plus, plurimum, magis, minus, parum, paululum, maxime, minime, pauxillum, nihil, aliquid, quid, & ſi qua ſunt ſimilia, ut, Magni mea intereſt. Cicero, Permagni intereſt, quo tempore hæc epiſtola tibi reddita ſit. Valerius Maxi. Nihil intereſt, an humi, an ſublime putreſcam. Iuuenal. Plurimum enim intererit, quibus artibus, aut quibus hunc tu Moribus inſtituas. Minimum intereſt, pauxillum. Minime refert, id eſt, nihil: Terent. Quid tua malum, id refert? Reſpondet alter, magni. Malum eſt interiectio. Notandum eſt, & hos genitiuos addito ſubſtantiuo in ablatiuum mutari. Iuuenal. Paruo diſcrimine refert,
Quo geſtu lepores aut quo gallina ſecetur.

Regula XVI.

Pœnitet & tædet, miſeret, pudet, & piget, optant Accuſatiuum patientem cum genitiuo.

Hæc quinqꝫ imperſonalia actiuæ uocis, Pœnitet, tædet, miſeret, pudet, piget, regunt accuſatiuum patientis rei cum genitiuo agentis, cuius loco interdum habent uerbum infinitum, ut, Pœnitet me peccati, uel penitet me peccaſſe. Tædet me uitæ, tædet me uiuere. Miſeret Chriſtum peccatoris. Plaut. Aliorum te miſe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

te miſeret,tui te nec miſeret, nec pudet. Sub miſeret comprehenditur Miſereſcit, ſub alijs compoſita,ut, Pertædet, diſpudet. Gellius de Euripide,Matrimonij pertædebat. Cornel. Nepos in uita Attici, Nuſquam ſuſcepti operis eum pertæſum eſt. Pertæſus ignauiæ, participium eſt. Pertæſus ignauiam,nomen.

Regula XVII.

De Tenus,ac obiter de alijs præpoſitionibus.

Sæpe tenus patrium numero præeunte carentem.
Aut res ſignantem geminas, uult Valla tenere,
Vult ad cum ſocijs quartum, uelut abſq; Latinum
Sub,ſuper,in, ſubter, caſu iunguntur utriq;
In uario ſenſu,facilis docet omnia proſa.

Tenus præpoſitio petit genitiuum pluralem,res geminas (ut Valla notauit)ſignificantem, aut numero ſingulari carentem, alioqui uult ablatiuum, in plurali etiam quandoq; genitiuum. Exemplum ubi res ſunt geminæ. Vergil. Optima toruæ
Forma bouis,cui turpe caput, cui plurima ceruix,
Et crurum tenus a mento palearia pendent.
De genitiuo ſingulari numero carente. Cælius, Illi rumores de comitijs Tranſpadanorum, Cumarum tenus caluerunt. De ſecundo genitiuo. Olympus attollitur nubium tenus. De ablatiuo ſingulari. Verg. Lateri capulo tenus abdidit enſem. Hinc Hactenus,quatenus,eatenus,quæ plerunq; aduerbia ſunt.

Vult

Vult ad cum ſocijs quartum.) Ad, apud
&c. quæ ſimul ponuntur in Donato, regunt
accuſatiuum caſum, ut, Ad patrem, apud uil-
am. His Valla uerſus addit, quod ſemper poſt-
ponitur. Saluſt. Aegyptum uerſus.

Velut abſq; Latinum.) A, ab, abs, & quæ
cum his ponuntur in Donato, regunt Lati-
nũ, qui ablatiuus eſt, ut, A domo, ab homine.

Sub, ſuper, in, ſubter.) Quatuor ſunt præ-
poſitiones accuſatiuũ uel ablatiuum regentes,
n, ſub, ſuper, & ſubter, ſed plerunq; in diuerſo
enſu, ut, Sum in templo. Vado in forum. V-
riq; interdum caſui ſeruiunt. Clam & Procul
præpoſitionibus adnumerantur. Curtius, Pro-
ul muro. Liuius, Procul muros. Sed hæc ſine
aſu aduerbia ſunt. Ouidius:

Sint procul a nobis iuuenes ut fœmina compti
Vergil. Clam ferro incautum ſuperat.

De præpoſitionibus accuſatiuum pe- tentibus annotatiunculæ.

Ad & apud differunt.

Ad tam motus, quam quietis uerbum
admittit, ut, Samnites ingrediuntur ad Curi-
um, ſedentem ad focum. Apud, ſolum quietis
uerbum deſiderat, aut ſaltem non exterioris
motus, ut, Sedeo apud Petrum.

Ad pro circiter ponitur. Cice. Dormit ad
horas tres. Elegantiam habent, Omnes ad
unum periere, id eſt, nullo excepto. Ad amuſ-
ſim, ad unguem, id eſt, exactiſſime, exquiſita
diligentia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

diligentia. Ad tempus. Item, Ad habet uim ſimilitudinis. Terent. Pulchra quidem, ſed nihil ad noſtram hanc.

Apud, Penes, diſtinguuntur.

Apud, locum aut perſonam innuit, ut, Vidi te apud forum. Cœnaui apud Pompeium. Penes perſonam, dominium ac poteſtatem. Ianus apud Ouidium.

Me penes eſt unum uaſti cuſtodia mundi.

Horatius.

Multa renaſcentur, quę iam cecidere, cadentq́;,
Quæ nunc ſunt in honore uocabula, ſi uolet uſus,

Quem penes arbitrium eſt, & uis, & norma loquendi. Interdum, ſed rariſſime loco ſeruit. Cice. Penes ſcænam, id eſt, apud ſcænam.

Ante & Poſt.

Ante & Poſt, ubi accuſatiuus abeſt, aduerbia ſunt, pro antea, poſtea. Vergil. Longo poſt tempore uenit. Et dicimus, multo ante uel poſt, aut ante uel poſt multo. Item, poſt paulo, uel paulo, contra indoctos.

Sic omnes præpoſitiones abſente caſu aduerbiaſcunt. Perſius: Nec te quæſieris extra. Plautus, Veniam aduerſum tempori, id eſt, obuiam tempeſtiue.

Cis, citra, cum contrarijs.

Cis & citra, quibus opponuntur Trans & Vltra, nihil differunt, niſi quod Cis antiquius eſt, magiſq́; nominibus montium uel fluuiorum præponitur, ut, Cis Rhenum, cis Alpes.

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Nec tamen male dixeris, citra Rhenum. Et Cis aliquando pro ultra ponitur teſte Marcello. Citra ponitur etiam pro Minus quam, ultra pro Magis quam, ut, Citra naturæ leges, id eſt, minus quam naturæ leges patiantur. Item citra, id eſt, ſine. Seneca, Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem.

Circa, Circiter, Erga.

Circa, ad locum & tempus refertur, ut, Circa forum, circa horam tertiam. Circiter ad tempus numerumq;. Plau. Redito huc circiter meridiem. Curt. Circiter duo millia. Aliquando etiam locum dicit, & ſæpe aduerbiaſcit, ut, Lapis circiter in medio quadratus.

Erga ad perſonam refertur. Cor. Taci. Erga populum ſuperbum, erga principem contumelioſum. Ideo non bene Latine dicitur, Martha ſolicita es & turbaris erga plurima, dicendum fuerat Circa, ut monet Laurentius Valla. Sic loquitur Quintilian. Pleraq; contra frigus ex ſuo corpore ueſtiuntur, & arma ijs ingenia quædam, & ex obuio fere uictus, circa quæ omnia multis hominibus labor eſt.

Inter, Intra, & Extra.

Inter innuit medians aliquid, ut, Multa cadunt inter calicem ſupremaq; labra. Inter certos loci, temporis aut alterius rei fines demonſtrando In ſignificat, habetq; contrarium Extra. Horatius.

Iliacos inter muros pugnatur & extra.

Intra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Intra triduum. Intra famam, id eſt, citra opinionem.

Infra, Supra, Super, Subter.

Infra ad dignitatem refertur, ut, Infra omnes infimos es homo nequiſſime. Et ad locum, habetq; relatiuũ ſupra, cum quo res plerunq; ſignificat interiecto ſpacio diſtantes, ut, Infra tectum es, ſi foco adſideas. Nubes ſupra nos pendent. Vergilius:

Tum mihi cœruleus ſupra caput adſtitit imber
Noctem hyememq; ferens, & inhorruit unda
tenebris.

Eodem modo Subter & Super relatiua ſunt, nec diſtantiam, quemadmodum illa, ſed rerum contactum frequenter ſignificant, ut, Sedeo ſuper lapidem. Vrinator mirifice ſubter aquam durat.

Iuxtá, Prope.

Pro eodem accipiuntur Iuxta & Prope. Iuxta autem aduerbium apud eloquentiſſimos ſæpe ſignificat Similiter, eodem modo, æque. Saluſtius de inertibus, Eorum ego uitam, mortemq; iuxta ęſtimo, quoniam de utraq; ſiletur. Eraſmus Roterodamus, In aliorum pulchre ac turpiter factis, quid deceat, quid non, iuxta uidemus.

Ob, Propter.

Cauſam innuunt Ob & Propter, ueluti, Ob uirtutem amandus es. Cicero: Is deniq; honos mihi uideri ſolet, qui non propter ſpem futuri

futuri beneficij, ſed propter magna merita claris uiris defertur, & datur, Propter etiam Prope ſignificat. Vergilius.

Et uiridi in campo templum de marmore ponam Propter aquam.

Ob interdum ſignificat Ante. Liuius: Fœda mors ob oculos erat.

Secundum, Secus.

Caper negat recte dici, Secus te ſedeo, quia dicendum eſt, inquit, ſecundum te ſedeo. Variat autem ſecundum ſignificationem. Cicero: Proxime ſecundum deos, homines hominibus maxime utiles eſſe poſſunt. Hic poſt & quaſi ſecundo loco ſignificat. Item, ſecundũ te iudico, id eſt, pro te. Secundum quietem tua imago mihi obſeruata eſt, id eſt, in quiete. Vulgare eſt, ſecundum Solonem cecinit. Ouidius:

Vltima ſemper
Expectanda dies homini eſt, dicią́ beatus
Ante obitũ nemo, ſupremaq́ funera debet.

Vſque.

Vſq́ ſine alia præpoſitione appoſita gaudet plerunq́ poſtponi, ut, Romam uſq́ iter habeo. Addita præpoſitione tranſit in aduerbium. Cicer. Vſq́ ad Numantiam miſit. Terent. Ex Aethiopia eſt uſq́ hæc. Vſurpatur etiam quando aduerbium eſt, pro aſſidue, diu, ſemper. Plaut: Valuiſtin uſq́?

Præpoſitiones ablatiui caſus.

A, ab, abs, idem ſignificant. Sed A ſolum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

conſonantibus iungitur, Ab uocalibus, rarò autem alijs conſonantibus, quam I conſonanti,& liquidis, L & R, ut, Ab Ioue, ab lege, ab rege. Ouidius:

Viuitur ex rapto, nec hoſpes ab hoſpitē tutus, Non ſocer a genero, fratrum quoq; gratia rara eſt. Abs uix aliter utimur, quam ante Q & T, ut, Abs Tito. Terent: Abs quouis homine beneficium accipere gaudeas.

A uel Ab pro poſt ornate ponuntur. Perſi. O Iane a tergo quem nulla ciconia pinſit.

Item defenſionis uim habent. Cicer. M. Cælius talis tribunus fuit, ut nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamq; dementiam a Senatu, & a bonorum cauſa ſteterit conſtantius, id eſt, pro partibus Senatus, pro partibus bonorum.

Ab Epiſtolis, a rationibus dicitur, qui Epiſtolis, rationibus præeſt. A ſecretis, id eſt, ſecretarius, ſecretorum ſocius.

Ab re, id eſt, præter rem, indecens, inutile. Liuius, Haud ab re duxi.

Cum.

Cum aliquando Euphoniæ cauſa neceſſario poſtponitur, ut, Mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, uobiſcum. Qua cum, quo cum, quibus cum, melius quam cum qua, cum quo, cum quibus. Cice. Quid dulcius, quam habere, quo cum omnia audeas loqui, ut tecum?

Coram, Clam, Ante, Palam.

Coram aduerſatur Clam, & differt ab Ante, Nam

te, Nam Ante oculos, longe intelligi poteſt. Coram proximitatem ſignificat. Teren. Quæ mihi ante oculos coram amatorem adduxit ſuum.

Differt quoq; Coram a Palam. Coram ad certas perſonas pertinet. Palam ad omnes, & fere aduerbium eſt, pro manifeſte. Ter. Quę uera audiui taceo, & contineo optime, Sin falſum, aut uanũ, aut fictum eſt, continuo palam eſt.

De, E, Ex.

D ab A differt. De materiam ſignificat, quemadmodum E & Ex. A nunquam materiam innuit, ſed efficientem cauſam. Plin. Liber tam ineptus, ut non de puero, ſed a puero factum eſſe credas. Diuerſa ſunt igitur, Hoc de te audio, & hoc audio a te. Hic enim eſt cauſa efficiens, illic materialis.

E & Ex idem ſignificant, ſed E conſonantibus tantum iungitur, ut, E iure. E republica, id eſt, ad utilitatem reipublicæ. Ex tam uocalibus quam conſonantibus, ut, Ex arbore. Ex dignitate, id eſt, pro dignitate, uel ad dignitatem. E renibus laboro, id eſt, morbum patior in renibus. Ex ſententia aliquid habere, id eſt, ad uotum & deſiderium noſtrum.

Ex compoſito, id eſt, dedita opera.

Ex amphitheatro uenit, qui in illo fuit.

Ab amphitheatro uenit, qui in loco fuit illi proximo.

Pro.

Comes facundus in uia pro uehiculo eſt,

 id eſt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

id eſt,uehiculi uice. Sto pro turribus, pro Ioanne,ut turres,ut Ioannem defendam. Pro uiribus, pro uirili uulgaria ſunt. Pro foribus,id eſt,ante fores. Pro roſtris, pro tribunali, id eſt, in roſtris, in tribunali.

Præ.

Præ ſignificat Antè,ut,Præ cunctis es honorandus. Et Propter uel Ab. Terent. Vt ſit, miſera pręamore.Comparationis pręterea uim habet.Idem,Hic ego illum contempſi præ me.

Præpoſitiones communes.

In cum accuſatiuo.

In accuſatiuo ſeruit, quoties motum ad quamuis rem ſignificamus. Motum dico, uel manifeſtum,ut,Redeo in gratiam. Horat:

In uicium ducit culpæ fuga,ſi caret arte.

Vel latentem,ut,Auaritia creſcit in horas.

Martialis:

Heſterno fœtere mero qui credit Acerram,
Fallitur,in lucem ſemper Acerra bibit. Verg.

Sciņditur incertum ſtudia in contraria uulgus. In pro Contra ponitur, ut,Crudelis in priuignos nouerca. Inuehor in æmulum.

Vergilius:

Quid meus Aeneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere?

Item In pro Erga. Idem:

Accipit in Teucros animum, mentemq; benignam.

In & Sub cum ablatiuo.

Cum in loco, aut alia re quid fieri ſignifi= camus, In & Sub ablatiuum poſtulant, ut, Ver= ſor in foro, ſub dio, ſub nocte. Cicero, Verum decus in uirtute poſitum eſt, quæ maxime il= luſtratur magnis in rempublicam meritis.

Vergilius:

Aedibus in medijs nudoq; ſub ætheris axe
Ingens ara fuit. Ouidius:
Scilicet ut fuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt experiunda fides.

In pro Inter ponitur. Vergilius,
Cadit & Ripheus, iuſtiſsimus unus
Qui fuit in Teucris.

Sub cum accuſatiuo.

Sub accuſatiuum habet, ubi motus fit ad -em, ut, Eo ſub tectum. Vergilius:

Poſteſq; ſub ipſos Nituntur gradibus.

Item, Sub pro paulo ante uel circa. Eraſmus, Sub cœnam pauliſper inambula, cœnatus idem facito, ſub ſomnum exquiſiti quidpiam ac dignum memoria legito. Et pro ſtatim poſt, ut Sub hæc uerba. Cicero Planco: Sub eas ſta= tim recitatæ ſunt tuæ.

Super & Subter cum accuſatiuo.

Super quando aduerſatur præpoſitioni Subter, cum accuſatiuo ſæpius legitur, ut Su= per aera æther eſt. Similiter quoties Vltra ſig= nificat, ut, Super Garamantes & Indos profe= ret imperium. Et Præter. Sueton. Super cæte= ra flagitia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sic Subter ſiue quies fuerit, ſiue motus, accuſatiuum fere ſemper habet. Poeticæ interdum ablatiuum. Vergilius: Subter denſa teſtudine.

Super cum ablatiuo.

Super pro De poſitum habet ablatiuum. Vergilius:

Multa ſuper Priamo rogitans ſuper, Hectore multa. Præterea pro In aut Propter. Vergil. Fronde ſuper uiridi. Non moueor ſuper hac re, id eſt, propter hanc rem.

Regula XVIII. de genitiuo & obiter de alijs caſibus pro aduerbijs loci.

Quæſtio ſi fiat per ubi, nomenq; prioris
Sit numeri proprium, ſeu primæ ſiue ſecundæ,
In patrio dabo quando locum deſigno minorem.
Militiæ, belli, atq; domi ſic ponis, humiq;.
Addimus interdum dictis terræq; togæq;.

Propria nomina pagorum & oppidorum (quæ minora loca dicuntur) primæ uel ſecundæ declinationis, ſingularis numeri, & appellatiua, Militiæ, belli, domi, humi, terræ & togæ, cum quæſtio fieret per Vbi, adponentur uerbis uel participijs in genitiuo, pro aduerbijs loci, ut ſi quæratur, Vbi eſt Papa? Optime reſpondebis, eſt Romæ. Vbi ſtuduiſti? Studui Gandaui. Vbi eſt ſegnis? Domi. Vbi agit temerarius? Militiæ. Sic poma iacent humi. Condo corpus terræ, id eſt, in terra. Gratus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

principi belli togæq;. Hoc per ablatiuum dicere poſſes. Plin. Dubium eſt, toga ne an bello præſtantior fuerit. Humi conſtruitur etiam cum uerbo motus ad locum. Vergilius:

Nec prius abſiſtit, quam ſeptem ingentia uictor
Corpora fundat humi. Idem:
Procumbit humi bos.

Si ternæ nomen fuerit, numeriue ſecundi,
Cum Ruri *dabitur terno aut ſexto, mage terno.*

Nomina propria oppidorum aut pagorum tertiæ declinationis, aut pluralis numeri, cum quæſtio fieret per Vbi, ponuntur pro aduerbijs loci in datiuo uel in ablatiuo, elegantius autem in datiuo, cum appellatiuo Ruri, ut, Terentius natus eſt Carthagine, uel natus eſt Carthagini. Tarquinius uixit Gabijs. Studes Athenis. Ruri philoſopharis. Dicis & rure per appellatiuum. Liuius, Scipio uitam Literni egit ſine deſiderio urbis, morientem rure, eo ipſo loco ſepelire ſe, iuſſiſſe ferunt. Per datiuum locutionem eſſe lepidiorem, innuit Seruius, nec deſunt apud Latinos ſcriptores teſtimonia. Cicero, Conuento Antonio Tyburi. Liuius, Quæ Romæ quæq; Carthagini acta.

Appendix.

Non ſolum pro aduerbijs localibus quidam datiui ponuntur, ſed inueniuntur etiam pro aduerbijs temporis poſiti, aut uerius aduerbia ſunt, ut, Tempori, lucri, ueſperi, quibus addi poteſt Sorti, id eſt, per ſortem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Vergilius,

Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti.

Terentius ,Nunquam tam mane egredior,neq; tam ueſperi domum reuertor,quin te in fundo conſpicer fodere .

Tum ſextum caſum,ſi quando per unde rogaris,
Aut qua reſponde. Si per quo,ponito quartum,
In proprijs,quibus uſq; cupit rus,cum domus addi.

Nomina propria oppidorum aut pagorum,ubi queſtio fieret per Vnde,aut per Qua, ponuntur pro aduerbijs loci in ablatiuo ſine præpoſitione,cum duobus appellatiuis Rus & Domus,ut, Vnde uenis? Venio Roma,Tybure,domo. Terentius, Timeo ne pater iam rure redierit. Qua ibis Romam ? Colonia. Sed hic per præpoſitionem ſæpius loquuntur propter Amphibologiam uitandam,ut,Per Coloniam proficiſcor Romam uerſus.

Si per Quo, ponito quartum.) Nomina propria oppidorum uel pagorum,ubi quæſtio fieret per Quo, ponuntur ſine præpoſitione in accuſatiuo,cum ablatiuis, Rus & Domus,ut, Quo uadis ? Vado Gandauum,Brugas,Parriſios. Terent: Ego cum filio rus ibo.

Vergilius, Ite domum ſaturæ,uenit Heſperus, ite capellæ.

Barbarus haud fies,apponens præpoſituras.

Si quis dictis nominibus præpoſitionem interdum adijciat, non cenſebitur barbare loquutus. Quintil. In domo factum furtum ab

eo, qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

eo, qui domi fuit. Liuius, Legati ab Ardea ue=
niunt. Cice. Ad Capuam uel ad Luceriam itu=
rus putabatur. Maxime autem uti licet Ad,
ubi locum proximum ſignificamus, ut, Hoſtes
uenerunt ad Gandauum, id eſt in locum Gan=
dauo uicinum. Appendix.

Accedentibus adiectiuis, uix abeſſe po=
teſt præpoſitio. Propert. Magnum iter ad do=
ctas proficiſci cogor Athenas. Excipiuntur
Meus, tuus, ſuus, noſter, ueſter & alienus. Dici=
mus enim, Sum domi meæ, tuæ, &c. Cice. Ma=
lo eſſe cum timore domi meæ, quam cum peri
culo domi alienæ. Dicendum eſt igitur, Ver=
ſor in domo ampla, magnifica, regia, nõ autem
Verſor domi amplæ, magnificæ, regiæ. At Li=
uius ait, Capuam flectit iter, luxuriantem lon=
ga fœlicitate ac indulgentia fortunæ. Sic & alij
interdum. Eodem quoq; modo maiorum lo=
corum nomina, ſine præpoſitione aduerbiali=
ter poſita inuenies, licet aliter grammatici præ=
cipiant, ut ſubnotabimus.

Annotatiuncula generalis.

Diximus ubiq; propria oppidorum &
pagorum nomina, quia proprijs aliorum loco
rum, ut regionum, inſularum, montium, flu=
uiorum, & præter dicta, appellatiuis omni=
bus adhæret præpoſitio, ſiue actio fiat in loco,
de loco, per locum, ſeu deniq; ad locum.
Plan. Ciceroni, Ab Hiſara caſtra moui. pon=
tem tamen quem in Hiſara feceram, caſtellis
duobis ad capita poſitis reliqui.

Vergilius:

Per uarios caſus, per tot diſcrimina rerum
Tendimus in Latium. Horat.
Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

De aduerbijs localibus.

Vbi, quo, qua, unde, quorſum & quouſq;, de loco quærunt, ſi nec relatiue, nec infinite ponantur. Quæcunq; autem nomina ad hæc prima quatuor diximus reſponderi, eadem ad Quorſum & ad Quouſq; in accuſatiuo reddi poſſunt, adiecto Verſus, quando per Illud: & Vſq;, quando per Hoc facta eſt quæſtio, ut quorſum tenes iter Aenea? Carthaginem uerſus. Quouſq; te fata trahunt? In Italiam uſq;. Hoc tamen ſæpe intelligitur, teſte Valla. Sed de nominibus ſatis. Tribuuntur etiam ſingulis ſua aduerbia, de quibus nunc agendum eſt.

Aduerbia in loco.

Ad Vbi reſpondentur, Hic, illic, iſtic, ibi, alibi, aliubi, ibidem, ubiq;, ubilibet, ubiuis, ſicubi, necubi, nuncubi, paſſim, uulgo, inibi, uſquam, nuſquam, peregre, alicubi, intus, foris, ſuperius, inferius, uel ſupra, infra.

Aduerbia ad locum.

Ad Quo reſpondentur, Huc, illuc, iſtuc, intro, foras, eo, eodem, alio, aliquo, quoq;, quolibet, quouis, quodam, quopiam, ſiquo, nequo ultro,

ultro, citro, utroq́, neutro, peregre, uſquam, nuſquam, quoquo, quocunq́, ſupra, infra uel ſuperius, inferius. Inuenies interdum Hoc, iſto, illo, pro huc, iſtuc, illuc.

Aduerbia per locum.

Ad Qua reſpondentur, Hac, illac, iſtac, uſquam, nuſquam, intus, foris, ea, eadem, quaqua, quacunq́, quaq́, qualibet, ſiqua, nequa, aliqua, alia, utraq́ & recta. Terenti. Cur non recta introiſti? Cice. Recta uenit ad me.

Aduerbia de loco.

Ad Vnde reſpondẽtur, Hinc, illinc, iſtinc, ntus, foris, utrinq́, undiq́, cominus, eminus, ntrinſecus, extrinſecus, utrinſecus, forinſecus, nuſquam, inde, peregre, ſuperne, inferne, ſtirpitus, humanitus, radicitus, cœlitus, unde, undecunq́, undelibet, aliunde, alicunde, ſicunde, &c.

Dehinc, non loci, ſed ordinis aduerbium eſt, pro poſt hoc. Abhinc temporis eſt, pro ab hoc tempore.

Aduerbia locum verſus.

Ad Quorſum reſpondentur, Horſum, ſtorſum, illorſum, ſurſum, deorſum, antrorſum, dextrorſum, læuorſũ, ſiniſtrorſum, retrorſum, aliorſũ, quoquouerſus, uel quoquorſum.

Aduerbia uſq́ ad locum.

Ad Quouſq́ reſpondentur, Hucuſq́, iſtuc uſq́, illucuſq́, hactenus, &c.

Annotatiuncula generalis.

Hic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Annotatiuncula generalis.

Hic, illic, iſtic, &c. eodem modo differunt, quo pronomina, hic, iſte, ille. Hic pronomen pertinet ad primam perſonam, & Me ſignificat, aut meum, aut quod eſt, ubi ego ſum, uel habito, aut de quo loquor.

Iſte refertur ad ſecundam, & ſignificat, Te, aut tuum, aut quod eſt ubi habitas, uel de quo loqueris.

Ille ad tertiam pertinet, & neutrum prædictorum ſignificat, ſed tertiũ quiddam. Plaut. Quis eſt, quem uidemus uenientem, pannoſum ac ſqualidum? Ille ne eſt noſter Syrus?

Hic aduerbium ſignificat in loco, ubi ego ſum. Iſtic in loco, ubi es tu. Illic in loco, ubi eſt de quo loquimur. Huc, id eſt, ad hunc locum. Iſtuc, id eſt, ad iſtum locum, in quo tu es. Illuc, id eſt, ad illum locum, in quo nec ego ſum, nec tu. Sic dices de alijs.

DATIVI REGIMEN.

Prima Regula.

Fixa dabunt ternum ſubſtantiuo mediante
Verbo, quod per habet contingit ſæpe reſolui.

Omne nomen ſubſtantiuum poteſt regere datiuũ mediante uerbo ſubſtantiuo, quod exponitur per Habeo, ut, Mihi liber eſt, tibi pecunia, id eſt ego librum habeo, tu pecuniam. Horatius: Sancta probis pax eſt.

Idem.

Ludite ſecure, quibus eſt æs ſemper in arca.

Dic etiam, Mihi bene eſt, id eſt, bene habeo, bene ualeo. Sunt qui dicunt, huius regulæ datiuum a nomine regi mediante uerbo ſubſtantiuo. Alij dicunt, regi ab ipſo uerbo. Suum cuiq; relinquo iudicium.

Regula ſecunda.

Ternum pro quarto, aut ſexto, cum præpoſituris
Ponimus. It clamor cœlo, mihi filia curæ eſt,
Cur tibi deſpicior? nunc omnibus itur ad aurum.

Datiuus ponitur ſæpe pro accuſatiuo uel ablatiuo cum præpoſitione, ut, It clamor cœlo id eſt, ad uel in cœlum. Inferretq; Deos Latio, id eſt, in Latium. Deſpicior tibi, id eſt, a te. Curritur omnibus ad aurum, id eſt, ab omnibus. Tu es mihi uiſus. Publius, Mora omnis odio eſt, ſed facit ſapientiam.

Gemini datiui.

Sunt quæ præter datiuum huius regulæ, alium admittunt datiuum, ut Filia eſt mihi curæ. Sum tibi auxilio, præſidio, conſilio, commodo. Terent. Sunt hæ tibi nuptiæ cordi?

Horatius:

Nec timuit, ſibi ne uicio quis uerteret olim.

Sic, do tibi hanc rem doti, uel dotē. Sum tibi documēto uel documentū. Plaut. Eſt ager hic nobis ſub urbe, eum dabo dotem ſorori.

Regula tertia.

Adquiſitiue ſi ponas uerba, datiuum
His dato. Communis ferme omnibus eſto datiuus.

Omne uerbum adquiſitiue poſitum, re-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

gere poteſt datiuum rei adquirentis, in cuius honorem, uituperationem, utilitatem, damnum, lætitiam, iucunditatem, fauorem, petitionem, ſimilitudinem, aliquid fieri ſignificamus, ut Doce mihi prolem. Cice. Non omnibus dormio. Vergil.

It haſta Tago per tempus utrunq;. Idem.
Centum cui templa Sabæo thure calent.
Perſius ad deſidẽ, Tibi luditur, effluis amẽs,
Contemnere. Horatius.
Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum.
Ouidius.
Caſus ubiq; ualet, ſemper tibi pendeat hamus,
Quo minime credis gurgite piſcis erit.

Cum datiuo accuſatiuum regentia.

Decuplicia uerba datiuum cum accuſatiuo plerunq; regunt.

Primo, verba comparandi.

Comparo, compono, confero, adſimulo, adcommodo, æquo, exæquo, adæquo, poſtpono, poſthabeo, antepono, antefero, ut Comparo Vergilium Homero, uel per ablatiuum, Cum Homero. Horat.

Interdum uulgus rectum uidet, eſt ubi peccat,
Si ueteres ita miratur, laudatq; poetas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.

Cicero ad Lepidum, Hoc eſſe animo ſcito omnes ſanos, ut mortem ſeruituti anteponant. Confero te Ioanni, id eſt, comparo. Confero tibi uel in te beneficium, id eſt, do. Confero me ad uillam, id eſt, eo.

Secundo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Secundo, dandi uel reddendi.

Verba dandi, Do, dono, impertio uel impertior, partior, impendo, diuido, diſtribuo, præbeo, lego, as, exhibeo, concedo, mutuo, cõmodo, fœneror, ſtipulor, adhibeo, adijcio, adiungo, admoneo, addo, & ſimilia.

Reddendi, Reddo, reſtituo, reſigno, retribuo, rependo, repono, refero, ſoluo, & cætera, ut Par pari referto. Plaut. Do tibi operam, ſi quid eſt, quod me uelis. Horat.

Quis ſcit, an adijciant hodiernæ craſtina uitæ
Tempora dij ſuperi?

Dicimus, Dono tibi equum, & dono te equo. Dono te ciuitate, id eſt, efficio te ciuẽ. Impertio uel impertior tibi ſalutem, uel impertior te ſalute.

Tertio, iubendi & prohibendi.

Verba iubendi, Iubeo, præcipio, mando, impero, iniungo, committo, edico, &c.

Prohibendi, Veto, prohibeo, nego, denego, interdico &c. Publius: Nil peccent oculi, ſi animus oculis imperet. Iubeo tibi hanc rem, & aliquando, Iubeo te hanc rem, cũ duobus accuſatiuis. Cicero: Non quia te aliquid iuberem, ſubaudiri uidetur Facere. Prohibeo, interdico tibi domum, uel prohibeo, interdico te domo. Plau. Damna multa mulierum, me uxore prohibẽt. Interdico ſæpius inuenies cũ datiuo & ablatiuo, ut interdico tibi domo mea. Per eoſdem caſus & imperſonaliter lepide loquimur. Cice. Male rem gerentibus pa-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

trijs bonis interdici ſolet. Paſsiue dices, Interdicor aqua & igni, aut aqua & ignis interdicuntur mihi. Huc pertinent, Tempero & Moderor. Plaut. Linguæ tempera. Tempero iram & ab ira. Moderor tibi & te.

Quarto, nunciandi.

Verba nunciandi, iudicandi, declarandi. Indico, nuncio, declaro, annuncio, inſinuo, manifeſto, reuelo, recludo, refero, patefacio, aperio, monſtro, oſtendo, ſignifico, lego, interpretor, ſuggero, dico, prædico, exprimo, narro, enarro, memoro, recenſeo, recito, repeto, refero, reſpondeo, fari, loqui &c. Indico tibi ueritatem, primæ coniugationis ſecundam ſyllabam corripit. Indico uentri bellum, id eſt, denuncio, tertiæ eſt, & ſecundam producit. Dico tibi diem, id eſt, tempus conſtituo. Refero tibi hanc rem, id eſt, narro. Refero ad te, id eſt, in conſultationem fero. Quinti. Non retulit ad matrem, non propinquos conſuluit, non amicos. De his referam ad ſenatum potius quam, Hæc referam ad Senatum. Refero tibi acceptum, id eſt, fateor me accepiſſe abs te. Cicero: Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. Reſpondeo quæſtioni & ad quæſtionem. Structuram perpendiculo, uel ad perpendiculum reſpondere oportet, id eſt, conuenire.

Vergilius.

Illa ſeges demum uotis reſpondet auari
Agricolæ, id eſt, ſatisfacit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Quinto, uendicandi.

Vendico,adſcribo, uſurpo,occupo,addico,acquiro,adipiſcor,&c. non idem, ſed ſimile quid ſignificantia, ut, Vendico mihi hunc librum. Adſcribo tibi honorem.

Sexto,mittendi.

Mitto, tranſmitto tibi literas. Sæpius, Mitto ad te, ſcribo ad te, quam tibi dicimus. Legauit rex ad nos decem oratores. Deſtino tibi literas, pro mitto, raro legitur, ſed proprie ſignificat adſigno,delibero,conſtituo. Vergil. Me deſtinat aræ.

Septimo,opponendi.

Oppono, obijcio, offero, offundo, &c. Cicero in Saluſt. Ego meis maioribus uirtute mea præluxi. Tu tuis uita,quam turpiter egiſti,magnas offudiſti tenebras, Quare noli mihi antiquos uiros obiectare.

Octauo,promittendi.

Spondeo, deſpondeo,promitto rogatus, polliceor ultro,pollicitor,recipio,ut, redde quę coram recepiſti mihi,id eſt,promiſiſti. Recipio te,notum eſt. Do tibi fidem,id eſt,ſancte promitto. Habeo fidem,id eſt,credo.

Nono, ſubiugandi.

Subijcio,ſubmitto, ſupero,debello,ut,Rex ſubiugauit ſibi hoſtes. Horat.

Mihi res,non me rebus ſubmittere conor.

Decimo,uaria uerba.

Poſtremo plurima uerba, de quibus non eſt certa regula, datiuum & accuſatiuum poſtulant, ut, Minor, interminor, debeo, inuideo. Plin. Neq; ego, ut multi, inuideo alijs, bonum quo ipſe careo. Debeo tibi uitam. Adſueſco pro aſſuefacio, nam alioqui ſolum datiuum habet. Quintil. de puero, Non aſſueſcat, ne dum infans quidem eſt, ſermoni, qui dediſcendus ſit. Suadeo, perſuadeo. Plaut. Odi ego aurum, multa multis ſæpe ſuaſit perperam. Impono urbem monti. Impono tibi, id eſt, decipio te. Commendo te regi, id eſt, amice committo. Commendo te apud regem, id eſt, laudo. Credo, fido, confido, committo. Teren. Ah ſceleſta, ouem lupo commiſiſti. Dices etiam, Fido, confido hac re. Formido, metuo, timeo te, ne quid mali mihi facias. Publius, Inimicum quamuis humilem docti eſt metuere. Formido, metuo, timeo tibi, ne quid mali tibi contingat, ut, Metuo tibi infortunium.

Annotatiuncula generalis.

Quemadmodum datiuus ſæpe ponitur pro accuſatiuo aut ablatiuo cum præpoſitione, ita uiciſſim quandoq; accuſatiuus aut ablatiuus mediante præpoſitione uerbis adhærent loco datiui. Hinc uariam conſtructionem multa uerba ſortiuntur, ut, Loquor tibi, ad te, uel loquor tecum. Miſceo aquam uino uel cum uino. Nitor haſtæ, uel haſta, uel in haſtam, ſed peculiare eſt, Nitor ad hanc rem. Fabius, Altius ibunt, qui ad ſumma nituntur. Huc plurima ſane pertinent uerba, quę diligenti lectione ob-

ſeruanda ac uſu, qui ubiq; multum poteſt, diſcenda cenſeo.

Verba datiuum ut proprium caſum regentia.

Tertius eſt uerbis proprius natis fore, ſum, fit,
Atq; manente facit, poſcunt hunc ſæpe per, ob, con,
Ante, ſub, inter, ad, in, tum præ coniuncta, quibus do
Occurro, faueo, ſtudeo, medeorq; & adulor,
Auxilior, famulor, noceo, ſed dat iuuo quartum,
Pareo, præſideo, pugno cum parcere grator.
Quæq; frequenter erunt imperſonalia iunge,
Contingit, reſtat, placet, euenit, accidit & fit,
Sufficit, & conſtat, libet, & liquet, & dolet, adde
His uacat & conducit, & expedit, & licet, atq;
Conuenit, & præſtat, ſed dicito, pertinet ad me,
Attinet & ſpectat recte coniungimus iſti.
Multa regunt ternum, quibus haud eſt regula certa.

Datiuum, ut proprium caſum, regunt uerba undeuigecuplecia.

Primo compoſita a Fore.

Compoſita a Fore datiuum ſibi proprium exigunt, ut, Spero mihi hæc profore. Vtinã Ioannes adforet nobis. Cicero Sulpitio, Maior mihi ratio adfore nulla poteſt, quã coniunctio conſuetudinis ſermonumq; noſtrorum.

Secundo, a Sum.

Compoſita a Sum, ut, adſum, deſum, obſum, proſum, abſum, inſum. Publius, Luxuriæ

deſunt multa, auaritiæ omnia. Aſinius Pollio Cice. Neq; deeſſe, neq; ſupereſſe Reipub. uolo, id eſt, ſuperſtes eſſe. Superſum labori, id eſt, uinco laborem. Quædam pro datiuo uel accuſatiuum uel ablatiuum addita præpoſitione ſortiuntur, dicimus enim, Adſum pugnæ, adſum in pugna, uel adſum ad pugnam. Proinde puer fac memineris iam datæ annotatiunculæ.

Tertio, a facio & fio.

Compoſita a Facio & Fio, ubi facio non mutat A in I, ut, ſatisfacio tibi, ſatis fit tibi. Malefacio, benefacio patri. Saluſt. Pulchrum eſt benefacere Reipub. Brutus Ciceroni, Cui re gratias uix referre poſſum, huic uerbis non patitur res ſatisfieri.

Quarto, cum præpoſitionibus quibuſdam compoſita.

Verba plurima cum his præpoſitionibus, Ob, con, ante, ſub, inter, ad, in, præ, compoſita, datiuum poſtulant.

Ob.

Occumbo, obluctor, obrepo, obgannio, obmurmuro, occino, obturbo. Vergilius, In utrunq; paratus, Seu uerſare dolos, ſeu certe occumbere morti. Idem, Gentibusq; aduerſæ obluctor arenæ.

Con.

Condormio, conſono, colludo, conuiuo. Commorior tibi uel tecum. Cicero, Omnis oratio moribus conſonet. Terent. Ex Andro

commi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

commigrauit huic uiciniæ. Et nomina quædam a Con compoſita, datiuum habent, ut, Concolor coruo, cognominis Paulo.

Ante.

Antecello, antecedo, anteeo, anteſto, anteuerto illi uel illum doctrina. Cice. pro Archia, Antecellere omnibus ingenij gloria contigit. Plautus, Virtus omnibus rebus anteit. Terent. Miror ubi ego huic anteuerterim, id eſt, hanc præceſſerim. Suetonius in Auguſto, Magnificentia omnes anteceſſit.

Sub.

Succedo tibi, ſubijcio, ſubiaceo, ſuboleo, ut pecunia fortunæ ſubiacet. Vergil. Noſtris ſuccede penatibus hoſpes. Plautus, Subolet iam uxori, quod ego machinor.

Inter.

Interſero, interſono, interuenio, interſum, intermiſceo, intermico, ut, Lupus interuenit fabulæ. Claud. Rutilum ſquamis intermicat aurum.

Ad.

Adrideo, adclamo, adſto, adquieſco, adſide, oadhæreo, adpropinquo, adlabor, admolior, adigo, ut, Lucretia adegit cultrum cordi. Horat. Parcus ob hæredis curam, nimiumq; ſeuerus, Adſidet inſano. Vergil. Antiquis Curetum adlabimur oris.

In.

Impendeo, inſurgo, inſuſurro, inhio, in-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nitor, immoror, inhæreo, inſideo ſaxis. Cicero, Omnibus quorum mens abhorret a ratione, ſemper aliquis aliјs dolor, aliјs terror impendet. Verg: Vela cadunt, remis inſurgimus. Immineo, incedo pro inuado, immitto illi uel in illum. Ouidius,

Imminet exitio uir coniugis, illa mariti. Cic. In noſtras fortunas imminent. Vergil. Regibus inceſſit magno diſcordia motu.

Sed Incedo & alia nonnulla ab In compoſita, accuſatiuum quoq; exigunt ſine præpoſitione, per regulam quintam conſtructionis accuſatiui. Intendo uires, id eſt, extendo. Intendo animum ſtudiјs, id eſt, do operam ſtudiјs. Horatius,

Inuidia uel amore uigil torquebere, ſi non
Intendes animum ſtudiјs & rebus honeſtis.

Præ.

Præpondero, præniteo tibi fide. Cicero, Suis maioribus uirtute præluxit. Præcurro, præeo, præcedo, præſto omnibus uel omnes. Plaut. Veſtræ fortunæ meis præcedunt. Cæſar: Heluetiј reliquos Gallos uirtute præcedunt. Cic. Hoc præſtat amicitia propinquitati, quod ex propinquitate beneuolentia tolli poteſt, ex amicitia non poteſt. Quintil. Præſtat ingenio alius alium.

Quinto, uerba occurrendi.

Verba occurrendi datiuum habent. Perſi: Venienti occurrite morbo. Sic Obuio, obſto, obſiſto, occurſo. Vergilius:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Occurſare capro, cornu ferit ille caueto.
Ouidius,
Principijs obſta, ſero medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras.

Obuius nomen, & obuiam aduerbium ſimiliter datiuum regunt, ut, Sum tibi obuius. Venio tibi obuiam. Sic præuius. Ouid: Præuius auroræ Lucifer ortus erat.

Sexto, fauendi.

Verba fauendi, Faueo amico: Sic annuo, arrideo, ſubſcribo, conſentio, adſentio uel adſentior, hæreo, adhæreo, adſtipulor, concino, ſuffragor, accedo, bene uolo, bene cupio, bene opto, &c. Vergilius:

Iuppiter omnipotens audacibus annue cœptis. Cicero, Senatus mihi adſenſus eſt. Adſentior quandoq; regit accuſatiuum cum datiuo. Cic. primo de oratore, Cætera adſentior Craſſo. Idem, Quare tibi Antoni utrunq; adſentior. Verg. Adſpirat primo fortuna labori, id eſt, fauet, auxiliatur. Cice. Ad hanc laudem adſpirare non poſſunt, id eſt, de hac laude adquirenda ne ſpirare quidem poſſunt. Accedo tuæ ſententiæ, id eſt, adſentior. Nouum plerunq; infortunium nouo accedit dolori, ſiue ad nouum dolorem, id eſt, adiungitur.

Septimo, ſtudendi.

Verba ſtudendi & diligentiam adhibendi. Studeo, incumbo, incubo, attendo, indulgeo, inſiſto, inſto, inhio, inſudo, inuigilo, inni-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tor, uaco, inhæreo, operam do, impendo, nauo, adhibeo operam, ut, Studeo grammaticæ. Inuigilo pecuniæ. Cicero, Quantum quiſq; reipub. ſtuduit, tantum mihi fuit aut amicus aut aduerſarius. Studeo pro uehementer cupio aut uolo, regit accuſatiuum. Idem, Vnum ſentitis, unum omnes ſtudetis. Dicimus incumbo laudi, & incumbo ad uel in laudem. Tullius, Mi Plance incumbe toto pectore ad laudem. Idem Incumbe per Deos immortales in eam curam & cogitationem, quæ tibi ſummam dignitatem & gloriam adferat. Illud autem Vergilij.

Incubuitq; thoro, dixitq; nouiſſima uerba,

Pertinet ad compoſita ab In. Attendo iuri uel ius. Inſiſte negocio ſapienter, id eſt, da operam. Inſiſte bonorum ueſtigijs, id eſt, innitere. Habet etiam accuſatiuum.

Vergilius:

Nulli fas caſto, ſceleratum inſiſtere limen.

Inſto operi, id eſt, diligenter inſiſto. Inſto opus, id eſt, adgredior, facio opus. Tibi multa bona inſtant a me, id eſt, futura ſunt.

Vergilius, Heu quantæ miſeris cædes Laurentibus inſtant.

Vaco pro Ceſſo aut Careo, capit ablatiuum cum A uel Ab, ut, Vaco a labore, a ſtudio, id eſt, non laboro, non ſtudeo. Cicero, Vacare a culpa, magnum eſt ſolatium. Quandoq; præpoſitio omittitur. Idem, Nullum eſt tempus, quod iuſticia uacare debeat. Huius conſtructionis cauſam require in regula nona genitiui.

Octa-

Octauo, medendi.

Medeor ac medicor, & ſi qua ſunt his ſignificatione conformia. Vergilius, Senibus medicantur anhelis. Lactantius, Circumſpice conſcientiam tuam, & iniquitatē medere uulneribus. Legitur etiā utrunq; cum accuſatiuo.

Nono, adulandi.

Adulandi uerba, Adulor, blandior, adſentor, adplaudo, lenocinor, palpor, ut, Adulor diuiti, blandior matri, adſentor nobili, indoctis plaudit plebecula. Cice. Tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur. Plaut. Obſeruatore, quam blande mulieri palpabitur. Palpo, as, idem quod palpor, accuſatiuum regit, aut datiuum.

Decimo, auxiliandi.

Verba auxiliandi, Auxilior, ſubuenio, ſuccurro, adminiculor, opitulor, patrocinor, commodo, ſubeo, proſpicio, prouideo, caueo, conſulo, de quo dictum eſt latius, ut, Auxilior tibi, ſubuenio pauperi. Caueo tibi, id eſt, proſpicio. Lege cautum eſt, id eſt, prouiſum eſt. Caueo periculum, id eſt, fugio. Caueo te uel a te, id eſt, prouideo ne mihi noceas. Plaut. Qui cauet ne decipiatur, uix cauet, quem etiam cauet. Conducit, confert huic rei, uel ad hanc rem, id eſt, utile eſt. Iuuo nunc accuſatiuum habet, olim etiam datiuum.

Vndecimo, famulandi.

Verba famulandi, ut, Famulor diuiti. Sic ancillor, ſeruio, inſeruio. Eraſmus, Nil magis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

optandum, quam ut ſacerdos immunis a coniugio, liber ac totus ſeruiat domino ſuo.

Duodecimo, nocendi.

Nocendi uerba, Noceo, reſiſto, inimicor, reluctor, obnitor, inſidior, obloquor, detraho, ſuccenſeo, indignor, iraſcor, derogo, obtrecto, incommodo, officio, renitor, iniurior, aduerſor, obſiſto, obſto, renuncio, diſſentio, refragor, inuideo, male uolo, ut, Noceo nemini. Deus ſuperbis reſiſtit. Horatius, Eutrapelus cuicunq; nocere uolebat, Veſtimenta dabat precioſa. Terentianus ſenex de Dauo, Quem ego credo manibus pedibuſq; obnixe omnia facturum magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obſequatur gnato. Derogo, detraho tibi uel de te. Cicero: Indignum eſt de lege aliquid derogari, aut legem abrogari. Idem: Ille in Achia non ceſſat de nobis detrahere. Aemulor illi, id eſt, inuideo. Aemulor illum, id eſt, Imitor. Illudo, inſulto illi uel illum aliquando. Lædo illi per datiuum ueteres dixere, nunc uero, Lædo illum.

Decimotertio, parendi.

Verba parendi ſiue obediendi, Pareo, obedio, obtempero, adquieſco, morigeror, obſequor, geniculor, ſupplico, audio, auſculto, cedo, concedo, ut, Pareo magiſtro, obedio patri. Tib: Longa dies homini docuit parere leones. Audio tibi uel audio te, id eſt, obedio. Cicer: Si me audies, uitabis inimicitias. Audio cum datiuo rarius eſt. Audiens dicto ſæpiſſime legitur,

gitur, ſed hic audiens nomen eſt, teſte Diomede. Auſculto autē pro Obedio, plerunq; datiuū habet. Dauus apud Terentiū, Nec quid agam certum eſt, Pamphilum ne adiutem, an auſcultem ſeni. Cedo, concedo tibi, id eſt, locum do.

Cedit amor rebus, res age tutus eris.

Cedunt mihi hæc bona, id eſt, in ius meum ueniunt.

Concedo fato, id eſt, morior.

Decimoquarto, præſidendi.

Verba pręſidendi, ut, Pręſideo, pręſum, &c. Cicero, Debeo ſperare, omnes deos, qui huic urbi præſident, mihi ac mereor relaturos eſſe gratiam.

Decimoquinto, pugnandi.

Pugnandi uerba poetice datiuum regunt, apud Oratores & Hiſtoricos ablatiuum habent intercedente Cum, elegantiſſime accuſatiuum etiam cum præpoſitione In, ut, Pugno tibi, uel tecum, uel in te, ſic certo, digladior, concurro, congredior, &c. Vergilius:

Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas. Cicero, Aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, uirtutes omnes certant cum iniquitate, luxuria, ignauia, temeritate, cum uicĳs omnibus. At rebello, repugno & quædam alia nuſquam non datiuum habent. Plinius, Difficilius eſt uoluptati repugnare, quam irę. Ouid. Ignauis precibus fortuna repugnat. Sunt item quæ accuſatiuum habent ſine præpoſitione, ueluti, Debello & Expugno.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Decimoſexto, parcendi.

Verba parcendi & ueniam dandi, ut, Parco, ignoſco. Publius, Bonis nocet, quiſquis pepercerit malis. Plaut. Stultitiæ adoleſcentiæq; eius ignoſcas. Ignoſco poteſt habere accuſatiuum cum datiuo. Idem, Nunc hoc mihi ignoſcas quæſo. Sic Parco pro conſeruo. Vergil. Multa talenta natis parce tuis. Parce lacrymis, iniuriæ uindictæ, metu, id eſt, abſtine a lacrymis, ab iniuria, &c. Vergil. Parce metu, pro metui, antiquus datiuus eſt. Dicimus etiam per infinitiuum, parce lacrymari.
Vergil: Parce pias ſcelerare manus.

Decimoſeptimo, gratulandi.

Verba gratulandi, ut, Gratulor & grator poetis hiſtoricisq; proprium.

Ouidius:

Gratulor huius terrę quod abeſt regionibus illis.

Vergilius:

Inueni germana uiam, gratare ſorori.

Dicimus, Gratulor tibi hanc rem, hac re, de hac re. Cice. Gratulor tibi uictoriam. Idem, Gratulor tibi adfinitate uiri medius fidius optimi. Idem, Quod mihi de Italia gratularis, agnoſco humanitatem tuam. His cognata ſunt, Gaudeo, gratificor, & gratum facio. Cicero, Tibi gratulor, mihi gaudeo.

Decimooctauo, imperſonalia quædam.

Quædam uerba cum infinitiuo imperſo-

nalia

nalia,ſine eo perſonalia (ſed raro aliter quam in tertia perſona) regunt datiuum, ut,Contingit, reſtat & reliqua uerſibus comprehenſa, quibus cognitis non erit labor, ſynonymorum contrariorum conſtructionem perſpicere,qualia ſunt, Obtingit,obuenit, perplacet,diſplicet, ſuperat, ſupereſt, reliquum eſt, collibet,ſedet, patet, &c. De imperſonalibus exempla.

Horatius:

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

Ouidius:

Non uacat exiguis rebus adeſſe Ioui.

De perſonalibus. Horatius:

Quod ſatis eſt,cui contingit,nil amplius optet.

Publius:

Cui plus licet quam par eſt, plus uult quam licet. Stat & Præſtat imperſonalia, raro datiuum habent expreſſum. Vergi. Stat caſus renouare omnes. Saluſt.Nonne emori per uirtutem præſtat,quam uitam per dedecus amittere? Pertinet,attinet,ſpectat ad me,dicendum eſt, non autem mihi.

Decimonono,uaria.

Multa regunt datiuum, de quibus certa non conſtat regula,ut,Sto iudicio.Cano receptui,ut milites a pugna redeant. Cano progreſſui, ut ad pugnam progrediantur. Intercedit mihi tecum amicitia. Datiuus interdum ſolius feſtiuitatis cauſa uerbis adponitur, ut, Suo ſibi hunc iugulo gladio. Horat.

Quid mihi Celſus agit?

Accu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ACCVSATIVI REGIMINIS,

Prima Regula.

Ante uolunt quartum uerba infinita ſuorum
Poſt caſum, Præ nulla ſupina, gerundia nulla
Dant caſum, dabitur uerbi poſt caſus agentis,
Ni fit in u, Poſt nil capit hoc, uult mobile præ ſe.
Poſt etiam ſequitur ſua participans bene uerba.
Nam regimen fit idem, ſi ſignificatio par ſit.

Omne infinitum uerbi perſonalis poteſt ante ſe regere accuſatiuum, poſt ſe autem caſum uerbi a quo deſcendit, ut, Hominem parere Deo, æquum eſt. Teren: Meum gnatum rumor eſt amare. Idem, Qui poſtquam audierit filio ſuo non datum iri uxorem. Cice. Hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum. Hic non repeto, nominatiuum uerbi finiti, reiectis particulis, Quod, ut, aut ſimili, in accuſatiuum ante infinitum mutari, proinde refer animum ad Syntaxin nominatiui, ubi & alia de infinitiuo dicta inuenies.

Gerundiorum & Supinorum conſtructio.

Præ nulla ſupina, gerundia nulla &c.) Nec ſupina, nec gerundium regit ante ſe ullum caſum, ſed poſt ſe regit caſum uerbi actiuæ ſignificationis, ut ſicut dicimus, Lego hiſtoriam, ita: Venio cauſa legendi hiſtoriam, uado lectum hiſtoriam.

Anno-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Annotatiuncula.

Caſum, dico, uerbi actiuæ ſignificationis, quia ubi gerundium & ſupinum paſſiue capiuntur, non admittunt ablatiuum uerborum paſſiue ſignificantium, ſed ponuntur abſolute, teſte Valla, ut male dicitur, Liber eſt difficilis ad intelligendum a nobis. Non uenio uapulatum a te. Omitti enim debet ablatiuus iuxta probatorum conſuetudinem. Vergilius, Alitur uicium creſcitq; tegendo. Idem, Vritq; uidendo Fœmina. Quintil: Memoria excolendo, ſicut omnia alia, augetur, id eſt, dum tegitur, uidetur, excolitur. Refragantur Valla Sulpitius & Calepinus, uerum ipſi exempla fingunt, nulla e doctis adferunt.

Gerundiorum caſus.

Quatuor ſunt gerundiorum caſus, nominatiuus in Vm, ut, Petendum, genitiuus in Di, ut, Petendi, accuſatiuus in Dum, ut, Petendum, ablatiuus in Do, ut, Petendo. Soluendo non ſum, dubitari poteſt (inquit Valla) datiuus ne ſit, an ablatiuus. Vtcunq; eſt, gerundia datiui caſus rariſſime inuenies apud probatos ſcriptores. Iungimus Soluendo datiuum. Quintil: Pauperi ſoluendo non ſumus.

De gerundio nominatiui caſus.

Gerundium nominatiui caſus uerbo ſubſtantiuo adhæret, cum quo neceſſitatem quandam indicat. Iuuenalis, Viuendum eſt recte. Horat. Si uis me flere, dolendum eſt Primum ipſi tibi. Ouidius, Vten-

Vtendum eſt ætate, cito pede labitur ætas.
Cic. Iterandũ eadem iſta mihi, ſubauditur Eſt.

De gerundio genitiui caſus.

Gerundia in Di ſæpiſſime capiuntur actiue, ut, Cauſa dicendi iſtuc uenio, id eſt, ut dicam. Paſſiue raro, ut, Miſi filium Coloniam erudiendi cauſa, id eſt, ut erudiatur. Iuſtinus, Athenas erudiendi gratia miſſus, quãto doctior maioribus ſuis, tanto & gratior populo fuit.

Iunguntur nominibus ſubſtantiuis. Amor, cauſa, occaſio, tempus, locus, ratio, gratia, opportunitas & ſimilibus, ut, Amor habendi, cauſa pereundi, tempus tacendi.

Ouidius: Carpe cibos digitis, eſt quidam geſtus edendi,
Ora nec immunda tota perunge manu.

Iunguntur etiam in Di adiectiuis, ut, Certus eundi, peritus nauigandi. Notandum hic eſt, infinitiuum pro gerundio capi, huiuſmodi nominibus appoſitum. Vergilius:

Sed ſi tantus amor, caſus cognoſcere noſtros,
Et breuiter Troiæ ſupremum audire laborem,
Incipiam.

Amor cognoſcere, & audire, id eſt, cognoſcendi & audiendi, ſiue ut cognoſcas & audias.
Ouid. de iuuentute & ſenectute,

Hæc dare conſilium, pugnare paratior illa eſt.
Hæc ætas bellum ſuadet, at illa gerit.

Paratior dare conſilium, id eſt, ad dandum conſilium. Sic pugnare, pro ad pugnandum.

Habent interim in Di gerundia geniti-

uum pro accuſatiuo, præſertim in plurali, licet Valla neget uicio carere, ut, Compoſui hunc librum inſtituendi puerorum gratia. Plinius, Cum illorum uidendi gratia me in forum contuliſſem. Illorum pro illos dixit.

De gerundio accuſatiui caſus.

Gerundia in Dum ſæpiſſime ſignificant actiue, ut inter legendū hoc notaui, id eſt, dum legerem. Paſſiuam ſignificationem raro tenent, ut, Perſij carmen ad intelligendum eſt difficile. Ponuntur cum Ad, ob, propter, ante, & inter. Vergil. Ante domandum ingentes tollent animos. Bias: Ne præceps ſis ad loquendum.

De gerundijs ablatiui caſus.

Gerundia in Do aliquando actiue ſignificant, ut, Hos occidendo, illos accuſando totam ciuitatem labefactaſti. Aliquando capiuntur paſſiue, ut, Memoria excolendo augetur. Apponuntur dictionibus quæ ablatiuum requirunt, ut, Ex defendendo, quam ex accuſando uberior gloria comparatur. Quintil. Ratio recte ſcribendi, iuncta cum loquendo eſt. Scribendo diſces ſcribere.

Gerundiua nomina.

Ornatius per gerundiua loquimur, quam per gerundia. Conueniunt autem gerundiua cum dictionibus per gerundia rectis, in genere, numero & caſu, ut, Cauſa habendæ pecuniæ tibi famulor, per gerundium diceres, Cauſa habendi pecuniam. Sic per gerundium dicimus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Petendam eſſe pacem. Per gerundiuum, Petenda eſt pax.

Gerundiuorum nominum caſus.

Gerundiua in uocatiuo uix unquam reperiuntur. In nominatiuo rara ſunt abſente uerbo ſubſtantiuo, quale eſt hoc Vergilij, Voluenda dies en attulit ultro, id eſt, quæ uoluitur. Gerundiuorum obliquis ſæpe utimur.

Ouidius: Nunc fœcundus ager, pecoris nunc
hora creandi,
Nunc auis in ramo tecta laremq; parat.

Vergilius: Tantus amor florum & generandi
gloria mellis.

De Datiuo, Vaco agro colendo, uineæ paſtinandæ, nemori ſuccidendo. De Accuſatiuo. Cicero in Catilinam: Viuis, & uiuis, non ad deponendam, ſed ad confirmandam audaciam. De ablatiuo, Laboraui in colendo agro, in conficienda Epiſtola. Cicero, Orationem autem Latinam profecto legendis noſtris efficies pleniorem.

Appendix de ſupinis.

Supina in Vm adponuntur uerbis aut participijs motum ſignificantibus, ut, Eo uenatum. Vel clam indicantibus motum, ut, Do filiam nuptum. Plaut. Heu ſenex pro uapulando hercle ego abs te mercedem petam.

Coctum ego, non uapulatum dudum conductus fui. Horat. Spectatum admiſſi riſum teneatis amici?

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Supina in V, elegantiſſime conſtruuntur cum adiectiuis, ſine ullo regimine. Plinius, Accipenſer piſcis rarus inuentu. Cicero, Non facile eſt dictu, quantopere conciliet amicos comitas, affabilitaſq́; ſermonis.
Ouidius: Turpe quidem dictu, ſed ſi modo
uera fatemur,
Vulgus amicitias utilitate probat.

Conſtructio participiorum.

Poſt etiam ſequitur ſua participans &c.) Omne participium regit poſt ſe caſum uerbi ſui, ut ſicut dicimus, Amo Deum, ita, Amans Deum, & amaturus Deum, ut, Amor a Deo, ita amatus & amandus a Deo, ſic, Seruiens Deo, Vapulans a magiſtro.

Verborum communium in Ns, & in Rus participia regunt accuſatiuum patientem. In Dus ablatiuum agentem mediante præpoſitione. In Tus utrunq́; admittunt caſum, accuſatiuum in ſignificatione actiua, ablatiuum in paſſiua.

Quando participium nomen fiat.

Participium tranſit in nomen quinq́; modis. Conſtructione, quū alium quam uerbum regit caſum, ut, Scitus uadorum, acceptus tibi.

Comparatione, ut, Amans nomen eſt, quum facit comparatiuum Amantior.

Compoſitione, quoties aliter componitur quam uerbum, ut, Illæſus, innocens nomina ſunt, quia non dicimus, Illædo, Innoceo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Amiſſione temporis, ut, Palleat omnis amans, Beatus pro diuite.

Amiſſione ſignificationis, ut, Indictus pro non dictus, quaſi indico minime ſignificat non dico, ſic Ingenitus, pro non genitus, Amandus pro amari dignus.

Nam regimen fit idem, &c.) Cur gerundia, ſupina, participia regant caſus uerborum ſuorum, ratio hæc eſt, Vbi ſignificatio eſt eadem, idem erit & regimen.

Appendix.

Per eandem rationem nomina quædam pro participijs poſita, uerborum caſus regunt, ut, Præſcius futura, populabundus agros. Iuſtinus, Gratulabundus patriæ expirauit.

Item & uerba neutra pro actiuis, habent actiuorum caſus, ut Amo regit accuſatiuum, ergo etiam Ardeo pro uehementer amo. Vergil. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Sic pereo, depereo puellam. Huc pertinent accuſatiuum proprij actus regentia, ueluti, Curro longum curſum, Viuo uitam, Gaudeo gaudium, Seruio miſeram ſeruitutem. Cicer. Rideamus γέλωτα σαρδώνιον, id eſt, riſum Sardonium. Iuuenalis,

Qui Curios ſimulant, & bacchanalia uiuunt. Præterea uerba ad ſenſus pertinentia ſæpe pro actiuis ſumuntur, ut, Vox hominem ſonat, id eſt, ſono exhibet, Olet unguenta. Oratio Demoſthenis olet lucernam. Sapit uas, Sapit aduſtionem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Dicimus etiam, Pluit ſanguinem, Pluit ſanguine, uel, Sanguis pluit.

Regula accuſatiui ſecunda.

Omne dat actiuum, tolle interdicere quartum,
Hoc uerbum ſextum pro quarto ſæpius optat.

Omne uerbum actiuum regit poſt ſe accuſatiuum rei patientis, qui in oratione paſſiua ſit nominatiuus, ut, Amo Deum, Deus amatur a me. Aras terram, Terra aratur a te. Puer oſculatur matrem, Mater oſculatur a puero.

A regula excipitur Interdico, quia pro accuſatiuo ſæpius ablatiuum habet, ut diximus. Potes etiam excipere Iubeo & Inuideo, ut, Iubeo & inuideo tibi. Tu iuberis & inuideris a me. At a multis paſſiuis abſtinendum eſt, teſte Diomede, quia uenuſtius per imperſonale dices, Iubetur & inuidetur mihi.

Annotatiuncula.

Actiuum uerbum hic uoco, quod ab alijs Tranſitiuum dicitur, & differt a uerbo actiui generis. Verbum actiui generis eſt, quod in O deſinens, accepta R facit ex ſe paſſiuum. Præter Facio, cuius paſſiuum eſt Fio.

Verbum actiuum eſt, quod agere ſignificat, ſiue in O, ſiue in Or deſinat, ante ſe regens nominatiuum agentem, poſt ſe uero accuſatiuum patientem, ut Diligo, aro, operior, criminor. Horatius:

Sedulitas autem ſtulte quem diligit urget.

Idem:

Nec tardum opperior, nec pręcedenti bus iſto. Pertinent igitur ad hanc regulam non ſolum uerba actiui generis, uerumetiam neutra deponentia & communia. Hic notabis obiter quod quæcunq; neutra accuſatiuum patientem regunt, tertiam habent paſſiui generis perſonam, & quatuor participia, duo in ſignificatione actiua, ut, Seminans, ſeminaturus, duo paſſiua, ut, Seminatus & ſeminandus.

Regula tertia.

Celo, rogo, doceo, geminant ut ueſtio quartos
Diuerſos, dices ueniam quoq; poſcimus abs te,
Indue ueſte patrem dic, aut ueſtem induo patri,
Rem tibi uel de re te celo, dicimus apte.
Te doceo de Grammatica, tu dicito parce.

Celo cum uerbis rogandi, docendi, ueſtiendi, regit duos accuſatiuos pro diuerſis acceptos, ut, Celo te arcana mea. Doceo diſcipulos poeſim, Rogo magiſtrum ueniam. Induo te tunicam.

Sed rogandi, id eſt, precandi & interrogandi uerba admittunt quandoq; ablatiuum pro altero accuſatiuorum, ut, A nemine percontaberis ea, quæ tua non interſunt.

Vergilius,

Ipſum obteſtemur, ueniamq; oremus ab ipſo. Cicer. Legem ſibi indicunt innocentiæ, continentiæ, uirtutum omnium, qui ab altero rationem uitæ repoſcunt. Supplico ſemper datiuum habet. Teren. Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo.

Verba

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Verba ueſtiendi mutant interdum accuſatiuum perſonæ in datiuum, ut, Induo tibi tunicam. Rei uero in ablatiuum, ut, Induo te tunica. Ouidius:

Fluminaq; obliquis cinxit decliuia ripis.

Perſonam hic uoco, quidquid patitur, Rem, quod neq; agit neq; patitur.

Eodem plane modo uariat Celo, ut, Celo tibi conſilium meum. Sed hoc ablatiuo rei dat præpoſitionem. Cice. Baſſus noſter de hoc me libro celauit. Celo pro Sculpo huc nō pertinet.

Quamuis inuenitur, Doceo te de hac re. Saluſtius, De itinere hoſtium ſenatum doceo. Non tamen libenter dicerem, Doceo te de hac arte. Inſtituo, imbuo, & inſtruo exigunt ablatiuum ſine præpoſitione, ut, Intererit multum quibus moribus puerum inſtituas.

Horatius:

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu. Cato:
Si tibi ſint nati, nec opes, tunc artibus illos
Inſtrue.

Sed hoc pro Doceo ſimpliciter rarum eſt.

Annotatiuncula.

Dixi duos accuſatiuos pro diuerſis acceptos, quia duos accuſatiuos ad eandem rem pertinentes, aut qui ſignificantur ad eandem rem pertinere, bene regunt alia uerba, ut, Voco te hominem. Circe fecit homines lupos & leones.

Appendix.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Paſſiua uerborum huc pertinentium, priore accuſatiuo in nominatiuum mutato, poſteriorem admittunt, qui fere eſt rei inanimæ, ut, Rogo te ueniam, Tu rogaris a me ueniam.

Vergilius:

Arma diu ſenior deſueta trementibus æuo
Circundat nequidquam humeris, & inutile ferrum Cingitur.

Regula quarta.

Delectat, decet atq; iuuat, da quarto & oportet.

Hæc quatuor uerba, Delectat, decet, iuuat, oportet, accuſatiuum poſt ſe cupiunt, & cum infinitiuo imperſonalia dicuntur, cum nominatiuo ante ſe perſonalia, ut, Delectat me ſtudere, aut, Delectat me ſtudium. Decet Chriſtianum ſobrie uiuere, aut, Decet Chriſtianum ſobria uita. Iuuat nos adſpicere arua, aut, iuuat nos adſpectus aruorum. Dubium uideri poteſt an Oportet accuſatiuum habeat, ſi enim dicas, Oportet te ire, Te non regitur ab Oportet, ſane ubicunq; hoc uerbum perſonaliter inuenitur, poſt ſe nuſquam habet accuſatiuum, cum quo alia tria paſſim occurrunt.

Horatius:

Quem res plus nimio delectauere ſecundæ,
Mutatæ quatient. Idem,
Paruum parua decent. Ouid.
Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis,
Nec populum toto pectore feſta iuuant.

Dedecet, offendit, lædit & alia nonnulla

cum

cum infinitiuo imperſonalium quoq; naturam accipiunt, ut, Indulgere Baccho offendit cerebrum. Antiqui Decet ponebant cum datiuo.

Regula quinta.

Compoſitum quandoq; dabit ſibi præpoſituræ
Caſum: Quocirca quartum ſextumq; dat exit.
Sæpe quidem docti repetunt bene præpoſituram.

Verbum compoſitæ figuræ regit aliquando caſum præpoſitionis cum qua componitur, ut, Adeo Petrum. Circumſiſtimus magiſtrum. Plautus, Me miſeram ad hunc modum, decies die uno ſæpe extrudit ædibus. Horati. Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem feruidus
Aethnam Inſiluit. Idem, Hæres
Hæredem alterius, uelut unda ſuperuenit
undam.

Dicimus, Exeo & Egredior domo uel domum, quia E, Ex & Extra, in compoſitione idem ualent. Sæpe præpoſitio repetitur, ut, Egredior e templo. Cice. Extra cancellos egredi conabor. Terent. In amore hæc omnia inſunt uicia, iniuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum. Verum ne quis in repetitione præpoſitionis Pleonaſmum committi putet, ſequens notanda eſt regula:

Aequiualens geminis, harum ſi iungitur uni
Dictio, pro reliqua tantummodo debet haberi.

Quoties dictio æquiualet duabus dictionibus in ſignificando, ſi ipſi altera illarum iun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

gatur, capitur ſolum pro reliqua, ut, Inſum in lectione, id eſt, Sum in lectione. Opuſculum ſignificat paruum opus, at ſi Paruum adponatur, habetur pro primitiuo. Cicero in Parad. Accipies igitur hoc paruum opuſculum. Sed hoc modo diminutiuis utimur ob uehementiorem rei depreſſionem. Huc non reſpexerunt Lancilotus, Perottus & Bergomates, qui negant, Nemo idem ſignificare, quod Nullus homo, quia Liuius ſuperflue dixiſſet, Nemo hominum, & Terentius, Hominem callidiorem uidi neminem, quam Phormionem. Sed certe in his & ſimilibus, Nemo ſolum pro Nullus ponitur. Quod uero idem Liuius ait, Nemo deorum, & Vergilius:

Turne quod optandi diuum promittere nemo
Auderet, uoluenda dies en attulit ultro.

Tolerabilis ἀκυρολογία eſt, teſte Seruio. Ipſa autem Etymologia indicat, Nemo ad homines peculiariter pertinere, conſtat enim a Ne & Homo, ut cum Seruio Pompeius Feſtus teſtatur.

Regula ſexta.

Quam poſcendo diu, quantum uel ponito ſextum.
Cum quouis uerbo, ſecus ablatiuus adeſto.

Omne uerbum regere poteſt accuſatiuum uel ablatiuum temporis ſine præpoſitione, aut accuſatiuum cum præpoſitione, ubi quæſtio fieret per Quam diu, & Quam dudum, aut per Quam pridem, de longiori tempore quærens,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ut,Quam diu habitaſti Lutetiæ? Tres annos, uel tribus annis,uel per tres annos. Quam dudum obijt pater tuus? Ab hinc tres dies, uel tribus diebus. Cicer.ad Atticum,Quod quæris,quam diu hic? paucos dies,ſed certum non habeo. Vergilius:

Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.

Cicero: Tenuiſti prouinciam per decem annos. Suetonius de Caligula, Vixit annis 28. imperauit triennio, & decem menſibus, diebuſq; octo. Venuſtius tamen tempus continuum per accuſatiuum effertur. Plaut. Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies.

Secus ablatiuus adeſto.) At quæſtione facta per Quando,aut Quanto tempore,pro Intra quantum tempus, ſolus ablatiuus datur,ut, Quando ueniſti? Hora tertia.

Ouidius.

Menſe malas Maio nubere, uulgus ait.

Quanto tempore hæc ſcripſiſti? Tribus horis.

Ouidius:

Si quoties peccant homines ſua fulmina mittat
Iuppiter,exiguo tempore inermis erit.

Id eſt,intra exiguum tempus.

Regula ſeptima.

Quantum ſit ſpacium, quarto uel dicito ſexto.
Aſt ubi quid factum, ſexto tantummodo prome.

Verbum eundi & diſtandi regit accuſatiuum uel ablatiuum diſtantiæ, aut ſpacij, ut, Ambulaui ſeptem millia uel millibus. Colonia abeſt hinc iter uel itinere quatuor dierum.

Plau-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Plautinus Euclio. Si hercle tu ex iſthoc loco digitũ tranſuerſum, aut unguẽ latũ exceſſeris, continuo hercle ego te dedam diſcipulam cruci.

Annotatiuncula.

Diſtantiæ caſus aliquando ſubauditur. Cicero, Nos properabamus in caſtra, quæ aberant bidui. Cum dicimus, Iui duo millia, ſubauditur genitiuus paſſuum, quia miliare continet proprie mille paſſus. Continet autem paſſus quinq; pedes. Martial.

Te tamen ut uideam, duo millia non piget ire,
Vt te non uideam, quatuor ire piget.

Aſt ubi quid factum, ſexto &c.) Vbi quid factum ſit, eloquemur ſolum per ablatiuum, ut, Captus eſt latro ſexto ab urbe lapide, non ſextum lapidem. Sed opus eſt, ut nomen diſtantiæ ſit, alioqui præpoſitio adderetur, ut, Ioannes Baptiſta decollatus eſt in carcere.

REGIMINIS ABLATIVI
Prima Regula.

NAtura faciens regitur ſine præpoſitura
In ſexto, à uerbis permultis, mobilibusq;.
Sic dabis efficiens quodcunq; modo bene poßis
Hoc per præ, propter reſerare, pudore tacemus.
Te uirtute colo, tardus ſenio, grauis ære.
Rex dono Chriſti, diuino numine præſul.

Omne fere uerbum, & plurima adiectiua regere poſſunt ablatiuum cauſæ efficientis, præcipue naturalis & internæ, qui ablatiuus declaratur per præpoſitionem Per, uel Præ, uel Propter.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Propter. Exempla de uerbis, Taceo pudore, rubeſco ignorantia, Hic ſtupet uicio, Pingueſcit glis ſomno, Feci amore tui, id eſt, Propter pudorem, ignorantiam, &c. aut præ pudore, &c. Cicero ad Petum, Mirifice capior facetijs, maxime noſtratibus. Ambroſius, Peccator quamuis foris abundet & delicijs fluat, odoribus fragr et, in amaritudine animæ ſuæ uitam exiget. Horatius:

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.

Idem:

Imberbis iuuenis, tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis canibuſq; , & aprici gramine campi.

Exempla de adiectiuis. Pallidus morte, Albus frigore, Tardus ſenio, Grauis ære, Superbus honore, id eſt, Propter mortem, frigus &c. Plinius, Vtica Catonis morte nobilis. Quintil. Ariſtotelem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquendi ſuauitate, an inuentionum acumine, ac uarietate operum clariorem putem.

Quædam ſubſtantiua, ut dignitatum nomina, regunt ablatiuum efficientis, ut, Dei gratia rex, Diabolico auxilio Papa.

Regula ſecunda.

Materies ex qua raro ſine præpoſitura
Ponitur, ut fuluo nummos cudit faber auro.

Materia ex qua aliquid fit, in ablatiuo ex-

primitur ſæpius cum præpoſitione De, E, uel Ex, ut, Faber facit ex auro calicem. Homo factus eſt de limo terræ. Aliquando præpoſitio ſubauditur, ſed fere apud Poetas, ut apud Vergilium, Aere cauo clypeus, Sectaq; intexunt abiete coſtas Viminibus, molliq; paras detexere iunco.

Regula tertia.

Materiam, circa quam proprietas habet eſſe,
Mobile cum uerbo ſexto capit, auctus honore,
Lacteq; diſtentus, ſic adiectiua dabuntur
Plurima, cum uerbis fungor, ueſcor, fruor, utor,
Victito, fraudo, beo, dono, adficio, colo, ſterno.
Cum multis iunges, quæ proſa recludet abunde.

Plurima adiectiua & uerba regunt in ablatiuo materiam, circa quam proprietas uerſatur. De adiectiuis, ut, Auctus muneribus, Huber diſtentum lacte, Duplex auro, Vir duplex animo, Præditus uirtute. Cicero in Verrem: Homo ſingulari cupiditate, audacia, ſcelere præditus. Lentus gradu, dulcis eloquio, benignus natura, promptus lingua, tardus manu. Licet hic ſit materia cui quid inhæret, tamen dici quoq; poteſt materia circa quam ſit aliquid.

Exempla de uerbis. Fungor, defungor magiſtratu, Veſcor carne, Fruor amici conſpectu. Vtor, abutor nummo, Victito lacte, Fraudo te iure, Beo te diuitijs, Dono te equo, Adficio te honore. Colo te modico munere, Sterno

Sterno lectum tapetis, Proſequor te laude, id eſt, Laudo te. Sic, Perſequor te odio, amore beneuolentia, &c. Paſcor herbis, paſſiui generis eſt. Paſcor herbas, deponens eſt. Dignor te laude, id eſt, dignum iudico. Vergil. Haud equidem tali me dignor honore. Mutat aurea æris. Horatius.

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Tempero me uino, uel a uino. Conficior mœrore, ſenectute, triſtitia. Fruſtro aut fruſtror te ſpe, id eſt, decipio. Fruſtror expenſas, id eſt, fruſtra ago. Multa tam nomina, quam uerba huc referri poſſent, quibus ex ordine inſtituto, nona in conſtructione genitiui data eſt regula. Fungor, ueſcor, fruor, utor, inueniuntur etiam cum accuſatiuo. De Impertior & Dono latius in datiuo dictum eſt.

Regula quarta.

Forma, moduſue datur per caſum rite Latinum.

Nomen formæ uel modi regitur in ablatiuo a uerbo & adiectiuo nomine, aliquando etiam a ſubſtantiuo, quotieſcunq; apta fieret interrogatio per Quomodo, ut ſi quis quæſrat, Quomodo cantabimus? apte reſpondebis, ſubmiſſa uoce, graui accentu. Sic, Adſpicio te toruis oculis. Facies miris modis pallida. Ouidius, Tres ſumus imbelles numero. Nomine Petrus, cognomine Paulus. Nomine Grammaticus, Re barbarus. Præceptor conſilijs. Rex titulo. Troianus origine Cæſar. Non iniuria id feci.

id feci. More meo doceo. Iure meo hoc mihi uendico. Recito dulci prolatione.

Regula quinta.

Mobile uel uerbum menſuram dat tibi quarto,
Vel ſexto, longus tres ulnas, uel tribus ulnis.

Adiectiuum nomen uel uerbum regit menſuræ nomen in accuſatiuo uel in ablatiuo, ut, Hic pannus eſt, longus tres ulnas, uel tribus ulnis. Plinius de Babylone, Muris ducentos pedes altis, quinquagenos latis. Plaut. Comeſſe panem tres pedes latum potes. In ſacris, Erat autem Niniue magna itinere trium dierum. Perſius, Nugaris cum tibi calue, Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

Regula ſexta.

Menſuram exceſſus uerbum uel mobile ſexto
Optat, ut, Excedo digito, pede longior uno.

Dictio ſignificans exceſſum regit ablatiuum, qui ſignificat exceſſus quantitatem, certam uel incertã, ut, Sum te longior capite. Hoc lignum excedit illud digito. Sum te modico doctior, multo fortior. Iuuenalis de Pygmeis, Tota cohors pede non eſt altior uno.

Regula ſeptima.

Paßiuis ſextum dabimus cum præpoſitura
A uel ab. Accipiens ſic do, diſtans remouensq́;
Sic alius ponas, & quæ conformia noris.

Omne uerbum paſſiuum poteſt regere poſt ſe ablatiuum, mediante præpoſitione A

uel Ab, ut amor a Petro, Liber legitur a magiſtro, Vapulas a præceptore, Infans oſculatur a matre. Horatius: Laudatur ab his, Culpatur ab illis. Quintili. Fabritius reſpondit, ſe a ciue ſpoliari malle, quam ab hoſte uenire.

Annotatiuncula de conſtructione imperſonalium in Tur.

Paſſiuum uerbum hic uoco non ſolum quod eſt paſſiui generis, ſed quodcunque pati ſignificat, ſiue in O, ſiue in Or deſinat. Et adduntur paſſiuæ uocis imperſonalia, licet actiue ſignificent, quæ præter ablatiuum poſt ſe regunt caſum ſuorum uerborũ, ut Tibi clamatur ab omnibus. Cice. Nihil eſt a me inſeruitum tempori. Sed cauendum, ne eis quæ ueniunt ab actiuis, & a neutris accuſatiuum regentibus, accuſatiuum adponas, non enim ſic loquerer, A me legitur Matthæum, A te aratur terram, ſed perſonaliter, A me legitur Matthæus, uel Lego Matthæum, A te aratur terra, uel Tu aras terram.

Accipiens ſic Do, diſtans, remouensque.) Verba accipiendi, diſtandi, & remouendi, regunt ablatiuum cum præpoſitione A uel Ab.

Accipiendi, ut Accipio, recipio, audio, diſco, quæro, habeo, intelligo, conduco, ſpero, expecto, naſcor, &c. Binas a te accepi literas. Teren. Diſce ab his, qui uere ſciunt. Publi. Ab alio expectes, alteri quod feceris. Tacitus: Naſci a principibus fortuitum eſt. Fœnero uel

fœneror tibi, id eſt, pecuniam ad uſuram do. Fœnero uel fœneror abs te,id eſt,ad uſuram accipio,Contra Vallam,teſte Mancinello.

Diſtandi & remouendi,ut, Diſto,differo, abſum, abeo,recedo,abhorreo, alieno, amolior,diuido,ſegrego,arceo,abhorreo, auerto,aufero,&c. ut,Longe diſtat a nobis India. Abſum ab Italia. Sueton. Nec abhorret a ueritate. Horreo,abhorreo hanc rem, id eſt, obominor,execror aut formido. Aufer a nobis Domine iniquitates. Auerte iram tuam a nobis. Superſedeo ſæpius legitur cum ablatiuo, quam accuſatiuo. Cicero, Superſedeas hoc labore itineris.

Annotatiuncula generalis.

Verbis huius regulæ aliquando datur ablatiuus amiſſa præpoſitione. Sueto. in Domitian. Philoſophos omnes urbe, Italiaq; ſubmouit. Horatius, Aliorum opprobria ſepe Abſterrent uicijs. Idem, Viuere ſi recte neſcis diſce peritis.

Sic Alius ponas) Quædam adiectiua regunt ablatiuum cum A uel Ab,ut, Alius ab illo,ſic Alter,Diuerſus &c. Primus a rege. Secundus a principe. Integer a uicijs. Caſtus a Venereis. Romulus oriundus eſt Troia,uel a Troia. De Vacuus & alijs quibuſdam dictum eſt in conſtructione genitiui.

Regula octaua.

Inſtrumenta dabis ſextis ſine præpoſitura.

Quotuis uerbum poteſt regere inſtrumen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

mentum in ablatiuo,cui nullo modo addi poteſt præpoſitio,ut,Scindo panem cultro. Cædo ferula. Impuli te pugno. Peto te ſtricto gladio. Concordia res paruæ creſcunt,diſcordia maximæ dilabuntur. Horat.

Reges dicuntur magnis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant. Vergilius:
Nullus ubiq; poteſt fœlici ludere dextra.

Annotatiuncula.

Vbi non inſtrumentum ſignificamus ſed comitem,quemadmodum actionis uocant, licet præpoſitionem addere, teſte Valla,ut, Acceptus eſt nobis cum honore. Magna cum beneuolentia ſcripſit. Cum mira affabilitate me allocutus eſt.

Regula ultima.

Abſq; regente duos ſextos bene pone ſequelæ.
Diſcunt diſcipuli me præceptore docente.

Quoties duæ orationes nominatiui & uerbi ſic ſe habent, ut alteri adponatur talis particula: Dum,quando,poſtquam, aut ſimilis, lepide priorem mutamus in duos ablatiuos,qui non reguntur, ſed ponuntur abſolute, ut pro,Dum magiſter legit,pueri ſcribunt, eleganter dicitur,Magiſtro legente pueri ſcribunt. Sic,Magi apertis theſauris obtulerunt munera. Auguſto regnante natus eſt Chriſtus, Tyberio imperante crucifixus. Terent. Me impulſore non fecit. Horatius de ſenectute:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Laudator temporis acti ſe puero, id eſt, cum ipſe eſſet puer.

Annotatiuncula.

Dicitur ablatiuus ſequelæ ſiue conſequentiæ, quia aliquid ex alio denotatur ſequi, ut. Sole lucente euaneſcunt tenebræ. Dicitur abſolutus, quia non regitur. FINIS.

GRAMMATICAE DESPAVTERianæ liber nonus, de ordine declarationis grammaticæ, & de Syntaxi reciprocorum.

Ordo grammaticæ declarationis.

Optandi debent aduerbia ſiue uocandi
Sumere principium, ueluti interiectio ſæpe,
Ecce, age & heus. Poſt hæc caſum decet addere quintū
Hinc rectum ſequitur uerbū. Tibi ſit generalis
Regula, quæ a tergo regitur uult dictio cuncta
Poſtponi: Si quid declarat iuris idem ſit.
Si quid ſit tacite poſitum, ſupplere iubebo.

Regulæ in ordine grammaticæ declarationis obſeruandæ ſunt ſeptem.

PRIMA REGVLA.

Excitandi particulæ, ut aduerbia optandi, uocandi, demonſtrandi, hortandi & reſpondendi, & interiectiones plerunque ſumunt principium in ordine grammaticæ declarationis.

SECVNDA.

Poſt hæc ſequitur uocatiuus.

TERTIA.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Poſt uocatiuum ſequitur nominatiuus a fronte uerbi rectus.

QVARTA.

Poſt nominatiuũ ſequitur uerbũ perſonale finiti modi. Semper intelligo ſi ſit in oratione, nã ſi hæc abſuerint, ab imperſonali inciperemus, ut Tædet animam meam uitæ meæ.

QVINTA.

Dictio recta a tergo ſequitur dictionem regentem. Itaq; poſt uerbũ perſonale aliquando ſequitur nominatiuus, ut, Sum homo, aut genitiuus, ut Miſerere mei, aut datiuus, ut Seruio Deo, aut accuſatiuus, ut Amo Deum, uel ablatiuus, ut Careo nummis.

SEXTA.

Declarans declarato poſtponitur, ut adiectiuum ſubſtantiuo, aduerbium uerbo, infinitiuus finito. Item infinitiuus, & ſupinũ, & gerundium poſtponitur adiectiuo, ut Certus mori, aut moriendi, Turpe dictu. Præpoſitio cum ſuo caſu poſtponitur uerbo per hanc regulam, quia ipſa cum caſu declarat ſignificationem uerbi, ut Vado ad forum.

SEPTIMA.

In declaratione orationis diligenter uidẽdum eſt, an aliquid ſubaudiatur, quia hoc ſuppleri debet, ut Miſeram me, uereor, ſubauditur O uel heu. Vnde mihi lapidem ? Ebræi ſunt & ego.

Sex a dictis regulis exceptiones.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Quod rogat atq; refert, et habet quod uim referentis,
Vt quod uerba petit ſemper duo, dum, quia, donec
Atq; negans præit, ob logicam mutabitur ordo.
Præcedens ſemper præponitur & referenti.

PRIMA EXCEPTIO.

Interogatiuū ſemper pręcedit, ideo ab obliquo uel aduerbio ſæpe inchoamus ordinem, ut, Quem quæritis? Vbi uidiſtis hominem? Quem tædet uicij?

SECVNDA.

Nomen relatiuum, & hinc aduerbiū præcedit dictionem a qua regitur, ut, Hic eſt, quem uidere cupiui. Vidi campum, ubi Adam habitauit. Vergilius,

O terq; quaterq; beati,
Quis ante ora patrum, Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere.

TERTIA.

Dictiones uim relatiuam habentes, ut quę ad ſenſus perfectionem plura uerba petunt, debent in declaratione Grammatica præcedere. Tales dictiones ſunt nomina uel aduerbia infinita: Cum, deinde, deinceps, ſic, ſicut, dum, quando, quia, quoniā, licet, poſtquam, quam, quamuis, & ſimilia his quam plurima.

QVARTA.

Dictio negatiua debet præcedere, ut, Neutiquam faciam, neminem uideo. Aduerbium prohibendi etiam negandi uim habet, ergo præcedit, ut, Ne feceris.

Quinta.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

QVINTA.

Propter dialecticorum præcepta oportet interdum contra dictas regulas partes orationis ordinare, ut, Cuiq; homini anima eſt. Aliquo homine ditior ſum. Hominem cognoſco & ſimilia, quę tamen a doctis interim ſpernuntur. Sonorum alius uox, alius non uox.

SEXTA EXCEPTIO.

Relatiuum neceſſario poſtponitur antecedenti, ideo obliquus contra dictas regulas aliquando præponitur nominatiuo aut uerbo, ut, Ciceronis indiget ſuus filius. Patrem ſequitur ſua proles.

DE RECIPROCIS.

Reciprocum eſt relatiuum reflexiuum, quod ad id unde prodijt, reuertitur, ut primitiuum Sui, & deriuatiuum Suus. Velut, Iſte amat ſe, ecce hic amor deflectitur ad amantem. Sic, Iſte diligit filium ſuum, hic dilectio tendit in rem diligentis.

Vt autem facile pateat ad reciprocorum notitiam iter, ante omnia diligenter conſiderandum eſt principale ſuppoſitum, ad quod fieri debet reciprocatio, ut, Superbus eſt ſui laudator. Publius, Auarus ipſe miſeriæ cauſa eſt ſuæ. Expectat te Ioannes ut ſe iuues, principale ſuppoſitum eſt Ioannes. Sic in omnibus orationibus de Vt & Ne, principale ſuppoſitum, eſt ſuppoſitum prioris orationis, ueluti Magiſter præcepit, ut ad ſe uenirem. Ioan-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nes timet, ne ſibi noceam. Ioannes diligit Pe=trum & fratrẽ ſuum, de fratre Ioannis intelligi=tur. Ioannes diligit Petrum & fratrẽ eius, de fratre Petri intelligitur, quia hic ad obliquum, illic ad principale ſuppoſitum fit relatio. Ideo in Euangelio bene dicitur, Surgens accepit pu=erum & matrem eius nocte. Et uocabis nomen eius Ieſum, Ipſe enim ſaluum faciet populũ ſuũ a peccatis eorum. Eorum dixit, non ſuis, ne de peccatis Ieſu, quæ nulla fuere, loqui uidea=tur. Vertit autem interpræs Eorum pro Eius. Matthæus enim Græcus pluralem genitiuum ἀυτῶν habet.

Annotatiuncula.

In reciprocis multi errauerunt, aut ipſis ex induſtria abuſi ſunt, ut Laurentius Valla oſtendit, ſed caute uidendum eſt, ad quid fiat relatio, nõ ne illi, ſed noſtra aberret cenſura, ut apud Horatium. Aut famam ſequere, aut ſibi conuenientia finge. Georgius. Valla uult Sibi pro Ei poni, quod uerum non eſt, quia ſibi ad famam non refertur. Sed ſenſus eſt, finge conuenientia ſibi, id eſt, ea quę ſibĳpſis non ad uerſentur, uerum inter ſe apte cohæreant, ne monſtrum naſcatur tale, ut nec pes, nec caput uni reddatur formæ. FINIS.

VTILISSIMVS DE SIGNIS, de graduum comparationis proprietate, ac de numeris libellus, ex Deſpauteriana Syntaxi, per Sebaſtianum Duisbergenſem collectus.

Se=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sebaſtianus Duisbergenſis lectori. S.

BReuiter & dilucide in hæc tria capita contuli, quæ poſt partitiuorum conſtructionē, diffuſius quam par erat, tum obſcurius quam conueniebat pueris, tractata fuerant. Ne autē eis illum in noſtra Methodo darem locum, inter alias, quas longum foret exequi cauſas, hæc me nō parū mouit, quod licet omnia & digna ſint & neceſſaria ſcitu, maxima tamē eorū pars nihil ad Syntaxin pertineat. Quid aio? Vt hæc illinc eximerem, uoluiſſe uidetur ipſe Deſpauterius. Cum enim in his ſe longius a propoſito digreſſurum animaduerteret, præmonuit lectorem, ut ad nouam conſtructionis genitiui, quæ proxima eſt, ſe conferret, regulam, hæc deinde ſi commodius appareret, percepta iam Syntaxi ediſceret. Quamobrem, præcipue mihi placuit, poſtremo diſcenda, rudioriſq; captum excedentia, in poſtremas reſeruare chartas. Quod ut in percipiendis præceptis maxime iuuat, ita in tradendis eis, a probatis ſcriptoribus ubiq; uidemus obſeruatum.

Vale.

DE SIGNIS.

CAPVT PRIMVM.

QVod hic ſignum uoco, a Græcis Syncategorema dicitur, eſt enim dictio per ſe nullius rei ſignificatiua, quæ alteri adiecta, ſignificationem eius dirigit, ut cum dico, omnis homo mortalis eſt, Omnis eſt ſignum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Signorum alia ſunt uniuerſalia, alia particularia. Item quædam modo ponũtur interrogatiue, ueluti, Quis ubiq; ſapit? Modo infinite, ut, Neſcio, quis ſibi non faueat.

Signum uniuerſale ſeu diſtributiuum eſt, quod ſingulis quidquam diſtribuit uel aufert, ut, Omnis, Nullus.

Signum particulare eſt, quod alicui quidquam dat uel aufert, ut, Aliquis, Aliquis non. Hic nota, nullũ eſſe ſimplex ſignum particulare negatiuum, ſed fieri quandoq; ex negatione & ſequente ſigno uniuerſali. Vergilius, Non omnia poſſumus omnes, id eſt, aliqui aliqua non poſſumus.

Quis & Vter differunt. Quis quærit de pluribus quam duobus, & aliquando de duobus. Vter ſolum de duobus interrogat, ut, Quis digitorum eſt longiſſimus? Vtra manuum eſt fortior? Exemplum ubi Quis de duobus quærit. Perſius de Ioue & Staio, Quis potior iudex, puerisue quis aptior orbis? Nollem niſi rariſſime imitari.

Eandem differentiam habent omnia a Quis & Vter compoſita. Vterq; pro duobus diſtribuit. Quiſq; ut Omnis pro pluribus, Neuter pro duobus, Nullus pro multis. Vterlibet, Vteruis, duorum ſunt. Quilibet, Quiuis, plurium. Quicunq;, id eſt, omnis qui. Vtercunq;, id eſt, ſiue hic, ſiue ille.

Quiſq; & Quiſquis in eo conueniunt, quod utrunq; eſt uniuerſale, ſed in hoc differunt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

runt, quod Quiſq; unico uerbo contentum eſt, ut, Ditiſſimus quiſq; eſt ſuperbus, id eſt, omnis diues. Quiſquis duo uerba petit, quia per relatiuum, ſeu Quicunq; declaratur, ut, Saluabitur, quiſquis mandata Dei fideliter ſeruauerit, Quiſquis, id eſt, omnis qui, aut quicunq;. In obliquis tamen unico interdum uerbo orationem perficit, ueluti hominem quoquo modo abſoluas, pro quouis modo, Autor Eraſmus. Sed propter præcedentia bonam hic notabis regulam.

Interrogatiuum cum Que coniunctione compoſitum, ſit uniuerſale unico uerbo contentum, compoſitum uero cum ſe ipſo exponitur per Cunq;, ut, Quiſquis, quicunq;, qualiſqualis, qualiſcunq;. Terent. Vbiubi erit, diu latere non poterit, id eſt, ubicunq;. Plaut. Vtut es facturus, hoc quidem Hercule haud reticebo, id eſt, utcunq;.

Ambo & uterq; differunt. Vtrunq; feciſſe dicimus, ſi & hic & ille fecerit diuiſim, ut, Vterq; fecit domum, ergo duæ domus factæ ſunt. Ambos feciſſe dicimus, ſi duo coniunctim aliquid fecerint, ut, Ambo ſibi monumentum conſtituerunt, hoc eſt, unum monumentum commune.

Vterq; nominatiuus ſingularis, & utriq; nominatiuus pluralis hoc diſcrimen habent, Vterq; ſolum duo ſignificat, ut uterq; exercitus. Vtriq; duo quidem ſignificat, ſed ſic, ut in ſingulis plura intelligas, ut cum dico, Vtriq;

exerci=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

exercitus. ſignifico utriuſqꝫ ducis compluſculos exercitus. Hæc ex arte dicuntur, quam ſæpe confundit autoritas.

Quilibet, quiuis, uterlibet, uteruis, differunt ab Vterqꝫ & quiſqꝫ. Quiſqꝫ & uterqꝫ ſunt diſtributiua & uniuerſalia. Quilibet, quiuis, uterlibet, uteruis ſunt particularia, & ſignificant unum ſub optione ad cætera, ideo hæc enunciatio particularis eſt: Quilibet librorum meorum erit tuus, id eſt, unus erit tuus, quicũqꝫ ex omnibus eligetur. Horatius:

Ilia & Aegeria eſt, do nomen, quodlibet illi, Id eſt, quodcunqꝫ placet, non tamen do omne nomẽ. Ex his patet errare neotericos Dialecticos ſumentes Quilibet pro Quiſqꝫ, Vteruis pro uterqꝫ. Cauſa erroris eſt, quod hæc cũ uerbis præſentis tẽporis indicatiui modi parũ differunt, ut Quilibet homo eſt auarus, uera nõ eſt, niſi omnis homo ſit auarus. Ouid.

Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

Recte hic dixiſſet Quiſqꝫ. Similiter differunt & aduerbia Vbiqꝫ, ubiuis, quoqꝫ, quolibet, &c.

Alter & alius hoc diſcriminis habent. Alter unam duarum rerum uel partium ſignificat, ut Hannibal in tranſitu Alpium alterum oculum amiſit. Exemplum de partibus. Cice. Duplices ſimilitudines eſſe debent, unæ rerum alteræ uerborum. Vergil.

Aurea mala decem miſi, cras altera mittam.

Alius de pluribus dicitur, ut Alij uirtu-

tem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tem præponunt, alij uoluptatem, alij indolentiam. Interdum tamen alius de duobus dicitur, ubi diuerſa eſſe conceduntur, ut Alia eſt facies mea, alia tua. Dubitatur uter excellat, Liuius an Saluſtius, & alius alium præponit. Hic aliter loqui non liceret, teſte Valla. Item, alter aliquando capitur pro Alius. Alteruter quiuis e duobus, ſiue uterlibet, uel alter ex duobus.

Quis & Qui nominatiui ſingulares differunt.

Quis interrogatiue aut infinite ponitur, nunquam relatiue. Interrogatiue, ut Quis fecit? Infinite. Plin. Tum mihi, neſcio quis, in aurem inſuſurrauit.

Qui ponitur interrogatiue & relatiue. Interrogatiue. Liuius, Qui finis erit diſcordiarum? Relatiue, ut Diligo diſcipulum, qui literis diligenter operam nauat.

Quæ & qua nominatiui ſingulares fœminini generis differunt, ut Quę & Qua nominatiui accuſatiuiq; plurales neutri generis. Quę utimur in compoſitione, ut Quædam, & extra compoſitionem, ut Quæ hæc impudentia? Qua ſolum in compoſitione utimur, ut Aliqua, ſiqua.

Inter Quod & Quid, hęc interſunt. Quod cum ſuis compoſitis eſt adiectiuū, ut, Quod pomum, quodcunq; donum. Quid cum ſuis eſt ſubſtantiuum, ut Quid negocij, quidquid cauſæ. Quod quærit & refert. Quid quærit tantum, aut infinite ponitur.

Differt

Differt quidam ab Aliquis, Quiſquam, Quiſpiam. Quidam dicit perſonam certam, & ſingulare potius ſignum eſt, quam particulare. Aliquis, quiſquam, quiſpiam dicunt perſonam incertam, ut, Quodam tempore natus ſum, aliquo moriar. Eraſmus ait, Quidam nonnunquam incertam perſonam ſignificare, ueluti quando aut contemptum, aut translationem habet, ut, Iſidorum mihi quendam citabat, perinde ac ſi dicas. Iſidorum neſcio quem. Lacrymas emiſit quendam animi ſanguinem. Seditio morbus eſt quidam ciuitatis. In his translatio eſt. Idem teſtatur, Quiſpiam tam certam, quam incertam ſignificare perſonam.

Etſi Vllus ſignificat Aliquis, nunquam tamen adfirmatiue ponitur, ſed aut negatiue, ut, Non eſt ullus qui curat, aut interrogatiue, ut, Me uocat ullus ? aut ſubiunctiue, ut, Si me ullus uocauerit, ilico adero. Hinc fit Nullus, quod comice pro Non capitur, ut, Nullus faciam.

Differunt Nullus & Nemo. Nullus generaliter ad omnia pertinet. Nemo proprie tantum ad homines, quia interpretatur nec homo. Ita dicit Seruius, & plures. Vide regulam quintam de conſtructione accuſatiui.

De ui graduum comparationis Caput II.

QVinq; modis fit cõparatio. Primo, ab uno ad plures ſui generis, & tunc ſuperlatiuo eſt

eſt utendum , ſi illi plures ſunt impares,ut Medius digitorum eſt fortiſſimus. Si uero pares fuerint, comparatiuo eſt utendum, ut, Hoc uas eſt cæteris capacius, ſi quatuor ſint uaſa, tria quidem ęque capacia, quartum capacius.

Secundo fit comparatio ab uno ad plures diuerſi generis, & comparatiuo utimur, ut, Leo eſt fortior equis.

Tertio fit comparatio ab uno ad unum, per caſum ſignificantē utrunq;, & ſic comparatiuus partitiue habet genitiuū,ut Dextera eſt fortior manuum, fit comparatio a dextra ad læuam,per genitiuum Manuum,ſignificantem & dextram & ſiniſtram. Vel fit comparatio ab uno ad unum ſine caſu utrunq; ſignificante, ut Dextera eſt fortior ſiniſtra.

Quarto fit comparatio a pluribus ad unū ut, Socij mei ſunt doctiores me.

Quinto fit comparatio a pluribus ad plures, ut, Sumus fortiores uobis.

Duplex eſt comparatio, propria & impropria, uel abuſiua.

Abuſio in ſuperlatiuis rarior eſt. In comparatiuis fit tribus modis, Primo conſtructione, ubi comparatiuus proprium non regit caſum. Saluſtius in hiſto.Nulla arte cuiquam inferior, pro Quoquam. Plin. de Pado: Nulli amnum celeritate inferior, pro Nullo.

Secundo fit abuſio formatione, ubi fit a ſubſtantiuis, ut Neronior. Ipſiſſimus, ſuperlatiuus eſt formatione abuſiuus. Sic apud Ariſtophanem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſtophanem ab, ἀυτὸς, id eſt, ipſe, inuenitur ἀυτότατος, id eſt, ipſiſſimus.

Tertio ſignificatione, ubi pro poſitiuo capitur, ut, Senior pro ſenex, aut minus ſignificatur, ut, Triſtior, id eſt, parum triſtis, aut fere contrarium, ut Dulcius, id eſt, minus amarum. Melius eſt amittere rem, quam famam, id eſt, minus malum. Curtius, Mare Caſpium dulcius cæteris, ingentis magnitudinis ſerpentes alit. Aut ubi comparatiuus pro ſuperlatiuo ponitur, quod nimis fit ſępe in ſacris, nec debes imitari, ut, Minor diſcipulorum, pro minimus diſcipulorum, Fides, ſpes, charitas, tria hæc, ſed maior horum eſt charitas, pro maximum horum uel maxima horum, uel, ut Eraſmus uertit, maxima in his charitas. Eſt etiam impropria comparatio, quando accidens accidenti tantum conuenit, ut, Deus eſt melior dæmone.

Quod dixi comparatiuum aliquando minus ſignificare quam poſitiuum, in eo ſubſcribo Priſciano, Seruio, Plinio, Quintiliano deniq; & Varroni contra Vallam. Vergilius de Charonte:

Iam ſenior, ſed cruda Deo uiridiſq; ſenectus.

Senior dixit, pro, Ex parte ſenex, quia ſubdit, Cruda Deo uiridiſq; ſenectus.

Interdum urbanior & modeſtior eſt per comparatiuum ſermo, ut, Es in dicendo loquacior, liberior, ſuperbior, Vbi ſubaudiri uidetur, paulo quam decet, aut quam æquum eſt. Perſius, Ocyus adſit huc aliquis.

Ad

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ad propriam comparationem neceſſaria ſunt quinq;. Primo, res comparata. Secundo, res cui comparatur. Tertio, aliquid in quo fit comparatio. Quarto, ut uterq; terminus accidentis ſit particeps. Quinto, ut alter terminorum magis participet, uel participare intelligatur, ut, Rex eſt ditior Comite. Rex eſt res cõparata, Comes res cui comparatur, accidens ſiue id in quo comparatio fit, diuitiæ ſunt, de quibus participant Rex & Comes, magis autem Rex.

Inter comparatiuum & ſuperlatiuum hæc eſt differentia, Superlatiuus facit comparationem inter plura duobus eiuſdem generis uel naturæ, ubi res exceſſæ ſunt impares, ut, Vergilius fuit doctiſſimus poetarum. Comparatiuus partitiue regens genitiuum, facit comparationem inter duo eiuſdem generis, ut, Dextera eſt manuum fortior. Vbicunq; hæc abſunt, comparatiuus locum habet cum ablatiuo, ut, Petrus eſt doctior ſuis condiſcipulis. Paulus eſt longior Petro, Andrea & Ioanne, æqualem ſtaturam habentibus. Dictum eſt in Syntaxi, comparationem inter res eiuſdem generis tunc fieri, quando caſus comparatiui uel ſuperlatiui tam excedens quam exceſſum continet.

Hæc breuiter repetij, ut intelligas quam inepte Mancinellus, Sulpitius, Lancilotus, Aldus, & plures Vallæ dictam ponenti differentiam repugnent. Quorum omnium tela duo-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

bus modis excuties. Primo, reſpõdebis Vallam fateri, ſe de gradibus comparationis annotaſſe ea, non quæ ſcriptorum uulgus, ſed duo lumina eloquentiæ Latinæ, M. Cicero, Marcusq; Fabius Quintil. obſeruauerunt. Proinde notatur ab eo Macrobius, ſuperlatiuo ad plura diuerſi generis abuſus, cum ait, Age Serui, non adoleſcentum, qui tibi æquæ ui ſunt, ſed ſenum quoq; omnium doctiſſimus. Rectius dixiſſet, Non ſolum adoleſcentum doctiſſimus, ſed ſenibus quoq; omnibus doctior. Nec probatur Q. Curtius dicens per comparatiuum: Duo maiora omnium nauigia, pro, Duo maxima omnium nauigia. Secundo, Vallam defendes oſtendens non fieri comparationem inter res eiuſdem generis. At ſi eam fieri primo adſpectu adparet, reſponde rem excedentem a caſu comparatiui, per ablatiuum relatiui ſubſtantiæ diuerſitatis tacite ſubauditum excludi, quod fit in hoc Martialis loco,

Hic totus uolo rideat libellus,
Et ſit nequior omnibus libellis.

Subaudi Aliis, uel reliquis uel cæteris, & ſic non it comparatio inter res eiuſdem generis, ut, Laurentius id accepit, diuerſum enim hunc libellum reddidiſti ab aliis. Ouid. Virginibus præſtantior omnibus Herſe, ſubintellige Reliquis. Hoc pacto multa alia, quæ Vallæ obiiciuntur, examinabis.

Notandum eſt præterea, huiuſmodi ablatiuum ſubaudiri poſſe, quando in diuiſionibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

bus genitiuus abrupte & pene abſolute ponitur, ubi uideri poſſet comparatiuum inter plura duobus, per regimen partitionis comparationem faciens. Plin. Animalium fortiora, quibus ſanguis craſſior, ſapientiora, quibus tenuior, timidiora, quibus minimus, aut quibus nullus, hebetia. Nunc dicemus quæ dictiones quibus gradibus eleganter apponantur, ubi nonnihil de Prior & Primus præmiſerimus.

Vbi Prior partitiue capitur, ſemper inter duo tantum comparationem facit. Primus inter plura duobus & aliquando inter duo tantum, ut, Vter fuit prior, Numa, an Pythagoras? Quis fuit poetarum primus? Exemplum ubi Primus de duobus tantum dicitur. Cicer. Duo quidem te nominatim rogo, primũ, ut ſi quid ſatiſdandum erit amplius eo nomine, non peti cures, ut ſatiſdem fide mea, &c. Sic inuenies & apud alios, iſtud igitur bene notauit contra Vallam Lancilotus, ſed quod idem de Prior addit, contra eundem nihil facit.

Quintilianus & Cicero Vter ſemper comparatiuo, Quis ſuperlatiuo dedere, ubi fit comparatio inter ea, quæ ſunt eiuſdem generis, ubi non fit, Quis etiam comparatiuo appoſuerunt. Quintilianus, Ita non tantum, utrum ſit melius, ſed quid ſit optimum quæritur. Cicer. Quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus inueniendis, uel iudicandis acrior Ariſtotele fuit?

Quiſq; ſuperlatiuo eleganter datur & numero

numero ordinali. Omnis & Cunctus poſitiuo & comparatiuo, ut, Pauperrimus quiſq; contemnitur. Tertio quoq; uerbo loqueris barbare, non omni tertio uerbo. Omnis diues honoratur. Cunctus doctus irridetur. Petrus aſportauit cuncta utiliora. Inuenitur etiam quiſq; cum poſitiuo & comparatiuo, ſed minus eleganter, teſte Valla. At ſi comparatiuus habeat Quo uel Quanto, Quiſq; ei uenuſte iungitur. Quintil. Erit ergo etiam obſcurior, quo quiſq; deterior. Lancilotus contra Vallam notauit, Omnis etiam ſuperlatiuo adhærere. Cicero, Qui fuiſti cum in omni gradu ampliſſimo digniſſimus, tum facile ordinis tui certe princeps.

Vnuſquiſq; non facile patitur ſuperlatiuum, quia Vnus uim quandam ac naturam ſuperlatiui obtinet. Potius ergo dicimus, Vnuſquiſq; bonus, quam, unuſquiſq; optimus. Autor Valla.

Vt & Ita, eundemq; ſenſum facientia Tam & Quam, ſemper ſimilibus dantur gradibus, & potiſſimum ſuperlatiuis. Cicero, Vt enim quiſq; optime dixit, ita maxime dicendi difficultatem, uarioſq; euentus orationis, expectationemq; hominum pertimeſcit. Varro de canibus, Quam pauciſſimos relinques, tam optimi in alendo fient. Saluſt. Quam quiſq; peſſime fecit, tam maxime tutus eſt. Cicero, Vt quiſq; animi magnitudine excellit, ita & maxime uult princeps omnium uel potius ſolus eſſe. Sed

ſe. Sed in habentibus uim ſuperlatiuam omittimus quandoq; ſuperlatiuum. Cicero, Vt quiſq; ætate antecedit, ita ſententiæ principatum obtinet. Hic Antecedo & Principatus ſuperlationem habent.

Quo, eo, uel hoc, quanto, tanto, multo, paulo, aliquanto, longe, facile, comparatiuo dantur. Quintilianus, Quo quiſq; ingenio minus ualet, hoc ſe magis attollere ac dilatare conatur. Cicero, Quanto maior es, tanto te geras ſummiſſius. Valerius Maximus, Multo ſeipſum, quam hoſtem ſuperare operoſius eſt. Vergilius, At pedibus longe melior Lycus.

Multa ex dictis dantur etiam ſuperlatiuo, aut uim ſuperlatiuam diuerſitatemue innuentibus. Quintilianus, Declamandi ratio ut eſt ex omnibus nouiſſime inuenta, ita multo eſt utiliſſima. Catullus ad Ciceronem:

Gratias tibi maximas Catullus
Agit, peſſimus omnium poeta,
Tanto peſſimus omnium poeta,
Quanto tu optimus omnium patronus.

Quintil. Longe omnium, quos quidem mihi audire contigit, præſtantiſſimus Domitius Apher. Cicero, Totius Græciæ facile doctiſſimum Platonem.

Vim ſuperlatiuam aut diuerſitatem habent, Alius, aliter, ſecus, ante, poſt, præſto, malo, antecedo, excello, princeps, & ſimilia. Cicero, Multo ſecus euenit. Saluſtius, Multo præſtat

 benefi-

beneficij, quam maleficij memorem eſſe. Quintil. Nouem Lyricorum facile Pindarus princeps. Cum his etiam locum habent in Vm aduerbia, maxime cum uerbis, ut, Paulo uel paulum poſthabui mea negocia tuis. Cicero, Longe multumq; pręſtat mens atq; ratio. Hinc fit quandoq;, ut uenuſte in eadem oratione in O & Vm aduerbia connectamus. Quintil. in laude Muſices: Quid autem in noſtris legionibus cornua & tubæ faciunt? Quorum concentus quanto eſt uehementior tantum Romana in bellis gloria cæteris præſtat.

Ouidius.

Quanto dux milite maior,
Tantum ego te ſupero.

De aduerbijs in Vm, hoc præterea notandum eſt, quod poſitiuo gaudent, ut Multum doctus. Et quibuslibet uerbis, ut, Quantum potes, tantum elabora. Aliquando comparatiuo dantur, ſed minus eleganter. Terent. Eius frater aliquantum eſt ad rem auidior. Quintilianus, Negocia paulum ad dicendum tenuiora. Poteris hos parce imitari.

Valde & per, perquam, oppido, quam, ſane, ſane quam, nimis quam, in primis, cum primis, inter primos, præter cæteros, cum paucis, inter paucos, ante alios, apprime, admodum, admodum quam, mirum in modum, plerunq; poſitiuo gaudent, ut, Valde ſuauis, perdoctus, per quam literatus, oppido elegans, uir in primis doctus, &c. Vergilius:

O foelix

O fœlix una ante alias Priameia uirgo.
Dixi, plerunq;, quia aliter interdum reperies quam Valla præcipit, quod ne quis eum ignoraſſe credat, hæc illius legat uerba, Neq; ſiquid aliter penes autores reperiatur, mihi obeſſe debet, qui non legem ſcribo, quaſi nunquam aliter factum ſit, ſed quod frequentiſſime factitatum eſt, præſertim a M. Tullio, Marcoq; Fabio. Hæc Valla.

Quædam igitur etſi poſitiuo frequentius iungantur (habent enim ſuperlationis uim) patiuntur tamen nonnunquam comparatiuū aut ſuperlatiuum. Vergil. Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. Idem.

Petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, auis atauiſq; potens.

Cicero:

Homini in primis glorioſiſſimo reſpondet.

Qua ex uariatione ſignificationis omnibus datur gradibus.

Quando ſignificat Quantum, iungitur poſitiuo, Cice. Quam moroſi ſint qui amant, uel ex hoc intelligi poteſt. Iungitur etiam ſuperlatiuo in eadem ſignificatione, ſi ponatur cum uerbis, Poſſum, queo, ualeo aut conformi, quale eſt Licet, ueluti, Scribas quam bene potes, uel Quam optime potes. Cicero: Reliquū uitæ curſum, quam quidem poſſum breuiter perſtringam, & ut potui breuiter perſtrinxi. Hic etiam Vt pro Quantum ponitur. Salu. Iugurtha quam maximas poteſt copias

 armat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

armat. Notabis indifferenter, dici, Dicam, quam breuiſſime potero, uel, Dicam quanta maxima breuitate potero. Cicero, Tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt morum, ſtudiorumq; diſtantia.

Quam pro Quanto, datur comparatiuo, quod raro uſu uenit.

Vergilius:

Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis, Quam magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Tam, id eſt, Tanto.

Quam pro Valde, elegantiſſime datur ſuperlatiuo, ut, Literę tuæ fuere mihi quam gratiſſimæ, id eſt, ualde gratæ. Iungitur etiam poſitiuo, ut probant Mancinellus & Lancilotus. Cicero ad Luceium: Me ita cepit uel incendit, ut cuperem quam celeriter rumores noſtros monumentis commendari tuis. Idem, Quam multa enim, quæ noſtra cauſa nunquam faceremus, facimus cauſa amicorum. Plini. Quam multum intereſt, quid a quoq; fiat.

Valla putat male dici: Quamplures, pro Complures, perſæpe tamen aliter iuuenitur apud probatiſſimos ſcriptores. Cæſar. Hæ permanſerunt aquæ dies quam plures. Cicero, Cæteras quam plures tabulas pinxit.

Ex dictis obſeruandum eſt, non bene comparari, Perdoctus, perdoctior, perdoctiſſimus, ſed perdoctus, longe uel multo doctior, quam doctiſſimus. Ita iudicabis de ſimilibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

DE NVMERIS
Caput III.

NVmerus eſt unitatum collectio, ut, Duo, tria. Vnitas numerus non eſt,ſed numeri principium. Ordinis numerorum duæ ſunt regulæ. Prima, Vt maximus quiſq; numerus habetur, ita primum ſibi locum uendicat, ubi coniunctio abeſt,niſi infra uiginti,ut, Vigintiunus, &c. ſeptendecim,&c. Quia manifeſta compoſitio eſt. Colum. Nec uerſus plures, quam uigintiunus.Sic trigintaunus equites deſiderati ſunt.

Secunda regula. Vt minimus quiſq; numerus eſt, ita primum locum ſibi uendicat infra centum & ſupra uiginti, intercedente copula,at ſupra centum & infra uiginti maior numerus præponitur,ut, Vnus & uiginti, duo & quinquaginta. Sed decem & ſeptem. Centum & uiginti.Cicero,Plato uno & octogeſimo anno ſcribens,eſt mortuus. Idem: Gorgias centum & ſeptem compleuit annos.

Numeri ſpecies ſunt quatuor, Numerus cardinalis, ordinalis, ponderalis, ſiue multiplicatiuus,& numerus diſtributiuus.

Cardinalis numerus.

Cardinalis numerus, eſt principalis numerus, e quo cæteri oriuntur, ut, Vnus,una, unum: Duo, duæ, duo: Tres,tria,quatuor, quinq;,ſex,ſeptem,octo, nouem,decem,undecim,duodecim,tredecim,quatuordecim, quin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

decim, ſexdecim, ſeptemdecim, octodecim, nouendecim, Viginti, uigintiunus, &c. Triginta, quadraginta, quinquaginta, Sexaginta, ſeptuaginta, octoginta, nunquam dices octuaginta, nonaginta, centum, centum & unum, & bis centum, ter centum &c. uel declinabiliter per compoſitionem ducenti, tæ, ta, trecenti, quadringenti, quingenti, ſexcenti, ſeptingenti, octingenti, nongenti, uel noningenti. Mille, mille & unus, &c. bis mille, ter mille, &c. non autem duo centum, duo mille, quia duo adiectiua inepte connectuntur.

At bene dicimus Duo millia. Quia mille idem ſignificans, quod apud Græcos Chilias, Subſtantiuum eſt, declinaturq́; in ablatiuo ſingulari, ac toto plurali numero. Vide Macrobium pluresq́; alios.

In compoſitis a Centum in omni ſpecie numeri poſt N, C mutatur in G, ut, Quadringenti, ubi etiam T in D mutatur, Quadringenteſimus, quadringenteni, & cætera.

Ordinalis numerus.

Ordinalis numerus eſt, quo ordinem ſeriemq́; rerum indicamus, ut, Primus, ſecundus tertius, quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, octauus, nonus, decimus, undecimus, duodecimus, tertiusdecimus, quartusdecimus, &c. uel decimuſtertius, decimusquartus, &c. uiceſimus, uel uigeſimus, uigeſimusprimus, &c. Trigeſimus, quadrageſimus, quinquageſimus, ſexageſimus, ſeptuageſimus, octogeſimus, nona-

nonageſimus, centeſimus, ducenteſimus, triſcenteſimus, quadringenteſimus, quingenteſimus, ſexcenteſimus, ſeptingenteſimus, octingenteſimus, nongenteſimus, uel noningenteſimus, milleſimus. Hæc nomina proprie ſignificãt e numero quopiam, ultimum, ut, Decimus id eſt, e Decem ultimus. Primus tamen excipitur, quia numeri principium eſt. Ouidiana Laodamaia Proteſilao.

Inter mille rates, tua ſit milleſima puppis,
  Iamq; fatigatas ultima uerſet aquas.

Milleſima, id eſt, e mille ultima. Perſius.

Hoc ſatis? an deceat pulmonem rumpere uentis, Stemmate quod Tuſco ramum milleſime ducis, Id eſt, ultime e mille. Aliquando ſignificant unum quemuis e tali numero, Sueton. in Calig. Ducenteſimam actionem Italiæ remiſit. Sic, Centeſimam partem bonorum patris adſecutus ſum, id eſt, unam e centum. Tertio capitur pro cardinali hic numerus. Seneca in libro de ira, Iacebat conuiua centeſimus, id eſt, iacebant centum conuiuæ, teſte Lanciloto. Quarto, ſignificat bis tantum, ter tantum, &c. ut, Ager hic centeſimum fructum attulit id eſt, centies tantum, quantum ſementis acceperat. Georgius, Valla notauit, in hoc numero aliquando ſyncopam fieri, ut, Duceſimus, Triceſimus, Quadringeſimus, quingeſimus, & cæt. pro Ducenteſimus, trecenteſimus, &c. Liuius. XXIX. Anno quingeſimo.

Multi-

Multiplicatiuus numerus.

Multiplicatiuus numerus eſt,qui duplicationem aut multiplicationem rerum denotat, ut,Duplum,bis tantum. Duplex cui duæ ſunt partes. Centenarius lapis, id eſt,centum ponderum. Ergo multiplicatiuus numerus eſt triplex,in Plus, in Plex,& in Arius.

In plus, pla,plum ſunt: Simplus, duplus, triplus,quadruplus, quintuplus,ſextuplus,ſeptuplus,octuplus,noncuplus,decuplus,undecuplus, duodecuplus, decupluſtribus, &c. uigecuplus, trigecuplus, quadragecuplus, quinquagecuplus, ſexagecuplus, ſeptuagecuplus,octogecuplus,nonagecuplus. Centuplus, ducentuplus, trecentuplus, quadringentuplus, quingentuplus,ſexcentuplus,ſeptingentuplus, octingentuplus, nongentuplus, millecuplus. Raro utimur his in maſculino aut fœminino genere,ſæpiſſime uero in neutro. Interrogatiuum horum Grammatici dicunt eſſe Quotuplum. Et ſignificat ſemel tantum,bis tantũ,&c.

In Plex,ut, Simplex, duplex, triplex,&c. eodem modo ut præcedentia eunt, ponendo Plex, pro Plus,& ſignificant multiplicationem materiæ uel generum,ut,Veſtis eſt duplex.Dictiones ſunt octuplices. Aliquando capiuntur pro cardinali. Suetonius,Teſtamentum duplex ante biennium fecerat, alterum ſua,alterum liberti manu,id eſt,duo teſtamenta. Verg. Duplices tendens ad ſidera palmas, id eſt, duas, uel ambas potius. Sic iunguntur carentibus plurali,ueluti,duplex aurũ.

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

In Arius ſic eunt, Vnarius, binarius, ternarius, quaternarius, quinarius, ſenarius, ſeptenarius, octonarius, nonarius, denarius, undenarius, duodenarius, &c. uicenarius, tricenarius uel trigenarius, quadragenarius, quinquagenarius, ſexagenarius, ſeptuagenarius. Hæc ſignificant numerum aliarum rerum, quæ non nominantur, ueluti, Lapis centenarius, id eſt, centum librarum. Sic in alijs menſuratis, homo quadragenarius, id eſt, quadraginta annorum, ſic in reliquis ubi ætatem inquirimus. Grex centenarius. i. centū capitum, ſic in ſimilibus. Centenarius numerus recte dicitur, quia numerus omnia complectitur. Non autem recte dices, Millenarium annum, ſed millenarius numerus annorum.

Diſtributiuus uel diuiduus.

Diſtributiuus numerus eſt, qui pluribus aliquid diuidit, & per ſignum uniuerſale declaratur, ſi proprie ſumas, ut, Dedi diſcipulis bina poma, id eſt, cuiq; diſcipulorum duo. Dedi ad Petrum & Paulum binas epiſtolas, id eſt, ad utrunq; duas. Hi numeri ſic eunt: Singuli, bini, terni, quaterni, quini, ſeni, ſepteni, octoni, noueni, deni, undeni, duodeni, ternideni, aut deniterni, &c. Viceni, uiceniſinguli, &c. Triceni, quadrageni, quinquageni, ſexageni, ſeptuageni, octogeni, nonageni, centeni, ducenteni, trecenteni, quadringenteni, quingenteni, ſexcenteni, ſeptingenteni, octingenteni, noningenteni, uel nongenteni, milleni. A uiginti uiceni

dicimus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

dicimus, a Triginta triceni, G in C uerſa. Compoſita a Centum in hac ſpecie poſſunt ſyncopari, ut Deceni, treceni, quadringeni, quingeni, ſexceni, ſeptingeni, octingeni, nongeni, pro ducenteni, &c. Raro utimur his numeralibus ſingulariter. Quandoq; pro primitiuis utimur, etiam in ſingulari.

Vergilius.

Gurgite ſepteno rapidus mare ſubmouet amnis, id eſt, ſeptem gurgitibus.

Idem.

Per duodena regit mundum ſol aureus aſtra. id eſt, per duodecim aſtra. Numerus diſtributiuus neceſſario pro cardinali, ſingulari numero carentibus adponitur, ut Binæ literæ, id eſt, duæ Epiſtolæ. Terna arma, &c. In his pluraliter uni, unæ, una, dicimus potius, quam ſinguli, ut, Vnæ literæ, unæ nuptiæ. Saluſt. Hi poſtquam in una mœnia conuenere. Idem, Vbi unę & alteræ ſchalę comminutæ ſunt. Valla tamen ait, recte dici, Duos liberos, & tres liberos, quorum unus, &c. quia intelligi ſolet filius. Non autem, Ternas accepi literas, quarum unam &c. ſed quarum unas &c. Litera pro Epiſtola ſingulariter, poeticum eſt.

Ouidius.

Quam legis, a rapta Bryſeide litera uenit.

Aduerbialis numerus.

Aduerbialis numerus, eſt aduerbium numeri. Nec eſt diſtincta ſpecies, quia aliquando eſt numerus cardinalis, ut, Semel, bis, ter.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

IOANNIS DESPAVTERII DE FIGVRIS GRAMMATICALIbus Liber, ex Quintiliano, Donato, Diomede, Valla, Placentino, Mancinello, Nigro, pluribuſq; alijs diligenter collectus.

ANNO M. D. LVIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

IOAHNIS DESPAVTERII, DE FIGVRIS Liber unicus.

Figuræ Definitio & Diuiſio.

ARte nouata aliqua dicendi forma figura eſt.
Sunt eius ſpecies Metaplaſmus Schema Tropuſq;,
Quas manifeſtatis uitijs reſerabimus ample.

Figura eſt arte aliqua nouata forma dicendi. Aut, Figura eſt confirmatio quædam orationis, remota a communi & primum ſe offerente ratione. Vtraq; definitio eſt Quintiliani in libro nono de inſtitutione oratoria. Ex quo & octauo eiuſdem ſumpta ſunt ferme omnia quæ de Figuris ſcripſere Donatus, Diomedes, Valla Placentinus, Niger, Mancinellus, & ex primo eiuſdem, quæ de Barbariſmo & Solœciſmo tradiderunt. Hos ipſe poſtremum ſecutus, omnia copioſius & clarius tradere totis uiribus conatus ſum, id an effecerim, lectores candidi facile iudicarint. Figurarum notitia eſt Poetis Oratoribuſq; neceſſaria, ut Quintilianus declarat. Cæterum fuerit operæprecium uitiorum naturam ante manifeſtare, quæ authore Fabio in primo, ſæpe a figuris ſeparare difficile eſt, tam facile ſpecie recti decipimur, tantaq; eſt ijs inter ſe cognatio, ut quod in proſa, aut Figura.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

apud imperitos uitĳ nomen indipiſcitur, poetis ueneri ducatur.

De Vitĳs.

Vitia. Vitia orationis generalia ſunt tria, ut Diomedes ſcribit. Obſcurum, Inordinatum, Barbarum. Obſcuritatis ſpecies ſunt octo. Acyrologia, Pleonaſmos, Periſſologia, Amphibologia, Tautologia, Eclypſis cum Apoſiopeſi, Aenigma, Macrologia. Inordinatæ orationis ſpecies ſunt quinq;, authore Diomede, Tapinoſis, Cacophaton ſiue Cacephaton, Cacoſyntheton, Aeſcrologia, Cacozelia. Barbaræ orationis ſpecies ſunt duæ, Barbariſmus & Solœciſmus, quæ uitia in primis uitanda primum declarabuntur.

Barbarus eſt quiſquis ſcribendo ſiue loquendo
Verbum corrumpit, peregrinum eſt Barbara lexis.

Barbariſmus. Barbariſmus eſt unicæ dictionis corruptio ſcribendo aut loquendo commiſſa, ut tollero cum duobus ll. Buſiris pœnultima correpta. Neq; enim defenditur authoritate Papinĳ, ut plæriq; male putant. Barbariſmus ſecundam corripit, ut Barbarus. Ideo hexametrum non ingreditur. Aleander eius loco Barbaris dixit, ut flectatur Barbaris idis. Barbara lexis eſt dictio peregrina, ut guerra, bladum, ſtufa, fardellus, catullum & mille id genus alia, imperitis ſacerdotibus & notarĳs uſitatiſſima, elegantiæ amatoribus ſummo-

(Barbara lexis.)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſummopere uitanda. Nonnulla tamen longo
ueterum uſu recepta ſunt, ut maſtruca aut
maſtruga. Sardum apud Ciceronem ueſti-
menti nomen. Magalia & mapalia punica,
lancea & gurdus pro ſtolido hiſpanica. Re-
da & Petorritum uehicula Gallica. Gaza
perſicum. Acinaces Medicum, Authore Do-
nato. Mappa circo uſitatum nomen puni-
cum. Author Quintilianus in primo, Barba-
ra lexis eſt oratio adiectiui & ſubſtantiui, le- Lexis.
xis, id eſt dictio, lexicon uocabularium. Bar-
bariſmus dicitur a Barbarus, id eſt, diſſonans, Barba-
quia a uera latinitate diſſonat, diſſidet, di- rus.
ſcordat. Barbari ab initio dicti ſunt factitio
nomine, qui duri atq; aſpere loquebantur.
Barbari etiam ſunt quicunq; alienigenæ præ-
ſertim feri & moribus inculti. Martialis.
Barbara pyramidum ſileat miracula mem-
phis. Pſalmographus. In exitu Iſrael de Ae-
gypto, domus Iacob de populo Barbaro.
Græci per ſe Barbaros cenſebant etiam lati-
nos. Plautus in Aſinariæ argumento. Mar-
cus uortit Barbare, id eſt, latine, ut recte de-
clarat meo iudicio Pylades. Poſtea deſierunt
latini inter Barbaros haberi. Cæterum tam
inter Græcos quam latinos Barbari ſemper
uocati ſunt, quicunq; latina & græca uerba
male ſcripſerunt aut pronunciauerunt, quos
Alcæus Barbarophonos appellat, & ipſum Barba-
uitium Barbarophoniam. Differt Barba- rophoni
riſmus a Solœciſmo, quod hic orationis ſit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

corruptio ille uero, unicæ dictionis. Author Quintilianus in primo. Barbariſmus in proſa nomen ſuum retinet, apud Poetam Metaplaſmus & pathos nuncupatur. Ideo licet ex Poetis depromantur Barbariſmi exempla, ne credas ipſos locutos eſſe barbare, ſiue (ut ueteres ſæpius dicebant) ruſtice. Sed intelligas Barbariſmum fore, ſi quis ita loqueretur in proſa. Itidem cenſendum eſt de Solœciſmo, cui ſchemati apud Poetas nomen eſt.

Barbariſmus quot modis fiat.

Barbariſmus fit duobus modis, Scripto & pronunciatione. Idq; quadrifariam. Adiectione, Detractione, Mutatione, Tranſmutatione literæ, ſyllabæ, temporis. Adiectione literæ, ut relliquiæ, relligio, rellatus, gemino ll. Adiectione ſyllabæ, ut alituum, mauors, Induperator. Adiectione temporis, ut Italia prima longa, cum ſit naturaliter breuis. Author Quintilianus in primo. Sic Sophia, Philoſophia, penultima longa, barbariſmus eſt, nulla authoritate excuſabilis, quicquid dicat hic Mancinellus. Detractione literæ fit Barbariſmus, ut ſi quis detracta a litera Pretor dicat, ueluti fecit Lucilius, authore Diomede, Pretor ne ruſticus fiat, cum debeat æ pronunciari prætor. Sed ſtructuræ gratia ſyllaba longa corripitur. Hæc Diomedes, Ergo manifeſtum eſt, æ diphthongon ſcribi & pronunciari. Sic ſi recte legatur illud Auſonij, Sed Citheron toties

Diphthongus æ ſcribenda. Pretor. Prætor. Citheron.

ties ternas ex ære ſacrauit, dicendum erit Auſonium extrita priore uocali corripuiſſe ſecundã in Citheron, pro Cithæron. Mirum eſt Auſonij enarratorem id ſilentio obruiſſe. Mihi certe non eſt ueriſimile eum locũ menda carere, de qua re & mille alijs copioſe in maximo opere diſputabimus, ſi mitiſſimus Ieſus aliquot annos uitæ noſtræ adiecerit. Item, Tuguri pro tugurij. Infantibu paruis, pro infantibus. Detractione ſyllabæ, ut ſurpitis, ſalmentum, pro ſurripitis, ſalſamentum. Sic, ſi Quintiliano credas, ſapis pro Iſapis, In qua re complures ſugillat, Palinodiã cantaturus, ſi bene conſideraſſet illud Silij in octauo. Sed non ruricolæ firmarunt robore caſtra Deteriore, cauis uenientes montibus umbri. Hos æſis ſapiſq; lauant rapidaſq; ſonanti Vertice contorquens undas per ſaxa Metaurus.

Sapis pro Iſapis.

DEtractione temporis, ut ſteterunt penultima breui. MVtatione literæ fit Barbariſmus, ut aſuenio, upilio, pro aduenio, opilio.

MVtatione ſyllabæ, ut pernuces, pro pernices, author Donatus.

MVtatione temporis, ut teſte eodem apud Vergilium. Feruere leucaten auroq; effulgere fluctus, licet non deſint qui aſſerant, olim in uſu fuiſſe uerbum tertij ordinis Feruo, quod Quintiliano inauditum eſt, licet Lucilius dixerit, Feruit aqua & feruet, fer-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uir nunc ſeruit ad annum. TRANSMVtatione literæ fit Barbariſmus, ſi quis Lerigio pro religio, aut Pregula pro pergula dixerit. Tinga Placentinus duos in uno nomine faciebat Barbariſmos, Preculam pro pergulam dicens, authore Quintiliano in primo. TRANSmutatione ſyllabæ, ut Diſplicina pro diſciplina. TRANSmutatione temporis, ut ſi quis prima breui, & ſecunda producta Lucia pronunciet, more imperitorum. Fiunt (inquit Donatus) Barbariſmi per tonorum commutationem. Nam ipſi adijciuntur, detrahuntur, mutantur & transmutantur, quorum exempla ultro ſe offerunt, ſi quis inquirat. Totidem etiam modis per aſpirationem deprehenditur Barbariſmus, quem quidam ſcripto, quidam pronunciatione iudicant adſcribendum, propter h, quam alij literam, alij aſpirationis notam deputant. Fiunt quoq; Barbariſmi per hiatus & colliſiones. Sunt etiam malæ compoſitiones, ut Cacoſyntheton, quæ uitia nonnulli Barbariſmum eſſe putant, in quibus ſunt Metaciſmi, Labdaciſmi, Iotaciſmi, Hiatus, Colliſiones, & omnia quæ plus æquo minusue ſonantia ab eruditis auribus reſpuuntur. Nos cauenda hæc omnia uitia præfati, controuerſiam de nomine pertinacibus relinquamus. Hęc cum Diomede Donatus. Addit Diomedes. Iotaciſmi ſunt quum i

Iotaciſmus.

litera ſupra iuſtum decorem in dictionibus oſtendi-

oſtenditur. Labdaciſmi ſimiliter, ſi lucem prima ſyllaba uel alma nimium pronunciemus. Metaciſmi ſunt, quum in fine partium orationis inuenitur m litera, & incipiens ſequens a uocali, quæ non ſit loco conſonantis poſita. Hæc enim ſcribitur, non autem pronunciatur, ut, Quouſq; tandem abutere? Tunc autem pronunciamus m literam, quum ſequitur uocalis loco conſonantis poſita, ut eſt. Tum Iuno æternum ſeruans. Diſtinctio quoq; ſeparat uerba. Dum conderet urbem, Inferretq; deos Latio. Quæ pronunciatio ſeruanda, ne ſit Barbariſmus, non in ſcriptura, ſed in ſermone ſi enunciata fuerit. Hæc Diomedes. Labdaciſmus.

Eſto Solœciſmus uicioſa oratio quæuis. Solœciſmus.

Solœciſmus eſt impar & inconueniens compoſitura partium orationis. Author Aſinius Capito, ut acuta gradius, Saluete reuerende magiſter. In proſa præſertim ſi imperito excitat nomen ſuum retinet. In carmine præſtantis poetæ Schema uocatur, & (ut Georgius Valla aſſerit) Allœoſis atq; Solœcophanes, quæ nomina ſuis locis declarabuntur. Differt Solœciſmus a Babariſmo, ut dictum eſt, quia Barbariſmus dictionē corrumpit, Solœciſmus uero orationem. Diciturq; latine imparilitas. A uetuſtioribus latinis Stribiligo dicebatur, a uerſura ſcilicet & prauitate tortuoſæ orationis, tanquam Stribiligo an Scribiligo.

Strebloligo quædam, a ſtreblo, id eſt, torqueo, deprauo. Perottus in Cornucopiæ, Scribligo dicit ut Scriblita ex eodem fonte ortum, ut credit. At in Diomede & Gellio Stribiligo offendo, quod magis placet. Nomine Solœciſmus cum Quintiliano intrepidi utamur, licet Gellius putet antiquiſſimum quenq; Solœcum & Barbarum dixiſſe, non Solœciſmum neq; Barbariſmum. Solœci autem nomen a Solone deductum Laertius Diogenes teſtatur, qui quum in Cilicia urbem a ſuo nomine Solos condidiſſet, pauci ex Athenienſibus, quos in ea reliquit, non multo interiecto tempore, corrupto patrio ſermone, inconuenienti partium ſtructura loqui cœperunt. Quapropter qui eo uitio aliquando uterentur dicti ſunt σολοικίζειν, h.e. (ut Perottus loquitur) Solœciſare. Solœ autem urbis nomen, quæ poſtea Pompeiopolis dicta eſt. Duas tantum ſyllabas obtinens in œ diphthongon deſinit in nominatiuo plurali, ut apud Plinium Inſularum nomina aut oppidorum Taphrœ, Neurœ, Solœ, Dioſcurœ, Pazœ, Cepœ, & apud Ciceronem Canephorœ, quæ ac ſi in i deſinerent faciunt obliquos per ſecundam declinationem. Author Hermolaus Barbarus in Plinium. Male igitur imperitũ uulgus cum Alexandro Soloe triſyllabum profert. A Poetis Solœciſmus pro errore Metaphoricos capitur. Iuue. Solœciſmum liceat feciſſe marito.

Solœcus

Solœ.

Solœ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Solœciſmus fit modis generalibus quatuordecim. Primo immutatione generum, ut Spiſſus ſuber, pro ſpiſſum. Purpurea Narciſſus. At, Silex atra, Vergilij authoritate excuſatur. Secundo immutatione caſuum, ut Illum quem quæris, ego ſum. Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. Niſi excuſetur, ut in Syntaxi noſtra docui. Tertio immutatione numerorũ, ut Saluete, ad unum, pro ſalue. Turba clamant. Quarto immutatione perſonarum, ut Danai qui parent Atridis quam primum arma ſumite, pro qui paretis. Diomedes credit ſecundam perſonam poni pro tertia, hic. Hæc prima piacula ſunto, pro ſint. Donatus tamen, amanto, ſunto, &c. tertiæ perſonæ eſſe putat. Quinto immutatione temporum, ut Fumat Neptunia Troia, pro fumauit. Licet de hoc ſit inter Grammaticos controuerſia. Nec ueni, niſi fata locũ, ſedemq; dediſſent, pro nec ueniſſem. Ponitur hic præteritum Perfectum pro Pluſquamperfecto, authore Diomede, & Indicatiuus modus pro Coniunctiuo. Sexto per qualitates uel ſignificationes Verborum. Vergil. Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt. Idem, Placidam paci nutritor oliuam, pro expoliant, & nutrito. Facit enim Commune uerbũ nutrior ab eo, quod erat Actiuum nutrio. Septimo per modos uerborum, ut, Itis, paratis arma, pro ite, parate arma. Indicatiuũ pro Imperatiuo poſuit, authore Donato.

Solœciſmus quot modis.

Vergi-

Vergilius. At Rutulo Regi, ducibuſq; ea mira uideri Auſonijs, id eſt, uidebantur, ut aſſerit Diomedes. Nonnulli malunt ſubaudire uerbum cæperunt. Octauo per aduerbia, ut, Intus eo, pro intro. Apuleij imperitus Miles. Vbi ducis aſinum iſtum? pro quo ducis? Similiter fit Solœciſmus, authore Donato, quoties nomen pro aduerbio ponitur, ut Toruumq; repente Clamat, pro torue. Aut ſi proprium pro Appellatiuo ponatur, ut Dardanus pro Dardanius. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus. Nono per præpoſitiones, ut Eo apud amicum, pro ad amicum, Solœciſmus eſt teſtibus Donato & Diomede. Verg. Rapuitq; in fomite flammam, pro in fomitem, quaſi ad fomitem. Sub lucem ibant, pro ante, author Donatus. Ea tamen locutio tantæ authoritatis tibicinibus fulcitur, ut cuiq; licitam putemus, uideatur Syntaxis noſtra. Cui tantum de te licuit, pro in te. Decimo per gradus, ut Reſpondit Iuno Saturnia ſancta dearum, pro ſanctiſſima, authore Donato. Diomedes ponit exemplum. Is quæſtus eſt multo huberrimus, quum debuerit dicere, multo huberior. Nos in Syntaxi oſtendimus id genus orationes eſſe oppido uenuſtas, tantum abeſt, ut ulla ſit Solœciſmi ſpecies. Vndecimo per coniunctiones, ut ſi copulatiua pro diſiunctiua ponatur, aut contra, ueluti, q; pro ue, apud Vergilium in Secundo Aeneidos de

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

equo Durateo. At Capys, & quorum melior ſententia menti, Aut Pelago Danaum inſidias, ſuſpectaq́ dona Præcipitare iubent, ſubiectiſq́ urere flammis, Aut terebrare cauas uteri, & tentare latebras. Duodecimo per geminationem abnuendi, ut nihil nunquam peccaui, pro nihil unquam peccaui. Tertiodecimo per Accentus, ut ſi quis pronunciaret ſine accentu in fine, pone, falſo, una, aduerbia, quem in ultima differentiæ cauſa habent, authore Priſciano. Quartodecimo per ordinis mutationem, ut, Aedituuſq́ ſacerdos cantant, pro æditũus ſacerdoſq́. Et ut ſummatim dicam, Solœciſmus fit, quoties oratio uitiatur citra corruptionem ſcripturæ aut prolationis, ut Saluete ad unũ. Quo pergis? Romæ. Non mei intereſt. Quem percuſſiſti? hunc, demonſtrata fœmina. In quibus licet uideatur eſſe unius dictionis uitium, tamen per ſubauditionem oratio eſt, ut Saluete tu, Quem percuſiſti? hunc fœminam. Quo pergis? pergo Romæ &c. Author Quintilianus in primo, ſuffragatur cum Diomede Donatus. At ſi quis multitudinis duntaxat numero flectanda honicos aut contra enunciet, ut nuptia, calenda, diuitia, ferra, plumba, Barbariſmum proculdubio committit, Authoribus eiſdem.

Obſcuræ ignobiliſq́ orationis ſpecies.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Improprie ſumptum uerbum dicatur Acyron.

Acyron. Acyrologia.

Acyron ſiue Acyrologia, eſt impropria dictionis uſurpatio, ut ſpero pro timeo, improprium eſt. Nam ſperamus bona, timemus aduerſa. Vergilius, Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem. Idem, Si genus humanum & mortalia temnitis arma, At ſperate deos memores fandi atq; nefandi. Quintilianus in octauo Proprietati contrarium eſt uitium, quod apud nos improprium, Acyron apud Græcos uocatur, quale eſt, tantum ſperare dolorem. Terentius, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis. Acyrologicos dixit ad ignem hunc, pro ad meretricem, ubi etiam Metaphora inuenitur. Acyrologia interpretatur impropria locutio, ab Acyros, id eſt, improprius, & Logia, id eſt, locutio. Logia autem (ut in Verſificatoria noſtra oſtendimus) tribrachus eſt. Ideo nihil ex eo nomine compoſitum hexametris idoneum eſt. Propterea metri gratia Periſſologus, Tautologus, Macrologos diximus, pro Periſſologia, &c. non inepte ut opinor. Siquidem logos, id eſt ſermo uel ratio, in compoſitis interdum adiectiue, interdum ſubſtantiue capitur, ut indicant Polylogus & Dialogus. Apologus & Apologia haud parum ſignificatione differunt. Acyron dicitur ab a particula priuatiua, & Cyrios, id eſt, proprius & dominus. Cyriacos dominicus. Cyria hera, domina.

Ab

Ab his deducta primam ſyllabam producere in Verſificatoria oſtendi. Ideo produxi ſecundam in Acyron.

Omne ſuperuacuum Pleonaſmos rite uocatur.

Pleonaſmos eſt adiectio ſuperuacua ad plenam ſignificationem, ut, ſic ore locuta eſt, uidi oculis ante ipſe meis. Nam ore & oculis hic ſuperuacanea ſunt, & in illo uidi, ineſt ipſe. Autore Fabio aſſerente & geminationē, & repetitionem, & qualemcunq; adiectionem Pleonaſmum uideri poſſe. Transfertur autem Pleonaſmos ſuperabundantia, a Pleonazo, id eſt, pluſquam oportet facio aut dico. Poteſt hæc figura cum Periſſologia & Macrologia, Tautologiaq; uocari Periergia, quæ eſt curioſitas & ſedulitas ſuperflua, prorſuſq; uerbum omne, quod neq; ornatum neq; ſenſum iuuat. Periergos, id eſt, curioſus & ſuperflue ſedulus. Periergazomæ, id eſt, curioſe ago & ſatago. Ne quid autem ſcitu dignum ſciens prætercam, non te latet apud Vergilium in duodecimo Aeneidos, quoſdam libros habere, Vidi oculos ante ipſe meos, me uoce uocantem Murrhanū, ſic ante præpoſitio hic foret, de qua oratione perdocte doctiſſimus Badius in nono Fabij diſſeruit. Periergia, quaſi ultra opus & præter neceſſitatem, a peri ultra, & ergon opus & officium.

Pleonaſmos. Periergia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Eſto Periſſologus tibi ſermo ſuperfluus omnis.

Periſſologia.

Periſſologia eſt adiectio uerborum ſuperflua, ſine ulla ui rerum, ut, Ibant qua poterant, qua non poterant, non ibant. Hic excepto ibant omnia ſuperuacua ſunt. Viuat rex, & non moriatur. Superflue adijcitur, & non moriatur. Siquidem non ſit aliud uiuere quam non mori. Periſſologia interpretatur ſuperflua locutio, a Periſſos, id eſt, ſuperfluus. Periſſeumatos abundantia. Periſſeuo abundo, ſupero.

Amphibolon dubius Romanis ſermo feretur.

Amphibologia.

Amphibologia eſt uitio compoſitionis in ambiguo poſita ſententia. Fit autem pluribus modis, quos recenſere omnes, ne nimis longum eſſet non oportet, ut inquit Donatus. Fit autem per accuſatiuum, ut audio ſecutorem retiarium occidiſſe. Dubium eſt an ſecutor retiarium occiderit an contra. Secutor & retiarius gladiatorum nomina ſunt, ut Thrax & Mirmillo. Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Certum eſt Antonium præcedere eloquentia Craſſum. Fit item per uerbum commune, ut Criminatur Cato. Vadatur Tullius, dubium eſt actiue an paſſiue intelligas. Et per participium, ut uideo ſtatuam auream haſtam tenentem. Dubium eſt, an ſtatua haſtam teneat, an contra. Fit item per æquiuoca, quæ græce dicuntur Ho-

monyma

monyma & Polyſema, ut fregi aciem, dubium eſt, an oculorum, an exercitus, an ferri. Sic taurus denotat montem, animal, ſignum cœleſte, & partem obſcenam. Conductus eſt cæcus ſecus uiam, amor Dei, utilitas magiſtri. In his & mille id genus orationibus eſt Amphibolia, id eſt, ambiguus ſermo. Plene diceretur Amplibologia, ſed Euphoniæ gratia unica ſyllaba eſt extrita, fit enim ab Amphibolos, id eſt, ambiguus, dubius. Vnde hæc figura etiam dicitur Amphibolia, penultima breui. Amphibalo amplector, dubito, circumpono, ab amphi, id eſt, circum. Ballo, id eſt, mitto & iacio. Bole & Bolos, id eſt, iactus. **Logia** locutio.

Tautologos uerbis uarijs rem ſignat eandem.

Tautologia eſt diuerſorum uerborum aut orationum eandem rem ſignificantium inculcatio, ut, ipſe egomet uenio, exultans redeo gaudenſq; reuertor. Vergilius primo Aeneidos. Quem ſi fata uirum ſeruant, ſi ueſcitur aura Aetherea, neq; adhuc crudelibus occubat umbris. Nam totum quod repetitur unum eſt. Idem in nono. Lachrymis ita fatur obortis. Te ne inquit miſerande puer quum læta ueniret, Inuidit fortuna mihi. Nam cum dixiſſet fatur, ſuperfluum erat eiuſdem rei uerbum, inquit. Tautologia transfertur eadem locutio. Habet id **Tautologia.**

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nomen au diphthongon in prima ſyllaba, contra ineptos, credentes hic primam ſyllabam eſſe, quæ eſt in tantus. Tautotes penultima breui, id eſt, identitas. Logia, locutio, Logos, ſermo, ratio.

Macrologos ſermo nimium prolixus habetur.

Macrologia. Macrologia eſt longa ſententia res non neceſſarias comprehendens, ut apud Liuium, teſte in octauo Quintiliano. Legati non impetrata pace retro domum unde uenerant abierunt. Vergil. Poſtera lux ſummo ſpargebat lumine terras, Orta dies, quum primum alto ſe gurgite tollunt Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant. Satis fuerat dixiſſe, Orta dies. Cęterum hoc uitium uerſibus minus nocet, quam ſolutæ orationi. Author Diomedes. Macrologia transfertur longa locutio. Nam macros longus eſt. Huic uitio aduerſatur orationis uirtus, quam græci Syntomiam uocant, Latini breuitatem, quæ authore Diomede tunc fit, quum rei magnæ ſenſus ſufficienter ad dignitatem quamuis breui enunciatur ſententia, ut apud Vergilium. Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar, Imperiū Oceano famam qui terminet aſtris. Hic enim & Troiana dignitas, & Cæſaris principatus, & Romano imperio poſſeſſio indicatur terrarū orbis. Syntomos. i. breuis, conciſus. Syntomia, breuitas, a ſyn, i. con, & tome uel tomos, id eſt, inciſio, ſectio.

Syntomia.

Huic

Huic uirtuti uicina eſt omnibus aduerſa uitijs Ceriologia aut Ciriologia, per κ in prima ſyllaba. Hanc Diomedes ſic definit. Ciriologia eſt culta & ſana oratio ſine lenocinio ornata, ut Romanos rerum dominos, gentemq́; togatam. Hic etiam ipſa ueritas ſententiam ornauit. Videtur interpretari cor animaq́; orationis, a κῆς κηςός, cor, anima. Ciriologia.

Eadem uirtus dicitur Orthoepea, quæ Authore Quintiliano in primo, eſt remotis omnibus uitijs emendata cum ſuauitate uocum explanatio. Niger exemplum dat ex Vergilio. Mecumq́; fouebit Romanos rerum dominos gentemq́; togatam. Orthoepea.

Eclipſis uerbum, *Reticentia uerba ſubaudit.*

Eclipſis unicum uerbum, id eſt, dictionem ſubaudit. Reticentia uero, id eſt, Apoſiopeſis plures dictiones ſupprimit. Hanc differentiam ex Mancinello pluribuſq́; colligo. Itaq́; Eclipſis eſt defectus quidam neceſſariæ dictionis, quam deſiderat præciſa ſententia, ut, Hæc ſecum, deeſt loquebatur. Italiam fato profugus Lauinaq́; uenit Littora, deeſt præpoſitio ad. Terris iactatus & alto, deeſt in. Et in quarto Aene. O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago, deeſt uerbum eſt, ad perfectionem orationis. Nec enim apocopam poſſumus dicere eam quæ fit in plena dictione, ſed quæ in litera uel ſyllaba, ſenſu per ſe carentibus. Hoc Priſcianus in xvij. Eclipſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Apud Auſonium, in ſuper ſubauditur infinitiuus, eſſe. Tu ſenium quodcunque ſuper labentibus annis Fata dabunt &c. Eclipſis, id eſt, defectus aut defectio. Eclipo cum ει diphthongo in ſecunda ſyllaba, id eſt, deficio. Eclipticos defectiuus.

Apoſiopeſis.

APOſiopeſis eſt plurium dictionum ſubauditio, iratis in primis apta. Terent. Quem ego ſi ſenſero, quem ego ſubaudi acerrime puniam, aut in piſtrinum dabo, ſi ſenſero, ſubaudi fallaciæ quicquam machinari, aut quid ſimile. Verg. Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus, quos ego, ſubaudi acerrime puniam, aut quid ſimile. Id autem fit, quum quis iraſcitur aut perturbatur, ut, Meme adſum qui feci, in me conuertite ferrum. Et, Incipit effari mediaque in uoce reſiſtit. His enim affectibus tantum ſermonis defectio congruit, teſte Seruio in 1. Aene. Apoſiopeſis aut Apoſiopiſis penultima longa, ſcribitur enim græce per ω mega ante p. & η ante ſ. ἀποσιωπήσις. η autem fere ſemper uertitur in e longum, ut oſtendunt dictiones, Monaſterium, Baptiſterium, Elaterium, Cœmiterium, Phrontiſterium, Poterium, Apoditerium, Mimeſis, Ecphoneſis, &c. Sic & græce & latine ſcribitur apud Quintilianum & Vallam Placentinum & Volaterranum, Apoſiopeſis. Itaque id nomen producit penultimam, licet Mancinellus corripuerit, male quidem ut plæraque alia, conuenien-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uenientius certe produxiſſet, melius enim fuerit prima tantum ſyllaba abuti quam penultima, ob id ſemper a iuuenibus male pronunciata. Apoſiopeſis latine dicitur reticentia a Cicerone, obticentia a Celſo, a nonnullis interruptio. Fit autem ex apo, id eſt, ab & re, & ſiopao, id eſt ſileo, taceo, hinc Siope, & Siopeſis, id eſt, ſilentium, per η id eſt, e longū, qualia ſunt apud græcos uerbalia plurima, ut Catecheſis inſtructio, Cœmeſis dormitio, Synideſis conſcientia, Metachoreſis receſſio, &c. Siopelos taciturnus. Sioperos idem, Tam Eclipſis quam Apoſiopeſis dici poteſt Mioſis aut meoſis per ει diphthongum in prima ſyllaba ſequente ω mega, μειωσις, de qua ſic ait Quintilianus in octauo. Vitanda & μειωσις, quum ſermoni quidem deeſt aliquid, quo minus plenus ſit, quanquam id obſcuræ potius, quam inornatæ orationis uitium eſt, ſed hoc quoq; quum a prudentibus fit, ſchema dici ſolet, ſicut Tautologia &c. Ex quibus uerbis liquet, omnia uitia doctiſſimorum authoritate prædita in figurarum album admitti, μειωμα, ατος aut μειωσις, id eſt, diminutio, a μειϰξω, id eſt, diuido. Mioſis aut Meoſis.

Eſt ænigma grauis nimium tibi ſermo ſolutu.

Aenigma eſt obſcura ſententia per obſcuram ſimilitudinem rerum, ut, mater me genuit, eadem mox gignitur ex me, ſignifica- Aenigma.

tur enim aquam in niuem conuerti, & ex eadem rurſus effluere. Aenigma diriuatur ab ænittomæ, id eſt, ab obſcure loquendo innuendoq́;, teſte Raphaele Regio in 8. Quintilia. Aenittomæ, id eſt, obſcure loquor. Aenigma a quibuſdam dicitur uelata quæſtio. Diomedes ſic ait. Aenigma eſt per incredibilia confuſa ſententia, ut Auia filiorum eſt quæ mater mariti, de Iocaſta matre Oedipodis, cui nupta peperit Eteoclem & Polynicem, quorum fuit & auia & mater. Item, Mare concretum in creta ligneo in campo ubi caro humana oſſibus ludebat, quo ſignificatur ſal in ſalino cretaceo ſuper menſam, in quam manus talos iactabat. Donatus ænigma non uitijs, ſed tropis annumerat, Diomedes non iniuria utriſq́;, quia allegoriam habet annexam ferme ſemper.

Inordinatæ orationis ſpecies.

INordinatæ orationis ſpecies ſunt quinq́;. Tapinoſis, Aeſchrologia, Cacephaton, Cacozelia, Cacoſyntheton. Author Diomedes. Mancinellus Donatum imitatus omiſit Aeſchrologiam & Cacozeliam, quæ uitia ſcitu digna non grauabimur declarare, licet Aeſchrologia ſub Cacephato, & Cacozelia ſub Cacoſyntheto poſſit comprehendi.

Magna

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Magna Tapinoſis tenui ſermone recludit.

Tapinoſis.

Tapinoſis eſt humilitas magnæ rei non id agente ſententia quod demonſtrat, ut apud Vergiliū. Penituſq; cauernas Ingentes, uterumq; armato milite complent, pro multis armatorum militum legionibus. Idem, Multa malus ſimulans, pro ſceleſtus. Idem, Dulichias uexaſſe rates, pro atrociſſime raptaſſe & laniaſſe. Gellius tamen in 6. capit. lib. 2. oſtendit uexare non tam leuis rei uerbum eſſe quam Grammatici rentur. Horat. Pelidæ ſtomachum cedere neſcij, pro bile & uehementi iracundia. Item quoties de mari gurges dicitur, Tapinoſis eſt, quæ magnifico plærunq; epitheto adiuuatur. Vergilius, Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Tapinoſis cum ει diphthongo & ω mega, genitiuo Tapinoſeos. i. humiliatio. Tapinos humilis, tapinoo humilio. Tapinophroneo humiliter ſentio, Tapinophroſyne, id eſt, humilitas.

Aeſchrologos nobis obſcœna oratio fertur.

Aeſchrologia.

Aeſchrologia eſt uitio compoſitionis inuerecunda oratio, ut compoſitio uerborum obſcœnæ ſignificationis, aut unius uerbi obſcœna ſignificatio & pronunciatio. Compoſitione fit, ut cum numero fui. Emendatur hoc uitium interpoſita aliqua particula, ut cum quodam numero fui. Item unius uerbi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

obſcœna pronunciatione ſic fit, ut eſt apud Saluſt. Ductabat & arrexit animos militum. Nam ductare & arrigere etiam ſunt turpis rei uerba. Aeſchrologia cum æ diphthongo ante ſ ſequente ch aſpirato, interpretatur turpiloquium, aut turpis locutio, ab æſchros, id eſt, turpitudo, æſchrocerdes turpis lucri, æſchrocerdia, id eſt, turpe lucrum.

Eſt Caco rite phaton quicquid ſonat haud bene nobis.

Cacophaton. Cacophaton aut cacephaton eſt obſcœna pronunciatio, uel in compoſita dictione, uel in uno uerbo, ut Numerum cum nauibus æquat. Arrige aures Pamphile, ſic Donatus. Cacephaton inquit Diomedes, eſt uicio cõpoſitionis inuerecunda ſuſpitio, ut, arrige aures Pamphile. Idem, At ramum hunc aperit, ramum qui ueſte latebat. Notum eſt arrigere ad uetulas apud Martialem obſcœne accipi, & ramum ueſte latentem impudicus facile ad impudica referret. Cacophaton item fit earundem literarum aut ſyllabarum concurſu, ut apud Ciceronem, O fortunatam natam, me conſule Romam, & apud Vergilium. Numerũ cum nauibus æquat, hic rum cum cacophaton eſt, & in Somnio Scipionis. Luce lucebat aliena. Seruius aſſerit Cacophaton fieri, ſi CVM particulam n litera ſequatur, ut cum nauibus. Diomedes æſchrologiam uocat, ut cum numero. Dicitur a

cacon,

cacon, id eſt, malum, cace malitia, cacos aduerbium male, & phaton, id eſt, dictum, ut ſit Cacophaton mala locutio, & male ſonans dictum.

Eſto Cacozelon praua affectatio nobis.

Cacozelia eſt per affectionem decoris corrupta ſententia, cum eo ipſo dedecoretur oratio, quo illam uoluit author ornare. Hæc fit aut nimio tumore, aut nimio cultu. Nimio tumore. Iuppiter o præſens cœli qui ſidera torques. Ore tuo dicenda loquar. Nimio cultu. Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo, Per iuga chryſolithi poſitæq; ex ordine gemmæ. Hæc Diomedes, apud quem timore legitur per tertiam uocalem, ego tumorem per quintam uocalem legendum cenſeo, iuxta illud Horatij. Profeſſus grandia turget, id quod ex Diomedis exemplo manifeſtum eſt. De hoc uicio ſic loquitur in 8. Quint. Cacozelon, id eſt, mala affectatio per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida & exilia & prædulcia & abundantia & accerſita & exultantia ſub idē nomen cadunt. Deniq; κακόκηλον uocatur, quicquid eſt ultra uirtutem, quoties ingenium iudicio caret, & ſpecie boni fallitur, omnium in eloquentia uitiorum peſſimum, Nam cætera uitantur, hoc petitur. Cacozelia transfertur mala affectatio, æmulatio, Cacozelia.

 imitatio,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

imitatio, cacos malus eſt, zelus æmulatio & imitatio, zeloo imitor, æmulor. Scribitur per κ ante λ, ne quenquam mendax impreſſio decipiat.

Haud bene compoſitum Cacoſyntheton eſto latinis.

Cacoſyntheton.

Cacoſyntheton eſt uitioſa dictionum compoſitio, ſic Donatus. Cacoſyntheton eſt indecens ſtructura uerborum, ſic Diomedes. Dat uterq; exemplum ex nono Aeneid. Verſaq; iuuencum Terga fatigamus haſta. Seruius aſſerit eſſe cacoſyntheton & homœoteleuton. Cacoſyntheton transfertur male compoſitum, & (ut in Octauo dicit Quintilianus) male collocatum, a cacos aduerbio id eſt male, & ſyn, id eſt, con & theton, id eſt, poſitum.

De Metaplaſmo.

Dictio transformata poetæ ſit Metaplaſmus.

Metaplaſmus.

Metaplaſmus eſt transformatio quædam recti ſolitiq; ſermonis in alteram ſpeciem, metri, ornatus, neceſſitatiſue cauſa, ut cœlicolum, induperator, dicier. Vocatur etiam Pathos. Nam Georgius Valla ſic ait: In ſyllabis figura omnis pathos dicta, ut Metatheſis Apocope &c. Metaplaſmus dicitur a meta, id eſt trans, & plaſma, atos, id eſt, figmentum, & plaſis formatio. Pathos neutri generis, id eſt, paſſio, plurale eſt pathe, ut cete, tempe. Ethe ab ethos. Mele a melos &c.

Pathos.

Patitur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Patitur autem dictio quicquam adiectione, detractione,&c. Valla Placentinus. Hæc fere ſunt,quæ in ſyllabis Pathe uocant græci. Metaplaſmi ſpecies ſunt quatuordecim. Proſthesis, Epentheſis, Paragoge, Aphæreſis, Syncope, Apocope, Ectaſis, Syſtole, Diæreſis, Synæreſis, Synalœphe, Ecthlipſis, Antitheſis,Metatheſis.

Adijce principio quicquam, ſic Poſtheſin edes. Proſtheſis.

Proſtheſis eſt appoſitio quædam ad principium dictionis,literæ uel ſyllabæ, ut gnatæ pro natæ, tetulit pro tulit, aſtat pro ſtat. Vergilius, Arduus Alcides medijs in mœnibus aſtat. Comicus. Nunquam huc tetuliſſem pedem. Proſtheſis dicitur a pros, id eſt, ad & theſis, id eſt, poſitio, hoc eſt appoſitio, proſthetos, id eſt,appoſitus.

Adijce quid medio, ſic fiet Epentheſis apte. Epentheſis.

Epentheſis eſt appoſitio quædam ad mediam dictionem literæ uel ſyllabæ, ut relliquias gemino ll, pro reliquias, Induperator, pro Imperator. Hanc nonnulli Parentheſim uocant,authore Donato. Alij Pleonaſmum, teſte Diomede. Quidam Epectaſim. Iuue. Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus Induperatorem. Georgius Valla hanc figuram partitur in Anadiploſim & Epectaſim. Anadiploſis eſt eiuſdem literæ iteratio metri cauſa, ut relligio, relliquiæ, redduco, reffert,rellatus, rettuli, reppuli, repperi. In di- Anadiploſis.

ctione

ctione refert, nos Vallæ refragari alibi oſtendimus. Epectaſis eſt in media dictione ſyllabæ additio, ut mauros, nauita, alituum, indugredi &c. Epentheſis eſt interpoſitio, ab epi & en, quæ coniuncta ſignificant inter, & theſis, id eſt, poſitio. Eandem ſignificationem habet Parentheſis, quia para cum en ſignificat inter. Epectaſis dicitur porrectio, productio, extenſio, ab epi, id eſt ſuper, in, pro ex, & ecteno uel ectino media longa, id eſt, produco & extendo. Anadiploſis, id eſt, reduplicatio, ab ana, id eſt, re, & diploſis duplicatio, diploo, duplico.

Epectaſis.

Adijce quid fini, pulchram facies Paragogen.

Paragoge.

Paragoge eſt appoſitio quædam ad finem dictionis literæ uel ſyllabę, ut magis pro mage, poteſtur pro poteſt. Hanc alij Paralepſin, alij Prolepſin, id eſt, præſumptionem uocant, ſic Donatus. Diomedes uero Proparalepſin, quanquam nonnihil differre credat, ita ſcribens. Proparalepſis eſt cum aliquid ad nouiſſimam partem dictionis accedit, ut Admittier ora, pro admitti, &, Magicas inuitam accingier artes, pro accingi. Paragoge eſt, cum ad ultimam ſimplicis dictionis clauſulam, aut litera iungitur, aut ſyllaba. Litera, ut apud Plautum. Quod & hoſtis, pro hoſti. Syllaba, poſtetur, pro poteſt. Nos cum Donato tam ſcrupuloſam obſeruationem miſſam facientes, omnia hæc Paragogen

Proparalepſis.

gogen

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

gogen uocamus. Paragoge, id eſt, adductio uel deductio, a Para, id eſt, ad & iuxta, & Agoge, id eſt, ductio. Proparalepſis dicitur (ut Mancinellus ait) quaſi iuxta ante acceptio, a Pro, id eſt, ante, & Para, id eſt, iuxta, & Lepſis, acceptio.

Aufert quid capiti uates ut Aphæreſin edat.

Aphæreſis eſt ablatio de principio dictionis literæ uel ſyllabæ, contraria Proſtheſi. Ouidius. Pone metum, ualeo, pro depone. Vergilius. Diſcite iuſticiam moniti & non temnere diuos, pro contemnere. Aphæreſis eſt ablatio uel abſciſſio, ab aphæro, id eſt, abſcindo. Aphæreſis.

E medio quicquam tollas, ita Syncopa fiet.

Syncopa eſt ablatio de media dictione literæ uel ſyllabæ, contraria Epentheſi, ut audacter pro audaciter, commorat pro commouerat, ſic Donatus. Vſus autem orationis magiſter effecit, ut audacter non audaciter nunc dicamus. Diomedes aſſerit nantes pro natantes per ſyncopam dici. Id ſi uerum eſt, natare primitiuum erit, unde per ſyncopen nare. Syncope eſt conciſio, a ſin, id eſt, con, & copto incido, ut cœlicolum, glutiſſe, amaſti, dixti, euaſti, ſurpite. Syncopa.

Eſt Apo nempe cope quicquam de fine recidens.

Apoco-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Apocope. Apocope eſt ablatio de fine dictionis literæ uel ſyllabæ, contraria Peragogę, ut achilli pro achillis, poſſis pro poſſitis, potes pro poteſtis, mutu pro mutuo, ſic Donatus, quæ exempla non reperiuntur in Poetis, quorum opera extant, pręter achilli pro achillis, quod tamen alia ratione defendi in declinationibus oſtendimus. Ennius dixit per hanc figuram. Nanq; ſuam do, pro domum, ſic habet Probus, at Diomedes, En do ſuam, ſic & uolup pro uolupe, & ueſperug, pro ueſperugo lectum eſt. Apocope eſt abſciſſio uel amputatio, ex apo, id eſt, ab uel re, & copto, id eſt, ſcindo. Vergilius, Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi. Producit Apocope tantum ultimam ſyllabam, proinde hexametris nequaquam congruit.

Ectaſis extendit tibi iure puer breuiandam.

Ectaſis. Ectaſis eſt extenſio ſyllabæ contra naturam uerbi. Baptiſta Mant. in 6. Faſtor. Perdidit & fracto paſſa eſt naufragia clauo, ſic Manilius in 5. Incubuit Pontus timuit naufragia tellus. Vergil. Italiam fato profugus. Exercet Diana choros. In hac & ſequenti figura authoritate opus eſt, ita ut rarenter a claſſicis uſurpata parce imitemur quale eſt naufragia, frequenter uſurpata non formidemus, qualia ſunt Diana, Italia. Ectaſis dicitur productio uel extenſio, ab ecteno uel ectino, id eſt, produco, extendo. Dicitur eadem

dem figura Diaſtole, id eſt, diſtinctio, a diaſtello id eſt, diſtinguo. Lucanus, Dum ſanguis inerat. Ceſura ſectio & diſtinctio facit, ut ſyllaba naturaliter breuis interdum producatur, ut in Verſificatoria diximus.

Producenda foret quam Syſtola corripit ipſa. Syſtole.

Syſtole aut Syſtola eſt correptio ſyllabæ contra naturam uerbi facta, contraria Ectaſi, ut, aquoſus orion, pro orion producte, autor Donatus. Et, obſtupuit ſteteruntq; comæ & uox faucibus hæſit. Syſtole, id eſt, correptio, a Syſtello, id eſt corripio, contraho.

Syllaba per binas diuiſa Diæreſis eſto. Diæreſis.

Diæreſis eſt diuiſio unius ſyllabæ in duas, ut Olli reſpondit rex albai longai, pro albæ longæ dixit Ennius, ut Vergilius, aulai pictai. Cicero nepai, & alij alia. Horatius ſyluae triſſyllabum, pro diſſyllabo, ut in Verſificatoria oſtendimus. Diæreſis, id eſt, diuiſio, a diæreo, id eſt, diuido.

Syllaba de binis eſt facta Synæreſis una. Synæreſis.

Synæreſis eſt conglutinatio duarum ſyllabarum in unam, contraria Diæreſi, ut phæton diſſyllabum, pro triſſyllabo, æripedem tetraſyllabum, pro pentaſyllabo. Author Donatus cum Diomede, de hac figura copiose in Verſificatoria diſſeruimus. Dicitur autem Synæreſis complexio ſiue contractio,

a ſyn.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

a ſyn, id eſt con, & hæreſis diuiſio, quaſi diui-ſorum coniunctio, ſynæreo uel ſynæro, id eſt, contraho uel coniungo; ut panthus alcinus bini, pro panthous alcinous biuni. Eadem figura dicitur Epiſynalœpha, ab epiſynapto, id eſt, coapto uel coniungo.

M. necat Ellipſis, ceu uocalem Synalœpha.

Ellipſis. Synalœpha.

Ellipſis uel Ecthlipſis eſt m literæ cum ſua uocali ante uocalem eliſio. Synalœpha eſt uocalis ante uocalem interemptio in di-uerſis dictionibus, ut O curuæ in terras ani-mæ & cœleſtium inanes. Sunt qui Synalœ-pham uocent Synæreſin, ſed melius di-ſtinguuntur, ut Synalœphe ſit in diuerſis di-ctionibus, Synæreſis in eadem. Ellipſis uel ellepſis eſt expreſſio uel eliſio, aut ut Quin-tilianus transfert, detractio, ab ec & lipo uel lepo, id eſt, deſero, deficio, linquo. Ecthlipſis dici poteſt expreſſio uel eliſio, ab ecthlipo, id eſt, exprimo, elido, excudo. Synalœphe, id eſt, coniunctio cum œ diphthongo in græco Lexico, in quo Synalipho cum ε diphthon-go inprimitur, pro coniungo, de his figuris in Verſificatoria affatim diſputatum eſt. Quin-tilianus, Synalœphen transfert complexio-nem, & imprimitur apud eum cum œ diph-thongo.

Antitheſis fiet tibi litera ſi uarietur.

Antitheſis.

Anthiteſis eſt literæ pro litera poſitio, ut, Olli ſubridens, pro illi, & impete, pro im-

petu,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

petu, teſte Probo & Diomede, alij malunt ab impes recte id inflecti. Georgius Valla Metalepſim uocat, ut pulydamas, upilio, adulefcens, propolydamas, opilio, adoleſcens, ſic in proſa ſcribendum eſt, non aduleſcens. Niger ponit figuram huic cognatam Craſim, quum duæ uocales in eadem dictione poſitæ, in unam ab illis alienam uertuntur, ut Ola, pro aula, Dicitur Antitheſis pro alio poſitio, ab anti, id eſt, pro, & theſis poſitio. Eſt item Antitheſis contrarietas uel oppoſitio, ab anti, id eſt, contra, unde Antichriſtus. Dicitur hæc figura etiam Antiſtœchon per œ diphthongon, ab anti, id eſt, pro, & ſtœchion, id eſt, elementum. Litera, ut magalia, pro magaria. Nam magar non magal pœni uillam uocant. Author Seruius in illud Vergilij: Miratur molem Aeneas magalia quondam. Sic pro ſedda ſella a ſedeo inflexum eſt. Metalepſis eſt tranſſumptio, a meta, id eſt, trans, & lepſis acceptio uel ſumptio. Craſis eſt temperamentum, complexio, miſtio.

Metalepſis. Craſis. Antiſtœchon.

Eſt Meta nempe theſis ſi tranſponas elementum.

Metatheſis eſt literarum in alium locum transformatio, nulla litera e dictione ſublata, ut Euandre, tymbre, puere. Author cum Donato & Diomede Seruius. At Priſcianus copioſe probat hos uocatiuos recte formari a nominatiuis, Euandrus, tymbrus, puerus. Metatheſis transfertur tranſpoſitio, a meta, id eſt,

Metatheſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

id eſt trans, & theſis, id eſt, poſitio. Corripit id nomen omnes ſyllabas, ideo ſine tmeſi hexametrum non ingreditur. His figuris ſubnectit Diomedes Protheſeon Parallagen, haud iniuria, quia in quantum eſt literæ mutatio in præpoſitione ſic continetur ſub Antitheſi. Habeat itaq; puer uerſiculum:

Protheſeon. Parallaga. *Præpoſitura quidem mutata Parallaga fiet.*

Protheſeon Parallaga aut Parallage, eſt præpoſitionum mutatio, quum altera pro altera ponitur, ut, Cui tantum de te licuit, pro in te. Aut cum præpoſitionis litera mutatur, ut aſuenio, pro aduenio, ſic Diomedes. Protheſeon parallage transfertur præpoſitionum mutatio. Nam Protheſis eſt præpoſitio, propoſitio & propoſitum, a pro, id eſt, præ & ante, & theſis, id eſt, poſitio, huius genitiuus pluralis eſt προθέσεων protheſeon, id eſt præpoſitionum penultima breui, quia tantum ultimam producit, nec eſt protheſeon nomen figuræ, ut uoluiſſe uidetur Mancinellus ita inepte ſcribens: Eſto protheſeon mihi ſiue parallega, quando eſt Præpoſitura quidem non propria, litera ſiue &c. Parallage eſt mutatio. Parallatos mutabilis &c.

De Schemate.

Schema. *Schemata dant ſpecies tibi lexeos & dianœas.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Schema eſt, quicquid a ſimplici atq; in promptu poſito dicendi modo, uel poetice, uel oratorie mutatur, author Quintilianus in nono, duas ſchematis ponens partes. Dianœas, id eſt mentis uel ſenſus uel ſententiarum. Et lexeos, id eſt, dictionis, uerborum, ſermonis, orationum. Donatus ait: ſchemata dianœas ad oratores pertinere, ad Grammaticos uero lexeos. Schematis autem lexeos ſpecies multæ ſunt, ſed neceſſariæ traduntur, per quas (ut Diomedes ait) ſimiles colligentur, Prolepſis, Zeugma, Hypozeuxis, Syllepſis, Aſyntheton, ſeu Dialyton, Polyſyntheton, Anadiploſis, Anaphora, Epanalepſis, Epizeuxis, Paronomaſia, Scheſiſonomaton, Paromœon, Homœoteleuton, Homœoptoton, Polypteton, Hyrmos, Climax. Schema transfertur cultus, figura, habitus modus. Cicero de claris oratoribus appellat ſchemata ſententiarum orationiſq; formas. Dianœa cuius genitiuus ſecundum græcam declinationem eſt dianœas interpretatur ſententia, intelligentia, cogitatio, dianœo, id eſt animaduerto, delibero, cogito, lexis, id eſt dictio, lexicon liber uocabularius.

Per partes totum aut reſerat poſt facta Prolepſis. Prolepſis.

Prolepſis eſt præſumptio rerum ordine ſecutarum, uel quum ante numerus uerbo redditur, quã perſonæ definiantur, ut, Interea reges, Ingenti mole Latinus Quadrijugo

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uehitur curru, bigis it Turnus in albis. Tum pater Aeneas Romanæ ſtirpis origo, Et iuxta Aſcanius magnæ ſpes altera Romæ Procedunt caſtris, Sic cum Donato Diomedes, hic totum per partes reſeratur. Reges procedunt caſtris, Latinus curru quadriiugo uehitur. Turnus it albis quadrigis &c. Plærunq; totius uerbum in partibus ſubauditum repetitur, de qua re ſat in Syntaxi dictum. Vt diſcipuli diſcunt, hic Pindarum, ille Catullum. Prolepſis item eſt, authore Diomede, quum id quod poſterius accidit ante tempus aſcribitur. Vt, Lauinaq; uenit littora. Lauinum enim nondum erat, quum ad Italiam uenit Aeneas. Et apud Saluſtium, Montem ſacrum atq; Auentinum inſedit, qui mons ob hoc quod illum plebs inſederit, poſtea ſacer dictus. Vergilius in ſexto, Portuſq; require uelinos. Velia nondum erat quum ad Italiam uenit Aeneas, ut ait Seruius, ſed dicebatur Helia, & ita Prolepſis reſerat poſt facta, id eſt, quæ poſtea contigerunt. Prolepſin Fabius in nono præſumptionem appellat, quũ id quod obiici poteſt occupamus, & præcipue procemio conuenit. Cicero Anticipationem uocat in primo de natura deorum, aſſerens Prolepſim ante Epicurum dixiſſe neminem. Dicitur autem a pro, id eſt, ante, & lepſis, id eſt, acceptio uel ſumptio, prolambano, id eſt, anticipo, lambano, id eſt, capio & ſu-

& ſumo, hinc Prolepſis, id eſt, præacceptio, anticipatio, præſumptio.

Verbo uno plureis ſenſus per Zeugma recludo. Zeugma

Zeugma eſt unius uerbi concluſio diuerſis clauſulis apte coniuncta ut: aduerſatur libidini caſtitas, auaritiæ liberalitas, mediocritati luxuria, modeſtiæ ſuperbia, ſtrenuitati acedia &c. Zeugma item eſt, quoties uerbum uel adiectiuum ad plura refertur, ad unum explicite, ad alterum implicite, ut Carus eſt panis & uinum, de hoc ſatis in Syntaxi dictum eſt. Fabius in nono hanc figuram appellat Synezeugmenon penultima breui, quo, ut ait, ad uerbum plures ſententiæ referuntur, quarum unaquæque deſideraret illud, ſi ſolæ ponerentur. Georgius Valla Enexærumenon uocat. Zeugma interpretatur coniunctio, adiunctio, aut iugatio. Zeugnyo, id eſt iungo. Zeucteria, id eſt iunctura. Species Zeugmatis ſunt tres. Protozeugma, Meſozeugma, Hypozeugma uel Hyſterozeugma. Protozeugma eſt quod uerbum in principio habet, a proton, id eſt primum, ut Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Meſozeugma eſt quod uerbum in medio habet. Vergilius. Troiugena interpræs diuum, qui numina Phœbi, Qui tripodas Clarij lauros, qui ſidera ſentis, Et uolucrum linguas & præpetis omnia pennæ. Dicitur a meſos, id eſt medius. Hypozeugma eſt

Synezeugmenon. Enexærumenõ. Protozeugma. Meſozeugma. Hypozeugma.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

eſt, quod uerbum in fine habet, ut, Neqꝫ enim is es Catilina, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore reuocarit. Dicitur ab hypo, id eſt ſub, ut quod idem eſt Hyſterozeugma, ab hyſteron, id eſt poſt uel nouiſſime.

Hypozeuxis.

Iungit Hypozeuxis ſua rebus uerba quibuſqꝫ.

Hypozeuxis eſt figura zeugmati contraria, ubi ſuum cuiqꝫ uerbum clauſulæ redditur. Virgilius, Regem adit & regi memorat nomenqꝫ genuſqꝫ. Quidue petat, quidue ipſe ferat: Mezentius arma, Quæ ſibi conciliet, uiolentaqꝫ pectora Turni Edocet, humanis quæ ſit fiducia rebus Admonet, immiſcetqꝫ preces, haud fit mora Tarchon Iungit opes, fœduſqꝫ ferit. Hypozeuxis transfertur ſubiunctio, quia ſuum cuiqꝫ rei uerbum ſubiungitur, ab hypo, id eſt ſub, & zeuxis coniunctio uel iugatio, habet id nomen z, in prima ſyllaba, & x, non ſ, in ſecunda, ut ex lexico græco patet.

Verbo uno uaria eſt Syllepſis clauſula nexa.

Syllepſis

Syllepſis eſt diuerſarum clauſarum per unum uerbum conglutinata conceptio, ueluti: Hic illius arma, Hic currus fuit. Hoc ſchema late patet, & fieri ſolet, non per partes orationis, ſed per accidentia partium orationis. Item, Syllepſis eſt in diſſimilibus clauſulis, quando dictio ſingularis uerbo plurali ad-

iungi-

iungitur, ut, Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Hæc Donatus cum Diomede. Aliter de conceptione ſiue Syllepſi ex ſententia Priſciani in Syntaxi locuti ſumus. Non deſunt, qui Syllepſin uocent, quoties pro multis ponitur unus, ut, hoſtis habet muros, pro hoſtes habent. Aut pro uno multi. Vergilius 9. Aenei. Vos o Calliope precor aſpirate canenti. Eſt enim Syllepſis per numeros, ut ait Seruius. Erat namq; rectum, uos o Muſæ & tu Calliope. Syllepſis eſt conceptio, a ſyn, id eſt, con, & lepſis, id eſt acceptio, dicitur item comprehenſio. Syllego, id eſt, colligo, ſyn autem mutat n in l, ut apud Latinos m, ueluti Syllogiſmus, Syllepſis, cuius primam Alexander, ut alia multa inepte corripit.

Copula ſupprimitur quo fiat Aſyntheton apte.

Aſyntheton eſt oratio ſine coniunctionibus neceſſario ſubauditis, ut, Alij naualibus ite, Ferte citi ferrum, date tela, impellite remos. Et, Veni, uidi, uici. Ede, bibe, lude. Aetas, metus, magiſter prohibebant. Iuſticia, prudentia, fortitudine me ſuperaſti. Cicero contra concionem Metelli, authore Fabio libro nono: Qui iudicabantur, eos uocari, cuſtodiri, ad ſenatum adduci iuſſit. Aſyntheton interpretatur incompoſitum, ab a particula priuatiua, & ſyn, id

Aſyntheton.

 eſt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

eſt, con, & theton, id eſt, poſitum. Dicitur etiam Aſyndeton, id eſt inconiunctum. Nam

Aſyndeton. ſyndeton coniunctum eſt, ſyndeſmos coniunctio & nodus. Syndeo, id eſt colligo, a deo uel deſo, id eſt, ligo. Vocatur etiam

Dialytō. Dialyton, id eſt diſſolutum, a dialyo, id eſt

Brachylogia. diſſoluo, dialyſis diſſolutio, a dia, id eſt de, & dis, & lyo ſoluo. Eadem figura eſt Brachylogia, id eſt breuiloquium, brachylogus breuiloquus, a brachys, id eſt breuis, & logia, id eſt, locutio, logos ſermo.

Copula multiplicata facit Polyſyntheton uſq;.

Polyſyntheton. Polyſyntheton eſt oratio multis nexa coniunctionibus. Vergilius. Athamaſq;, Thoaſq;, Pelideſq; Neoptolemus, primuſq; Machaon. Polyſyntheton, id eſt multipliciter

Polyſyndeton. compoſitum. Dicitur etiam Polyſyndeton, id eſt, multipliciter coniunctum, colligatum, connexum, a poly, id eſt multum, & ſyndeton, id eſt coniunctum.

Finem principio repetens Anadiploſin edes.

Anadiploſis. Anadiploſis eſt finis uerſus in principio alterius repetitio, ut urbs Hetruſca ſolo, ſequitur pulcherrimus Aſtur, Aſtur equo fidens, & uerſicoloribus armis. Anadiploſis eſt res duplicatio, ab ana, id eſt re, & diploſis, id eſt duplicatio, diplazo & diploo, id eſt, duplico, diplaſios duplus, diploos, id eſt duplex.

Princi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

2057

Principium fit idem nonnunquam uerſibus apte.

Anaphora

Anaphora eſt relatio uerbi eiuſdem aut ſimilis per principia complurium uerſuum, ut, Nate meæ uires, mea magna potentia ſolus. Nate patris ſummi, qui tela Typhoia temnis. Item, Spes tu nunc una ſenectæ, Tu requies miſeræ, decus imperiumq; Latini Te penes, in te omnis domus inclinata recumbit.

Anaphora ſecunda.

Eſt & ſecunda Anaphora, authore Diomede, per quam elocutio non conuenienter reſpondens aliud refert occulte, ut eſt apud Saluſtium. Sed antea item coniurauere pauci, in quibus Catilina, de qua quam breuiſſime potero dicam. Hic de qua intelligendum coniuratione. Anaphora, id eſt, relatio, ab ana, id eſt re, & phora, id eſt latio. Anaphero refero. Anaphoricos, id eſt relatiuus. Anaphora proceleumaticus eſt. Nam ana pyrrhichium eſſe oſtendit analecta apud Martialem, ideo Hexametrum non ingreditur.

Principio & fini reperitur uerſus eodem.

Epanalepſis.

Epanalepſis eſt quum eadem dictio & principium uerſus & clauſulam tenet, ut, Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Ante etiam ſceptrum Dictæi Regis & ante. Pauper amet caute, timeat maledicere pauper. Eſt item Epanalepſis cum maiore ſignificato facta repetitio, ut, Pater inquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

me lumine orbauit pater. Vergil. Te nemus Angitiæ, uitrea te Fucinus unda, Te liquidi fleuere lacus. Hor. Heu heu fugaces Poſthume Poſthume labuntur anni. Epanalepſis interpretatur reacceptio, replicatio, repetitio, ab epi & ana, quæ coniuncta ſignificant re, iterum, rurſum, & lepſis, id eſt acceptio. Epanalambano, id eſt repeto. Habet hæc dictio in principio Tribrachum, ideo hexametrum non ingreditur.

Dictio format Epizeuxim cum ui geminata.

Epizeuxis.

Epizeuxis eſt eiuſdem dictionis ſine medio geminatio cum impetu pronunciationis, ut, Meme adſum, qui feci, in me conuertite ferrum, O Rutuli, mea fraus omnis. Interpretatur coniunctio aut conbinatio. Vocatur etiam Epimone, id eſt, perſeuerantia, inſiſtentia, uel aſſiduitas.

Epimone.

Paronomaſia.

In ſimili uerbo ludit quandoq; poeta.

Paronômaſia eſt ueluti quædam denominatio, uel quoties aliud nomen efficitur de alio, ut: Nam hæc inceptio eſt amentiū haud amantium, ſic Donatus. Diomedes uero ait tunc fieri Paronomaſiam, id eſt, denominationem, cum dictio iteratur, mutata tamen aut litera, aut ſyllaba in ſignificatione diuerſa, ut, Abire non obire te conuenit. Non prætorem te, ſed prædonem dicimus. Fit quoq; cum præcedenti nomini, aut nomen, aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

aut uerbum annectitur,ex eodem figuratum, ut, fugam fugit, ludum ludit, factum facit, furorem furit, pugna pugnata eſt. Paronomaſia dicitur denominatio, aut iuxta nomẽ, a para, id eſt iuxta, & onomaſia nominatio, onomazo nomino,onoma nomen, hinc non multum diſtat Proſonomaſia,quæ(ut Fabius in nono ait) eſt agnominatio quæ ex uicinia quadam prædicti nominis ducta caſibus declinatur,ut apud Domitium aphrũ pro Cloantilla: Mulier rerum omnium imperita, in omnibus rebus infœlix. Dicitur a pros,id eſt ad,& onomaſia.Corripiunt hęc nomina omnes ſyllabas, ideo hexametris non conueniũt. Onoma namq; tum demum omicron in ω mega uertit, dum ſecundum o in y græcum mutatur,ut ſynonymia, Hieronymus. Apud Quintilianum per incuriam Typographorum ſæpe græca literatura uitiatur, quia nunc per ω mega, nunc per omicron imprimitur, & quædam nunc per ε nunc per κ, ſed ad Paronomaſiam redeo, de qua Fabius libro nono ait: Paronomaſia eſt, quando eodem uerbo quaſi falſum augetur, ut quæ lex priuatis hominibus, eſſe lex uidebatur? Huic (ut aſſerit ibidem Fabius) confinis eſt Antanaclaſis, quæ eſt eiuſdem uerbi contraria ſignificatio, quum (ut Rutilius ait) id quod ab altero dictum eſt, non in eam mentem qua intelligitur, ſed in aliam aut contrariam accipitur, ut quum Proculeius quereretur

Proſonomaſia.

Antanaclaſis.

reretur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

reretur de filio, quod is mortem ſuam expectaret, Et ille dixiſſet, ſe uero non expectare, immo inquit, rogo expectes. Vis huius exempli conſiſtit in uerbo Expecto, de qua re in 9. Fabij ſic loquitur doctiſſimus Badius noſter. Si quis forte dictum Proculeij non capit, ſciat Expectare proprie ſignificare extra ſpectare, ſed per Metaphoram (in qua frequentius accipitur) duo. Vnum, multum cupere ac deſiderare ſiue expetere. Vergilius Aeneid. 2. Quibus Hector ab oris Expectate uenis. Et Iob. Cunctis diebus quibus nunc milito expecto, donec ueniat immutatio mea, quod inde tractum eſt, quod cuius aduentum auide cupimus, ad eum expectamus. Alterum, quaſi obſeruare, differre, & quod Galli dicunt attendre. Cum ergo filius negaſſet ſe expectare, id eſt, auide petere mortem patris, pater rogauit ut expectaret, ſcilicet donec eſſet matura, id eſt, non acceleraret ſibi mortem. Hæc doctiſſimus amicus noſter Badius, quo teſte codex Laurentij Vallæ Antapodoſis habet pro Antanaclaſis, forſitan haud inepte. Nam Antapodoſis dicitur ex aduerſo aut contraria redditio, quod iam dictis optime quadrat, ab anti, id eſt, contra, & apodoſis, id eſt redditio. Antanaclaſis ad uerbum transfertur ex aduerſo refractio, ab anti, id eſt, contra, & anaclaſis, id eſt, refractio, ab ana, id eſt re, & claſis, id eſt, fractio, clazo frango,

Antopodoſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

go, anaclazo reuerbero, refringo, claſma atis, fragmentum.

Mobile cuiq; ſuum fixo connectitur apte. Scheſiſo nomatō.

Scheſiſonomaton eſt quum ſingulis nominibus epitheta connectuntur, ut Marſa manus, peligna cohors, feſtina uirum uis. Eſt quoq; Scheſiſonomaton, quando in connexu ſententiarum plures Antonomaſiæ ponuntur, ut Armipotens Tritonia uirgo. Scheſiſonomaton transfertur habitus uel habitudo nominum. Componitur enim ex nominatiuo ſcheſis, id eſt habitus, & genitiuo onomaton, id eſt nominum, ab onoma, atos id eſt nomē. In Scheſiſonomaton ultima tantum producitur, ideo hexametrum non ingreditur. Apud Nigrum, Scheſis eſt figuræ nomen, quam ita definit. Scheſis eſt multitudo inconiunctorum nominum in eadem oratione, ut Nubila, nix, grandoq;, procellæ, flumina, uenti. Scheſis.

Principijs eadem eſt Paromœon litera multis. Paromœon.

Paromœon eſt quando ab eiſdem literis diuerſæ dictiones ſumunt initium. Ennius, O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti. Machina multa minax minatur maxima muris. Eſt item Paromœon ſecundum Diomedem, quum uerba uel nomina parum inflexa, & tamen ſimilia ſuperioribus inferuntur, ut, Multa uiri uirtus animo, multuſq; recurſat

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

recuſat Gentis honos. Paromœon cum œ diphthongo interpretatur ſimile. Paromœos ſimilis, aut iuxta ſimile, a para, id eſt, iuxta, & homœos, id eſt ſimilis, aſpiratione extrita, ut in Diæreſis, Synæreſis, Argyrippus, &c.

Homœoteleutō.

Verborum ſimilis ſit finis Homœoteleuton.

Hemœoteleuton eſt quum ſimili modo plurimæ dictiones finiuntur. Ennius, Eos deduci, euehi, quam deſeri malui. Vergilius, Bella horrida bella. Homoteleuton, aut Homœoteleuton transfertur a Cicerone in dignitatibus, ſimiliter deſinens, ab homos, id eſt ſimiliter. Homœos cum œ diphthongo, id eſt ſimilis. Teleuton, id eſt, finitum. Telos, id eſt finis. Telo, id eſt, finio, perficio.

Homœoptoton

Caſus Homœoptoton *erit ſimilis tibi multus.*

Homœoptoton uel homoptoton eſt oratio uno ſimiliq; caſu compacta, & excurrens in eoſdem & ſimiles caſus. Ennius, Mærentes, flentes, lacrymantes, ac miſerantes, ſic Diomedes. In Donato pro ac miſerantes, legitur, concomitantes. Saluſtius apud Diomedem. Maximis ducibus fortibus ſtrenuiſq; miniſtris. Dicitur ab homæos, id eſt, ſimilis, aut homos, id eſt, ſimiliter, & ptoſis per ω mega, id eſt caſus, quaſi ſimiliter cadens, aut ſimilium caſuum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Bella Polyptoton uarij ſit clauſula caſus.

Polyptoton eſt oratio caſuum uarietate diſtincta, aut clauſula uarios caſus retinens, ut, Littora littoribus contraria, fluctibus undas. Imprecor arma armis, pugnent ipſiq; nepotes. Terentius, In te ſpes Hegio nobis ſita eſt, te ſolum habemus, tu es patronus, tu pater, ille tibi moriens nos commendauit ſenex, ſi deſeris tu, nos perimus. Item, Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu huius filius es? Polyptoton dicitur a poly, id eſt multus, & ptoſis, id eſt, caſus, quaſi multorum caſuum. Huic figuræ & duobus ſuperioribus cognatæ ſunt, Metabole, Ploce, Cœnonia, ideo non pigebit ex Quintiliani libro nono, aliquid de his ſubtexere. Metabole eſt rerum coniuncta diuerſitas, ut apud Cicer. pro Cluentio in Oppianicum. Illum tabulas publicas uiolaſſe, cenſorias corrupiſſe, decuriones uniuerſi iudicauerunt, cum illo nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat, nemo illum ex tam multis cognatis & affinibus tutorem unquam liberis ſuis ſcripſit, & deinceps adhuc multa. Vt hæc in unum congeruntur, ita contra illa diſperſa ſunt, quę a Cic. Diſſipata dici puto, inquit Fabius. Hic ſegetes, illic ueniunt fœlicius uuæ. Arborei fœtus alibi, & deinceps. Metabole transfertur mutatio, tranſitus, traiectio, a meta, id eſt trans, & bolos aut bole, id eſt iactus. Ploce eſt

Polyptoton. | Metabole. | Diſſipata.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Ploce. eſt frequentior repetitio, in qua media pri- mis, & medijs ultima congruunt, ut apud Ciceronem. Veſtrum iam hic factum depre- henditur patres conſcripti non meum, at pulcherrimum quidem factum, uerum ut dixi non meum, ſed ueſtrum. In hoc exem- plo inuenitur etiam Antapodoſis, id eſt, con- traria redditio. Eſt item Ploce in Epiſtola Ciceronis ad Brutum. Ego cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, & redierim per Cnæum Pompeium, te ego ergo cum redierim. Ploce item eſt iteratio uerborum hoc modo. Vſq; adeo ne Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter. Ploce ttansfer- tur implicatio, teſte Raphaele Regio. Lexi- con græcum ita habet. Ploce eſt inclinatio, auulſio, nexus. Cœnonia eſt uerborum idem ſignificantium diſiunctio aut ſeparatio, hoc modo. Vos enim ſtatuiſtis, uos ſententiam dixiſtis, uos iudicaſtis. Cœnonia interpreta- tur communicatio, hic enim uerba diſiuncta in re communicant, a cœnos, id eſt commu- nis. Cicero in Catilinam. Abijt, exceſſit, eru- pit, euaſit. Hæc figura uidetur ferme eadem, cum Tautologia. Cæcilius Pleonaſmum uo- cat, authore Fabio.

Cœno- nia.

Hyrmos *Sermonis ſeries prælonga uocabitur* Hyrmos.

Hyrmos eſt ſeries aut conſtructio ora- tionis continuæ, tenorem ſuum in multos uerſus protendens. Vergilius in ſexto. Prin- cipio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

cipio cœlum ac terras campoſq́ liquentes, Lucentemq́ globum lunæ titaniaq́ aſtra,&c. Et in primo Aenei. Eſt in ſeceſſu longo locus, inſula portum Efficit,&c. Vnde teſte Seruio: Hyrmos eſt longiſſimum hyperbaton, & dicitur hyrmos, quaſi ſyrmos, id eſt tractus, a ſyro, id eſt traho, ſyrma, id eſt tractus, & longa ueſtis. A ſyrmos fit Diaſyrmos, quaſi detractio, a diaſyro, id eſt detraho. Eſt enim figura, quæ tunc fit, quum magna uerbis minuuntur & minima extolluntur, ut, Quorum æmulari exoptat negligentiam potius quam iſtorum obſcuram diligentiam. Fit item quum una dictio ad duo ſignificata trahitur, ut, Interſtrepere anſer olores. Diaſyrmos.

E uerbo in uerbum Climax it pluchra figura. Climax.

Climax eſt de uerbo in uerbum gradatio, quæ dicta repetit, & priuſquam ad aliud deſcendat, in prioribus reſiſtit, author Fabius in nono, ut, Aphricano uirtutem induſtria, uirtus gloriam, gloria æmulos comparauit. Climax apertiorem habet artem & magis affectatam, ideoq́ eſſe rarior debet, author ibidem Fabius. Climax interpretatur ſcala uel gradatio. Vergilius: Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam. Genitiuus eſt climacos, uerum latinos eius nominis obliquis, nondum uſos comperio. Clima atos, id eſt regio.

De Tropis.

Tropus. *VErtit ad improprium Tropus omnia ſignificatum.*

Tropus eſt uerbi uel ſermonis a propria ſignificatione in aliam cum uirtute mutatio. Author Fabius in octauo & nono, cui ſuffragantur Donatus & Diomedes. Vt, uulpes pro aſtuto. Bachus pro uino. Intus canere, pro utilitati propriæ ſtudere. Tropi dicti a tropeo, id eſt uerto, Trope, id eſt mutatio, & conuerſio, quia uertunt a propria ſignificatione ad impropriam plærunq; per ſimilitudinem. Vnde & motus dicuntur, authore Quintiliano. Tropi ſpecies ſunt tredecim. Metaphora, Catachreſis, Metalepſis, Metonymia, Antonomaſia, Epitheton, Synecdoche, Onomatopœia, Periphraſis, Hyperbaton, Hyperbole, Allegoria, Homœoſis. Horum omnium generalis eſt Metaphora, cæteri omnes huius ſpecies uidentur. Author Diomedes.

Metaphora. *Propter rem ſimilem pro uerbis uerba repones.*

Metaphora eſt rerum uerborumq; per ſimilitudinem translatio, ut, Rident prata, ſitiunt ſegetes, pro, florent & humore indigent & arent. Hæc figura (ut Fabi. 8. ait) copiam auget ſermonis permittendo mutuari quod non habet, quodq; eſt difficilimum, præſtat

ne ulli

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ne ulli rei nomen deeſſe uideatur. Transfertur ergo nomen aut uerbum ex eo loco, in quo proprium erat, in eum, in quo aut proprium deeſt, aut translatum proprio melius eſt. Id facimus aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificantius, aut quia decentius. Vnde neceſſitate ruſtici dicunt gemmam in uitibus, quid enim dicerent aliud? & ſitire ſegetes. Item alia ad ornatũ,ut,lumen orationis,generis claritatem,& concionum procellas, & eloquentiæ flumina aut fulmina.Sic Maro dixit: Claſſiq; immittit habenas. Et: Arrectiſq; auribus aſtant. Ferrumq; armare ueneno, apud Verg. duplex eſt Metaphora. Nam & ueneno armare, & ferrum armari translatio eſt,quam Metaphoram græci uocant. Metapherin,id eſt, transferre. Metaphora eſt proceleumaticus, ideo hexametrum non ingreditur.

Eſto Catachreſis bona uocis abuſio nobis.

Catachreſis. Catachreſis eſt uſurpatio nominis alieni, ut, Parricidam matris quoq; aut fratris interfectorem dicimus, authore Fabio in 8. quum proprie is dicatur, qui patrem occiderit. Sic piſcinam per hanc figuram etiam dicimus, quæ piſces non habet. Catachreſis eſt uſurpatio uel abuſio, a cata, id eſt contra, & chreſis, id eſt,uſus, quaſi contra uſum. Catachraomæ, id eſt, abutor. Catachreſticus, abuſiuus. Catachreſtice,id eſt, abuſiue. Ad-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uerbia qualitatis græce in os longum deſi-nunt, & ita utuntur eis latiniſſimi, ut Catachreſticos, metaphoricos, ironicos &c. Vergi. Metaphoricos potius quam Catachreſticos dixit in decimo Aeneid. An ſeſe mucrone ob tantum dedecus amens induat, id eſt feriat. Catachreſis enim, ut Fabius in octauo ſcribit, non habentibus nomen ſuum accommodat, quia in proximo eſt. Sic dicuntur pyxides cuiuſcunq; materiæ ſunt, quanquam a buxo nomen habeant. Itaq; Catachreſis eſt neceſſaria, quia multæ res proprijs uocabulis carentes per eam uocabula inueniunt. Nam & qui iaculum emittit, iaculari dicitur, qui pilam aut ſudem, appellatione priuatim ſibi aſſignata caret, & ut lapidare quid ſit, manifeſtum eſt, ita glæbarum teſtarumq; iactus non habet nomen. Vnde abuſio quæ Catachreſis dicitur, neceſſaria eſt. Author Quintilianus.

At Metalepſis erit tranſumptio facta gradatim.

Metelepſis. Metalepſis eſt tranſumptio gradatim facta, quum dictio aliud a ſua propria ſignificatione ex his quæ præceſſerunt denotat, ut, Poſt aliquot mea regna uidens mirabor ariſtas, poſt aliquot ariſtas, ergo poſt ſegetes, & ſic poſt æſtates, & proinde poſt aliquot annos. Et de uentis in primo Aeneidos: Sed pater omnipotens ſpeluncis abdidit atris, Hoc metuens, Regemq; dedit &c. Ab

atris

atris enim nigræ intelliguntur, ex nigris tenebras habentes, & per hoc in præceps profundæ, ut cum Donato aſſerit Diomedes. Metalepſis eſt tranſumptio, a meta, id eſt, trans, & lepſis, id eſt ſumptio uel acceptio.

Dico Metonymiam Bacchum bibo, uina coronant. Metonymia.

Metonymia eſt nominis tranſmutatio, quoties pro inuentore inuentum, pro continente contentum, pro efficiente effectum, pro poſſeſſo poſſeſſorem, aut contra capimus. Hæc definitio ex Donato & Diomede & ex Quintiliani libro nono colligitur. Fit itaq; Metonymia, Primo, ubi per id quod continet id quod continetur oſtenditur, ut, Nunc pateras libate Ioui, id eſt uina. Cœlo gratiſſimus amnis, id eſt cœlicolis. Secundo econtrario, ut, Crateras magnos ſtatuunt ac uina coronant, uina pro uaſis dixit, authore Seruio. Antiqui enim coronabant pocula, & ſic libabant. Vnde eſt, Magnum cratera corona Induit, impleuitq; mero. Seruius Synecdochen uocat pro Metonymia. Tertio ubi per inuentorem inuentum oſtenditur. Terentius, Sine Cerere & Baccho friget Venus, id eſt, ſine pane & uino languet libido. Quarto ediuerſo. Plautus teſte Seruio in ſuperiorem Vergilij uerſum, Vinum precemur, nam hic Deus præſens adeſt, id eſt, Bacchum uini repertorem. Quinto ubi per

efficientem id quod efficitur intelligimus, ut, Melior remis. Infert enim uelocitatem, ſed uelocitatem quæ per remos fit. Sexto ab eo quod fit id quod facit, ut frigus pigrum, quia pigros efficit. Mœſtumq; timorem mittite, id eſt, qui uos mœſtos & triſtes efficit. Septimo ubi poſſeſſor pro poſſeſſo accipitur, ſic hominem deuorari dicimus, cuius patrimonium abſumitur. Vergilius: Iam proximus ardet Vcalegon. Quo modo, ut in nono Quintilianus ait, fiunt innumerabiles ſpecies. Ideo Donatus quatuor modis enumeratis ſubiungit: Hæc exempli cauſa poſita addiſcentibus ſunt, reliqua demonſtrabit lectio. Metonymia transfertur nominis tranſmutatio, a meta, id eſt trans, & Onoma, id eſt nomen. Onomazo nomino. Onomaſia nominatio. Onoma mutat prius o breue in o longum, & ſecundum o in y græcum in plæriſq; compoſitis, ut Metonymia, Patrocinium, Synonymum, Hieronymus &c. Videat, qui mihi parum credit, Lexicon græcum.

Appellatiuum proprij uice ſæpe locatur.

Antonomaſia. Antonomaſia eſt uocabulum, quod ſine nomine poſitum, loco eius fungitur, ut magnanimus Anchiſiades, pro Aenea. Saturnia, pro Iunone, author in 8. Fabius. Arma uirumq; cano, pro Aenea, eſt Antonomaſia, teſte Diomede. Et, Domitor maris, pro Neptuno.

tuno. Antonomaſia dicitur Characteriſmos, quæ per accidentia rem deſignat, ut, Caluo ſeruiret Roma Neroni, pro Domitiano. Quæ uero per excellentiam fit, dicitur Exoche & Catexoche, ut, Poeta apud græcos pro Homero, apud latinos pro Vergilio. Et, Ius ciuile, pro iure Romanorum. Antonomaſia fit tribus modis. Ab animo, ut, magnanimus Anchiſiades, id eſt, Aeneas. A corpore, ut, ipſe arduus, id eſt, Polyphemus. Extrinſecus, ut, Infœlix puer, atq; impar congreſſus Achilli, id eſt, Troilus. Antonomaſia interpretatur pronominatio, aut pro nomine, ab anti, id eſt pro, & Onoma, id eſt nomen. Onomazo nomino. Onomaſia, nominatio. Antonomaſia propter tribrachum incluſum hexametris non congruit. Characteriſmos interpretatur effictio, aut per ſigna indicium, a Character, id eſt ſignum & figura. Exoche, id eſt, excellentia uel eminentia. Exochos excellens, egregius. Catexoche, per excellentiam, a cata, id eſt per, & Exoche excellentia. Vergilius, Boues per exochen uel catexochen nominauit: Quæ cura boum, quis cultus habendo Sit pecori. Et Dodonam: Deficerent ſyluæ, & uictum Dodona negaret.

Characteriſmos.

Exoche.

Catexoche.

Exornat carmen fixo bene mobile quadrans.

Epitheton.

Epitheton eſt appoſitum nomini adiectiuum perpetuam ferme naturam rei indicans, ut, alma Ceres, Pulchra Venus, Triſtia

bella, Dulce muſtum. Eo Poetæ & frequentius & liberius utuntur. Itaq; & dentes albi & humida uina in his non reprehendimus. Apud oratores niſi aliquid efficitur, redundat. Tunc autem efficitur, ſi abſq; illo quod dicitur minus eſt, qualia ſunt : O ſcelus abominandum. O deformen libidinem. Author Fabius libro octauo. Epitheton transfertur appoſitum, ab epi præpoſitione, quę in compoſitis ſignificat in, ad, ſuper, & theton, id eſt poſitum. Epitheton eſt proceleumaticus, ideo hexametrum auerſatur. Epitheta ſumuntur tribus modis. Ab animo, ut, iuſtus imperator. Contemptor diuum Mezentius, A corpore, ut pulcher Iulus. Extrinſecus, idq; plurifariam. A loco, ut, Vlyſſes Ithacus. Ab actu, ut, Aeneia nutrix Caieta. Ab euentu, ut Inſula diues opum Tenedos. Epitheton ab Antonomaſia differt, authore Donato. Hæc enim uicem nominis ſuſtinet. Illud ſine nomine reperitur nunquam, ut dira Celeno, dia Camilla. His duobus tropis, uel uituperamus, uel oſtendimus, uel laudamus.

Pro naui puppis contráue Synecdoche habetur.

Synecdoche. Synecdoche eſt figura, cum a parte totum intelligitur, aut contra, numeruſue pro numero ſumitur. Primo itaq; a parte totum intelligitur, ut in primo Aeneidos: Puppeſq; tuæ, pubeſq; tuorum, Aut portum tenet, aut pleno ſubit oſtia uelo. A puppibus enim naues

naues ſignificat. A pube totos homines. Secundo a toto pars intelligitur, ut in eodem libro: Ipſius ante oculos ingens a uertice pontus In puppim ferit, id eſt, multa ponti aqua, non totus pontus. Et alibi: Fontemq́; ignemq́; ferebant, id eſt, aliquantum aquæ ex fonte. Vtriuſq; modi exemplum continet hic uerſus: Da requiem puppi, ueniet cum frigidus annus, pro naui, & hyeme. Tertio capitur numerus pro numero. Naues armato milite complent. Hoſtis habet muros, pro militibus, & hoſtibus dixit. Meminiſſe autem debemus, ait Donatus, quando a parte totum intelligitur, id faciendum eſſe ab inſigniori parte. Fit item Synecdoche, quoties uerbum uel adiectiuum regit partem in accuſatiuo uel in ablatiuo, ut, Iugulum doluí, nudus crura, de hac in Syntaxi affatim diſputatum eſt. Synecdoche item eſt, ut ait Fabius libro nono, quum ſubtractum uerbum aliquod ſatis ex cæteris intelligitur. Vt Cælius in Antonium, Stupere gaudio, ſimul enim auditur cœpit. Cui ſimilia ſunt illa meo quidem iudicio, ait Fabius, in quibus uerba decenter pudoris gratia ſubtrahuntur. Nouimus & qui te tranſuerſa tuentibus hirquis, Et quo, ſed faciles nymphæ riſerere ſacello. Hanc quidam Aposiopeſim putant fruſtra. Nam illa quid taceat incertum eſt, aut certe longiore ſermone explicandum. Hic unum uerbum & ma-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

niſeſtum quidem deſideratur, quæ ſi Apoſiopeſis eſt, nihil non in quo deeſt aliquid, idem appellabitur. Hæc Fabius. Synecdoche transfertur conceptio uel comprehenſio, a Cicerone uero in dignitatibus dicitur intellectio. Synecdochios, id eſt comprehenſim.

Sæpe ſonus cauſam fingendi nomina præſtat.

Onomatopœia. Onomatopœia eſt dictionis ex ſono conſictio, ut mugio, hinnio, pipilo. Clamorq; uirum clangorq; tubarum. Atq; leuem ſtipulam crepitantibus urere flammis. Dicitur ab Onoma atos, id eſt nomen, & pœia, id eſt fictio, hoc eſt, nominis fictio. Continet id nomen in principio Proceleumaticum, ſic enim græce ſcribitur ὀνοματοποιία Ideo ab hexametris non admittitur. De hoc tropo ait in octauo Fabius: Onomatopœia eſt fictio nominis, Græcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permittitur. Inde tamen mugitus, & ſibilus, & murmur uenerunt. Fit autem, quando uocis confuſę nomen ad imitandum ſonum affingimus, ut Ouium dicimus balatum, boum mugitũ, equorum hinnitum, æris tinnitum. Terribilis buccinæ ſonitum Taratantara. Ennius: At tuba terribili ſonitu taratantara dixit. Scrofa quoq; a ſono dicta creditur.

Rem circumloquimur fit quando Periphraſis apta.

Peri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Periphraſis eſt circumlocutio quædam, quum id quod uno aut paucioribus uerbis dici poteſt,pluribus explicatur. Vergilius : Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras Tithoni croceum linquens aurora cubile, id eſt, dies oriebatur. Idem : Tempus erat,quo prima quies mortalibus ægris Incipit, & dono diuum gratiſſima ſerpit,id eſt,nox erat. Ouiuium teneros depellere fœtus, id eſt, agnos. Periphraſis transfertur circumlocutio, a peri, id eſt circum,& phraſis id eſt locutio. Phrazo,id eſt dico uel diſſero. Periphraſis fit bifariam, aut ordinandæ rei cauſa, quæ pulchra eſt,quum breuitatem ſplendide producit,ut in ſuperioribus exemplis. Aut uitandæ rei cauſa quæ turpis eſt, quum fœditatem circuitu deuitat,ſic : Placidumq; petiuit Coniugis effuſus gremio per membra ſoporem, Hoc enim circuitu euitata decenter obſcœnitate oſtendit concubitum.Item : Hoc faciunt, nimio luxu ne obtuſior uſus Sit genitali aruo, & ſulcos oblimet inertes. Hoc enim circuitu ſignificat conceptum fœminæ difficilem. In Donato pro uitandæ, librariorum incuria,mendoſe legitur iuuandæ,& uituperandæ,ut ex Diomede liquet.

Valde turbatus uocum ſit Hyperbaton ordo.

Hyperbaton eſt tranſcenſio quædã uerborum ordinem perturbans. Verg.in 12 : Interea reges, ingenti mole Latinus Quadriiugo ue- Hyperbaton.

go ue-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

go uehitur curru, cui tempora circum Aura-ti bis ſex radij fulgentia cingunt, Solis aui ſpecimen, bigis it Turnus in albis, Bina manu lato criſpans haſtilia ferro, Hinc pater Aeneas Romanæ ſtirpis origo, Sidereo flagrans clypeo, & cœleſtibus armis, Et iuxta Aſcanius, magnæ ſpes altera Romæ, Procedunt caſtris. Hic Hyperbaton eſt, teſte Seruio, Interea reges procedunt caſtris. Latinus uehitur quadrijugo curru. Eſt hic etiam Prolepſis, ut ante declarauimus. Frequenter enim in eadem oratione diuerſæ figuræ comperiuntur diuerſis rationibus. Fabius in 8. Hyperbaton, uerbi tranſgreſſionem interpretatur, quam frequenter ratio comparationis, & decor poſcit. Fit enim frequentiſſime aſpera, dura, diſſoluta, & hians oratio, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui uerba redigantur, & ut quodq; oritur, ita proximis, etiamſi uinciri non poſſis, alligetur. Ita quoties decoris gratia contrahitur longius uerbum, proprie Hyperbati tenet nomen. Animaduerti iudices omnem accuſatoris orationem in duas diuiſam eſſe partes. Nam in duas parteis diuiſam eſſe, rectum erat, ſed durum & incomptum. Hyperbati ſpecies ſunt quinq;, Hyſterologia ſiue hyſteron proteron, Anaſtrophe, Parentheſis, Syncheſis, Tmeſis. Hyperbaton dicitur ab hyperbæno, id eſt tranſcendo uel tranſgredior, Hyperballo, extendo,

do,ſupero, Hyperbaſia,uel Hyperbaſis tranſgreſſio.

Hyſteron eſt proteron, poſtponas ſi ante locanda.

Hyſterõ Proterõ.

Hyſterologia, ſiue hyſteron proteron, eſt ſententiæ cum uerbis ordo mutatus. Vergilius: Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo. Prius enim ſaxo frangunt quam torrent. Idem, Poſtquam altos tetigit fluctus, & ad æquora uenit. Nam prius ad æquora uenit quam tetigit fluctus. Idem in 2. Aenei. Moriamur,& in media arma ruamus, pro in media arma ruamus, & moriamur, ut notauit Priſci. lib. 17. Sic me Margarita nutriuit, & peperit. Hyſteron,id eſt ultimum,poſt,aut nouiſſime. Inde hyſterologia præpoſtera locutio,proteron,id eſt prius.

Ordo inuerſus erit tibi Anaſtropha præpoſituræ.

Anaſtrophe.

Anaſtrophe eſt uerborum tantum ordo præpoſterus, ut Italiam contra, maria omnia circum. Tranſtra per & remos. Pro,contra Italiam. Anaſtrophe eſt reuerſio uel inuerſio. Anaſtrepho,reuertor.

Interiecta Parentheſis eſt ſententia quæuis.

Parentheſis.

Parentheſis eſt interpoſita formatio diuerſæ ſententiæ,ut,Aeneas (neq; enim patrius conſiſtere mentem, Paſſus amor)rapidum ad naues præmittit Achatem. Interpretatur interpoſitio,a para & en, quæ duo dicunt inter,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ter, & theſis poſitio. Hanc figuram Dialyſim, id eſt diſſolutionem uocat Diomedes, a dialyo,id eſt diſſoluo.

Syncheſis eſt prorſum uocũm aut confuſio ſenſus.

Syncheſis.

Syncheſis eſt hyperbaton obſcurum, & ex omni parte confuſum. Verg.primo Aene. Treis Notus abreptas in ſaxa latentia torquet,Saxa uocant Itali medijs quæ in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo : Treis naues abreptas Notus torquet in ſaxa, quæ ſaxa in medijs fluctibus latentia,Itali uocant aras. In eodem : Vina,bonus quæ deinde cadis onerarat Aceſtes Littore Trinacrio, dederatq; abeuntibus , heros Diuidit , Quum ſit ordo : Deinde heros diuidit uina, quæ bonus Aceſtes onerarat cadis, & de littore Trinacrio abeuntibus dederat. Et ſecundo Aeneid : Iuuenes, fortiſſima fruſtra Pectora , ſi uobis audentem extrema cupido eſt Certa ſequi, quæ ſit rebus fortuna uidetis : Exceſſere omnes adytis, ariſq; relictis Dij , quibus imperium hoc ſteterat, ſuccurritis urbi Incenſæ,moriamur , & in media arma ruamus. Eſt enim ordo : Iuuenes fortiſſima pectora , fruſtra ſuccurritis urbi incenſæ , Omnes dij, quibus imperium hoc ſteterat , exceſſere adytis ariſq; relictis. Videtis quæ fortuna ſit rebus, Si uobis certa cupido eſt ſequi me, audentem extrema , ruamus in media arma, & moriamur. Syncheſis transfertur confuſio,a ſyn, id eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

id eſt con, & cheſis, id eſt, fuſio, a cheo, id eſt, fundo.

Quoquã interpoſito per Tmeſim uerbula ſcindo. Tmeſis.

Tmeſis eſt unius compoſiti uel ſimplicis ſectio una dictione uel pluribus interiectis, ueluti: Eſt boreæ regio ſeptem ſubiecta trioni. Ennius: Saxo cere comminuit brum. Et: Maſſili portant ad littora tanas. Pro, cerebrum, & Maſſilitanas. Hæc figura non facile admittitur, niſi multorum authoritate fulciatur. Tmeſis diſſyllaba dictio, non Temeſis, transfertur ſectio, ſciſſio, diuiſio, Temno, id eſt, incido, tmaſſo, id eſt, ſcindo. Eadem uocatur Diacope, id eſt interciſio, diacopto, id eſt, intercido, a dia, id eſt, per, & copto, id eſt, incido. Diacope

Exceſſus fidei manifeſtus Hyperbola fertur. Hyperbole.

Hyperbole eſt oratio excedens fidem, augendi minuendiue cauſa. Augendi: ut Niue candidior, fulminis ocyor alis. Aſtra ferit ſonus armorum clangorq; tubarum. Minuendi cauſa, ut, Vix oſſibus hærent. Tardior teſtudine. Cadentis te folij ſonitus terreret. Hyperbole dici poteſt eminentia, uel, ut Cicero ait, ſuperlatio. A Fabio libro octauo, Superiectio dicitur, a quibuſdam exceſſus. Componitur ab hyper, id eſt, ſuper, & bole uel bolos, id eſt iactus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Allego-ria.

Dic allegoriam ſenſu ſi uerba repugnent.

Allegoria eſt tropus, quo aliud ſignificatur aliud dicitur, & ita uerba ſenſu, id eſt, ſenſui repugnant. Vergilius in fine 2. Georg. Sed nos immenſum ſpacio confecimus æquor. Et iam tempus equum fumantia ſoluere colla, id eſt, quæ tractanda fuerant affatim explicuimus, Iam congruum eſt carmen finire. Sic in bucolico ludicro. Claudite iam riuos pueri, ſat prata biberunt. Horatius in Odis: O nauis referent in mare te noui fluctus. O quid agis fortiter occupa portum. Hic per nauem allegoricos populum intelligit, per fluctum tempeſtatem, bella ciuilia, per portum pacem & concordiam. Allegoriam Fab. in 8. inuerſionem uocat. Raphael regius aſſerit, dici ab allo agoreuin, id eſt, ab aliud agendo. Conſtat allegoria ex ſpondeo & tribracho. Ideo Mancinellus & cæteri turpiter citra neceſſitatem abuſi ſunt huius nominis quantitate, ſcribitur enim græce ſic, αλληγορια. Ita certe apud Quintilianum (ubi græce ſcriptum offenditur) Italica impreſſio ſemper habet haud immerito, quia quantum ad ſecundam partem eiuſdem originis eſt cum κατηγορια. categoria, id eſt accuſatio & prædicamentum, κατηγορεω categoreo, accuſo & prædico, categeros accuſator, a cata, id eſt aduerſus, contra, in, ex, per, ſecun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſecundum, & ἀγορεύω agoreuo, id eſt, dico, concionor. Eodem modo allegoria fit ex allo, id eſt aliud, & agoreuo, ergo ſine dubio ſcribitur ſimiliter per κ, quod in e longum uertimus. Qui apud Quintilianum aliter impreſſerunt, non mutauiſſent Italicam impreſſionem, ſi hæc bene conſideraſſent, ſed nil mirandum, quum per incuriam Cacozelia per ἐψιλον, & Ironia per o micron, & plura, male exarata conſpiciantur. Allegoriæ ſpecies multæ ſunt, e quibus ſeptem eminent, ut Donatus ait: Ironia, Antiphraſis, Aenigma, Charientiſmos, Parœmia, Sarcaſmos, Aſteiſmus.

Illudens recte ſermo Ironia feretur.

Ironia.

Ironia eſt diſſimulatio aut illuſio, qua contraria oſtenduntur ſenſui quem uerba præ ſe ferunt, ut: Egregiam uero laudem & ſpolia ampla refertis Tuq; puerq; tuus. Scilicet is ſuperis labor eſt. Id populus curat ſcilicet. Hanc niſi grauitas pronunciationis adiuuerit, confiteri uidebitur, quod negare contendit, ut: Verres prætor urbanus, homo ſanctus & diligens. Et in Clodium: Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, uita anteacta ſeruauit. Ironia dicitur ab εἰρωνεύομαι, Ironeuomæ, id eſt diſſimulo, & cauillatorie decipio. Iron, id eſt cauillator & Colax. Socrates uulgo Iron dicebatur, id eſt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

agens imperitum, & admirator aliorum tanquam ſapientium, ut meminit Fabius.

Antiphraſis uerbum ſit per contraria dictum.

Antiphraſis.

Antiphraſis eſt unius uerbi Ironia, ut, Bellum quod minime bellum eſt, & lucus quod minime lucet. Hæc Donatus, & Diomedes, addens, Parcas dici, quod minime parcant. Meminit huius rei Quintilianus in primo de inſtitutione oratoria, dicens: Et etiam ne a contrarijs aliqua ſinamus trahi, ut lucus, quia umbra opacus parum luceat, & ludus quia ſit longiſſimus ab luſu, & dis quia minime diues. Varro Parcas quaſi partas dici uult, t in c mutata, a partu, quod naſcentibus bonum aut malum conferunt, authore Heſiodo, ut meminit Gellius. Ideo Auguſtinus Dathus contra Priſcianum debacchatur, oſtendens, per Antiphraſim non dici bellum, Parcas, Ludum, Lucum &c. Hac etiam figura nonnunquam quos Nanos conſpicimus Atlantes uocamus, & Aethiopes argenteos. Hæc enim ab Ironia differt, quod Ironia pronunciando mutat affectum, & ſignificationem. Antiphraſis uero diuerſitatem rei denotat, ut Diomedes ait. Antiphraſis eſt per contrarium locutio, ab anti, id eſt contra, & phraſis, id eſt locutio. Antiphraticos contradictorius.

Aenigma ſupra declaratum eſt.

At

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

At Charientiſmos tibi molliet aſpera dictu.

Charientiſmos.

Charientiſmos eſt tropus quo dura dictu gratius proferuntur, ut, ſi interroganti, Num me quęſiuit quiſpiam? reſponderit bona fortuna, id eſt, nemo, nunquid uis aliud? ut recte ualeas, id eſt nihil. Charientiſmos, id eſt gratificatio & urbanitas, a χαρίεις, εντος charis charientos, id eſt, gratus gratioſus, χαρις charis itis, id eſt gratia. Charientizomæ, id eſt iocor, nugor, urbanus ſum, alludo Charizomæ, id eſt, dono, gratificor.

Sermo procul notus feſtiua Parœmia fertur.

Parœmia.

Parœmia eſt accommodatũ rebus temporibuſq; prouerbium, ut, Lupus eſt in fabula, id eſt, adeſt is cui præſentia loqui uetamur. Lupi enim uocem adimere creduntur ei quē priores conſpexerint. Vergilius: Lupi Mœrim uidere priores. Cocta enumerabimus exta, id eſt, ut Diomedes ait, ex euentu rem ſciemus. Nos poma natamus, quoties indoctus, ignobilis, improbus, inter doctos, aut nobiles, aut probos numerari cupit, uelut in pomis oletum. Parœmia, prouerbium. Parœmiacus prouerbialis. Dicitur a para, id eſt, iuxta, & œme, id eſt, cantus uel cantilena, quaſi iuxta omnium cantilenam. In Donato & Diomede mendoſe legitur Paronomia, pro parœmia. Hos librariorum incuria

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

excuſat Alexander, uenia caret dicens. Eſt & Epizeuxis & Anaphora Paronomia, ſed hic ferme omnia figurarum nomina corrupit, ut legenti liquet mediocriter docto.

Hoſticus irriſus nobis Sarcaſmos habetur.

Sarcaſmos. Sarcaſmos eſt plena odio atq; hoſtilis diriſio. Vergilius in 12. Aeneid: En agros & quam bello Troiane petiſti Heſperiam metire iacens. Et in 2. Aeneid. Pyrrhus ad Priamum: Referes ergo hæc, & nuncius ibis Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Sarcaſmo ſimilis eſt Mycteriſmos, cum quodam riſu & contractione narium ſubdola illuſio. Fabius in 8: Adijcitur his Mycteriſmos, ſimulatus quidem, ſed non latens deriſus. Scribitur id nomen græce cum y græco in prima ſyllaba, & κ quam in e longũ

Mycteriſmos. uertimus in ſecunda μυκτηρισμος mycteriſmos, id eſt, ſubſannatio, a mycterizo, id eſt, ſubſanno. Idq; a μυκτηρ, ηρος mycter, eros, penultima genitiui longa (ut crater eris) id eſt, naſus.

Simplicitas Aſteiſmos erit ſi ruſtica deſit.

Aſteiſmos. Aſteiſmos eſt tropus multiplex numeroſæq; uirtutis. Nam eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret, & faceta ſatis urbanitate exprimitur. Vt apud Vergil. in Buco: Qui

Bauium non odit, amet tua carmina Mæui.
Atq; idem iungat uulpes, & mulgeat hircos.
Id eſt, pro pœna ei contingat, ut diligat Mæuium peiorem poetam. Nam Mæuius & Bauius peſſimi fuerunt poetæ, inimici tam Horatio quam Vergilio. Vnde Horatius:
Mala ſoluta nauis exit alite ferens olentem Mæuium. Iungere uulpes & mulgere hircos, eſt contra naturam quicquam conari. Niger cum Alexandro etiam Antiſmon uocat hanc figuram, Doctiores Aſteiſmon duntaxat, quos potius imitandos cenſeo. Aſteiſmus eſt dictio tetraſyllaba, duobus Trochæis conſtans, ideo Synæreſim fecimus, ut Vergilius in Aluearia. Aſteiſmos transfertur urbanitas. Aſteios urbanus. Aſteizomæ, id eſt, urbanus ſum. Aſteizo, id eſt, iocor.

Nota parum demonſtrat Homœoſis *mage notis.* Homœoſis.

Homœoſis eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius quæ magis nota eſt, demonſtratio. Eius ſpecies ſunt tres: Icon, Parabola, Paradigma. Homœoſis transfertur ſimila, Paradigma. Homœoſis transfertur ſimilitudo, ab homœos cum œ diphthongo, id eſt ſimilis. Hinc homœologia id eſt ſimilis locutio. Eſt autem Homœologia orationis uitium, quum nulla uarietatis gratia leuat tædium, atq; eſt tota coloris unius, quæ maxime deprehenditur carens arte oratoria. Author Fabius in octauo.

Homœologia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Soræſ- mos. Contrarium huic uitium eſt Soræſmos, quædam mixta ex uaria ratione linguarum oratio, ut ſi Atticis Dorica, Aeolica, Ionica etiam dicta confundas. Cui ſimile uitium eſt apud nos, ſi quis ſublimia humilibus, uetera nouis, poetica uulgaribus miſceat. Id enim tale eſt monſtrum, quale Horatius in princi-pio artis poeticæ fingit. Author in octauo Fabius, apud quem Valla & Aldus legunt Soræſmos. Regius uero Cœniſmos a cœno-neo, id eſt communico, legit. Vnde etiam cœ-nonia, id eſt, communicatio, rectius dicitur quam cœnomia. Badius noſter, uir acerrimi iudicij, ſuffragatur hic Vallæ & Aldo. Soræſ-mos cum æ diphthongo dicitur aceruatio & congeries. Soros per ω mega ante r, id eſt, cu-mulus, aceruus. Soreuo cumulo. Soria per ει diphthongon, id eſt congeries. Soreuma atos id eſt, cumulus. Soreuſis aceruatio.

Icon. *Eſt Icon, quoties formæ bene confero formam.*

Icon eſt perſonarum inter ſe, uel eorum quæ perſonis accidunt, comparatio, ut: Os humeroſq; Deo ſimilis. Aut: Icon eſt formæ ad formam collatio, laudis aut uituperationis cauſa, ut, Ibat in prælium corpore Tauri uali-diſſimi, impetu Leonis acerrimi. Et: Iſte quo-tidie per forum tanquam iubatus Draco ſer-pit dentibus aduncis.

Icaſmos. Hæc figura a Diomede uocatur etiam Icaſ-mos. Alio nomine dicitur Catatypoſis. Icon

onos,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

onos, penultima genitiui correpta, cum æ diphthongo in prima græce ſcribitur, tranſfertur imago & ſimilitudo. Icaſmos idem.

Catatypoſis interpretatur iuxta figuram aut formam, ut: Omnia Mercurio ſimilis, uocemq́; coloremq́;, Et crines flauos, & membra decora iuuentæ. Dicitur a cata, id eſt, per & ſecundum, & a typoſis per ω mega, id eſt, impreſſio, & formatio. Typos, id eſt, forma, figura, adumbratio. Typoo ſigno, formo. Ab hypo, id eſt ſub, & typoſis ſit Hypotypoſis, id eſt informatio, deſignatio, diſpoſitio. Hypotypoo, id eſt per figuram demonſtro & deſigno. Catatypoſis.

Hypotypoſis dicitur a Cicerone, ſub oculos ſubiectio, ut ait Fabius libro nono. Eſt autem Hypotypoſis quædam propoſita forma rerum, ita expreſſa uerbis, ut cerni potius quam audiri uideatur, ueluti: Ipſe inflammatus ſcelere ac furore in forum uenit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Hypotypoſis.

Huic figuræ cognata eſt Metaſtaſis, quæ eſt temporum translatio, qua ita quæ futura ſint aut futura fuerint imaginamur, ut non narrari res, ſed agi uideatur. Author ibidem Fabius. Veluti: Credite uos intueri hæc, quæ non uidiſtis oculis, animis cernere poteſtis. Metaſtaſis.

Eadem ferme dicitur Enargia, quæ eſt rerum geſtarum, aut quaſi geſtarum ſub oculos inductio, ut: Ac ueluti in ſopnis, oculos ubi languida Enargia.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

guida preſſit Nocte quies, nequicquam auidos extendere curſus Velle uidemur, & in medijs conatibus ægri Succidimus, non lingua ualet, non corpore notæ Sufficiunt uires, nec uox nec uerba ſequuntur. Metaſtaſis transfertur tranſmutatio & tranſitus, a meta, id eſt, trans, & ſtaſis ios, id eſt, ſtatio.

Enargia euidentia eſt, cum a prima uocali in ſecunda ſyllaba, & ει diphthongo in tertia apud græcos, nos in i longum uertimus. Enarges, id eſt manifeſtus. Energia uero cum ſecunda uocali in ſecunda ſyllaba dicitur efficacia, actus, & actio, cum ει diphthongo ſimiliter in penultima.

Parabole.

Iure diſertus erit, quiſquis rem comparat apte.

Parabola eſt rerum genere diſſimilium comparatio, ut: Qualis mugitus fugit cum ſaucius aram Taurus, & incertam ercuſſit ceruice ſecurim. Huic uenuſte ſubijci ſolet Antapodoſis, quæ eſt contraria redditio, uel ex aduerſo, ex anti, id eſt, contra, & apodoſis redditio. Hæc, ut in octauo ait Fabius, rem utramq; comparat, & uelut ſubijcit oculis, & pariter oſtendit. Cicero pro Muræna: Vt aiunt in græcis artificibus eos aulœdos eſſe, qui citharœdi fieri non potuerunt, ſic nos uidemus qui oratores euadere non potuerunt, ad iuris ſtudium deuenire. Parabolam Fabius libro quinto appellat

Exem-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Exemplum. Diomedes uero Similitudinem, alij Comparationem. Facit id nomen Proceleumaticum, ideo hexametron non ingreditur. Proinde non credo Mancinello, id nomen deducenti ex para, id eſt iuxta, & bule cum ου diphthongo, id eſt conſilium & ſententia, quaſi iuxta ſententiam, Quanquam non ignorem interim, correptionis gratia alteram diphthongi uocalem apud græcos abijci, Tamen mihi placet parabolam dici adiectionem, a para, id eſt ad & iuxta, & bole, id eſt, iactus. Ballo id eſt iacio, ut ſit adiecta cuiquam rei comparatio.

Exemplum facti uel dicti ſit paradigma. Paradigma.

Paradigma eſt exempli hortantis uel dehortantis enarratio. Hortantis, ut: Antenor potuit medijs elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus &c. Dehortantis aut deterrentis, ut: At non ſic phrygius penetrat Lacedæmona paſtor, Ledæamq; Helenam Troianas uexit ad urbes. Paradigma, id eſt exemplum. Paradignyo, id eſt exemplifico, a para, id eſt iuxta, & digma atos, id eſt ſignum, Digmatizo, id eſt traduco & ſigno, oſtendo, græci cum ει diphthongo in prima ſyllaba.

Hactenus ex Diomede & Donato, pauculis figuris obiter inſertis. Quæ deinceps ſcribentur, ex Mancinello & Nigro atq; Quintiliano ſumpſimus. Nec tamen quicquid uſquam figurarum eſt, huc contulimus, id enim

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

foret immenſum, parũq; utile, authore Quintiliano in nono. Nec mirum, quum Apollodorus, ut Cælius ſcribit, teſte Fabio, incomprehenſibilia patris huius præcepta exiſtimauerit. Itaq; mecum præclare actum putabo, ſi poſt tantos uiros non inutiliter hunc laborem obijſſe candidis lectoribus uidebor.

Miſcellanea Reliquarum Figurarum declaratio.

M*Vlta figurarum deſcriptio nomina ſumit.*

Deſcriptiones temporis, loci, generationis, pugnæ & plurium rerum a nonnullis inter figuras numerantur, quarum declarationem proſa facilis enucleabit, cum ijs quas Niger in Phraſios, id eſt elocutionis ſpeciebus declarat.

Phraſis. Eſt autem Phraſis ſermo eloquens, totius ſententiæ ſignificationem oſtendens.

Chronographia. Chronographia eſt temporis deſcriptio, ut: Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox. Dicitur a chronos, id eſt tempus, chronicos temporalis, & grapho, id eſt ſcribo, graphe ſcriptura.

Topographia. Topographia eſt loci uera deſcriptio, ut: Lucus in urbe fuit, media lætiſſimus umbra. Eſt in conſpectu Tenedos, notiſſima fama Inſula. Dicitur a Topos. i. locus, & grapho.

Vocatur

Vocatur etiam Chorographia,a choros, id eſt,locus,per ω mega ante r. Chorographia

Topotheſia eſt loci ficta deſcriptio , ut : Eſt in receſſu longo locus , inſula portum Efficit,&c. Nam hic portus nuſquam eſt in Aphrica,authore Seruio. Dicitur a topos,id eſt locus,& theſis,id eſt poſitio. Coſmographia eſt mundi deſcriptio , a coſmos , id eſt mundus. Topotheſia.

Aetiologia eſt cauſæ redditio , ut : Ad cœlum tendens ardentia lumina fruſtra , Lumina,nam teneras arcebant uincula palmas. Dicitur ab ætia cum æ diphthongo , penultima breui,ſine aſpiratione,id eſt, cauſa,ratio, accuſatio, confirmatio,culpa, & logos. i. ſermo uel logia,id eſt locutio. Aetiologia.

Ecbaſis eſt longus in deſcribendo excurſus,ut in deſcriptione tempeſtatis apud Vergilium in Georgicis. Interpretatur exitus egreſſioq; aut prouentus , ab ecbæno , id eſt euenio,egredior, prætereo. Vocatur etiam Parecbaſis,id eſt tranſgreſſio. Ecbaſis.

Antilogia eſt uerborum contradictio, aut refragatio , ut : Haud unquam tibi fiſtula cæra iuncta fuit. Anti contra : logia,locutio, hoc eſt contradictio. Antilogia.

Canchaſimos eſt riſus ſolutus , ut : Haha he apud comicos. Interpretatur cachinnus,a canchazo. Canchaloo & canchao, id eſt , cachinnor. Canchaſmos.

Apophaſis uel apologia eſt obiectorum reſpon- Apophaſis.

reſponſio uel excuſatio,ut: An mihi cantando uictus non redderet ille, Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula,caprum. Apophaſis item,ut dicitFabius in nono,eſt cuiuſpiam rei negatio, aut per tranſitum demonſtratio, in hunc modum: Non agam tecum iure ſummo,Non dicam quod forſan obtinerem. Et quid ego iſtius decreta? quid rapinas? quid hæreditatum poſſeſsiones datas, quid ereptas proferam? Et: Mitto illam primam libidinis iniuriam. Et: Ne illa quidem teſtimonia recito, quæ dicta ſunt de ſeſtertijs ſeptingentis militibus. Et: Poſſum dicere. Quibus generibus per totas interim quæſtiones decurrimus, ut Cicero: Hoc ego ſi ſic agerem tanquam mihi crimen eſſet diluendum, hoc pluribus dicerem. Hæc Fabius, aſſerens Apophaſim a negando dici. Nam apophaſtæ ſignificat negare, apophæno, id eſt demonſtro,definio, hinc apophaſis ios, id eſt negatio, ſententia, demonſtratio. Apophaſco, id eſt, nego uel ſententiam dico.

Apologia. Apologia, id eſt, defenſio & excuſatio,ab Apologeo,id eſt reſpondeo. Apologema, atos, id eſt,excuſatio. Apologeomæ defendo, reſpondeo,purgo, excuſo.

Cacoethos. Cacoethos eſt mali moris aut conſuetudinis deſcriptio, ut: Exul ab octaua Marius bibit. Dicitur a cacos, id eſt, malus, & ethos mos.

Catacriſis. Catacriſis eſt alicuius facinoris condemnatio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

natio uel iudicatio, ut: Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi. Dicitur a cata, id eſt per, & ſecundum, & criſis, id eſt iudicium, hoc eſt condemnatio, Catacrino, id eſt damno. Catacritos condemnatus.

Apotheoſis eſt alicuius mortalis in deos relatio, ut, Candidus inſuetum miratur limen Olympi. Interpretatur deificatio, cum ω mega in penultima. Apotheoo, id eſt, deifico, ab apo præpoſitione uariæ ſignificationis in compoſitione, & Theoo deifico. Theos, id eſt Deus. Malim dicere Apotheoſin Diuæ Virginis, quam canonizationem cum uulgo. Apotheoſis.

Catalogus eſt ſermo, rerum ordinem & numerum oſtendens, ut: Tres ſumus imbelles numero ſine uiribus, uxor Laerteſq; ſenex Telemachuſq; puer. Catalagus eſt numeratio & delectus militum, a catalego, id eſt numero. Catalogus.

Elogium eſt alicuius rei teſtificatio, uel honoris, uel uituperationis gratia, ut, Solonis ſapientis elogium eſt, quo ſe negat uelle ſuam mortem dolere, amicorum lacrymis uacare. Elogiũ.

Genealogia eſt alicuius generationis deſcripta ſeries, ut: Hunc Fauno & nympha genitum laurente Marica Accipimus: Fauno Picus pater, iſq; parentem Te Saturne refert. Interpretatur ſermo de generatione, a genea, Genealogia.

id eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

id eſt generatio, genus, progenies, & logos uel logia.

Genethliacon. Genethliacon eſt natalis deſcriptio, ut apud Vergilium in Pollione. Interpretatur natalitium, & poteſt flecti Genethliacus, a, um, id eſt, natalitius, a genethlon uel Genethle, id eſt genus natiuitas. Genethlia celebritas natalitia, quæ fit in natali die.

Monomachia. Monomachia eſt duorum ſingulare certamen, ut Turni & Aeneæ, a monon, id eſt, ſolum, tantum. Monos, id eſt ſolus. Monomachus gladiator cum unico pugnans. Mache, id eſt pugna.

Naumachia. Hinc Naumachia pugna naualis, aut ipſius deſcriptio, ut apud Liuium. Gigantomachia, ut Gigoganthea, id eſt, Gigantum pugna, ſic Pedomachia, & cætera.

Syllogiſmus. Syllogiſmus eſt oratio conſtans ex propoſitione, aſſumptione, & concluſione. Nanq; haud tibi uultus Mortalis, nec uxor hominem ſonat, o Dea certe. Interpretatur computatio, penſatio. Sylloge es, congregatio, collectio. Syllogizo computo, concludo.

Enthymema. Enthymema eſt ex unico aſſumpto concludens, eſtq; Syllogiſmus imperfectus, ut, Licet ut uolo uiuere, non ſum Liberior bruto? Adijcito propoſitionem, Syllogiſmus erit, ſic: An quiſquam eſt alius liber niſi ducere uitam, Cui licet ut uoluit, licet ut uolo uiuere, non ſum liberior bruto? Argumentationes poeticæ non conſtituuntur ſecundum

normu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

normulas logicorum, ſed ex eis poſſunt elici ſecundum canones logicos, Syllogiſmi, Enthymemata &c. Vt ex dictis Perſij uerbis habetur hic Syllogiſmus in tertio modo primæ figuræ: Omnis homo cui licet uiuere ut uult, eſt liber. Ego ſum homo cui licet uiuere ut uolo, ergo ego ſum liber. Hæc ſine noticia logicæ perfecte noſcet nemo. Enthymema interpretatur commentum & cogitatio. Enthymeomæ, id eſt animaduerto, conſidero, cogito, reminiſcor. Enthymeſis penultima longa, cogitatio. Enthymion, id eſt caute excogitatum, & aſtutia, res quæ in animo uerſatur.

Oeconomia eſt rei gubernandæ diſpenſatio, ut: Tu regere imperio populos Romane memento: Hæc tibi erunt artes, paciq; imponere morem: Parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Dicitur Oeconomia lex domus, ab œcos, id eſt domus, & nomos, id eſt, lex, hoc eſt diſpenſatio domeſtica. Oeconomos, id eſt, diſpenſator rei familiaris, uillicus. Oeconomia.

Palillogia eſt dictorum ornata replicatio, ut: Arma uiri ferte arma. Interpretatur reiteratio uel duplicatio. Palillogus iterum collectus, a palin, id eſt iterum, logos, ſermo, logia, locutio. Palillogia.

Stratagema eſt exemplum militare ſummo ſtudio imitandum, ut apud Liuium de Hannibale. Interpretatur geſtum militare Stratagema.

& conſilium, ſcribitur grӕce per κ, ςρατηγημα ſtrategema, ſed in a longum ſæpe uertitur κ, ut machina, camus &c. Ideo male corripitur in ſtratagema ſecunda ſyllaba a Mantuano & pluribus. Strategia, id eſt, militatio, prætura. Strategos imperator, dux exercitus.

Paradoxon. Paradoxon eſt electa ſententia, ut: Quicquid erit, ſuperanda omnis fortuna ferendo eſt. Interpretatur admirabile, præter uulgi opinionem. Vnde Paradoxa Ciceronis, a para, id eſt, præter, & doxa maieſtas, gloria, opinio.

Epauxeſis. Epauxeſis eſt ſententiarum incrementũ ab imo ad ſuperiora conſurgens, ut: Pompeium & hortari, & orare, & iam liberius accuſare, & monere, ut magnam infamiam fugiat, non deſiſtimus. Transfertur magnum incrementum, ab epi præpoſitione, quæ interdum auget, & auxeſis penultima longa, id eſt, augmentum, auxe es, idem, auxeticos auctiuus, auxo & auxano, id eſt, augeo.

Auxeſis.

Phyſiologia. Phyſiologia eſt rei naturalis deſcriptio. Horatius: Albus ut obſcuro deterget nubila cœlo Sæpe Notus, nec parturit imbres Perpetuos, ſic tu ſapiens finire memento Triſtitiam uitæq; labores. Interpretatur locutio de natura, a phyſis ios, id eſt natura, & logia locutio.

Epi-

Epiche- rema.

Epicherema eſt argumentum ratiocinatiuum. Verum hoc cum Syllogiſmo & Enthymemate, aliiſq́ pluribus inter figuras proprie numerandum non eſt, ut in nono Quintilianus innuit, licet non defuerint qui hæc omnia in figurarum contubernium admiſerint. Epicherema cum e longo ante r, quia per ει diphthongon græce ſcribitur, interpretatur conamen. Epichereo conor. Epichereſis penultima longa, id eſt, conatus.

Proble- ma.

Problema eſt propoſitio interrogationem detinens annexam, ut apud Plutarchū. Interpretatur propugnaculum, prætextus, propoſitio.

Epipho- nema.

Epiphonema eſt rei narratæ ſumma acclamatio, ut: Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Tantum ſeries iuncturaq́ pollet. Interpretatur acclamatio, ab Epiphoneo, id eſt acclamo, inclamo. Niger annectit his tria carminum nomina: Epicedium, Epitaphium & Epithalamium, quæ etſi proprie figuras non dixerimus, tamen cognationis nonnihil cum his obtinent. Eſtq́ eorum cum cæteris carminum nominibus cognitio utiliſſima, ideo non pigebit ea annectere.

Epicedi- um.

Epicedium eſt carmen funebre, quod & Seruius in Bucolica teſtatur, & habetur cadauere nondum humato, ut: Extinctum nymphę crudeli funere Daphnim flebant &c.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Dicitur ab epi, id eſt, in, & ſuper, & cedia penultima longa, id eſt funus & affinitas. Cedeno, id eſt iuſta ſoluo, funus curo, affinis ſum, ad funus eo. Scribitur græce κιδεία. In Nigro mendoſe legitur Epiodium pro Epicedium.

Epitaphium. Epitaphium eſt carmen cadaueri ſepulto cantatum, ut: Daphnis ego in ſyluis hinc uſq; ad ſidera notus, Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe. Dicitur ab epi, & taphos, id eſt ſepulchrum. Taphe es, exequiæ ſepultura. Tapheus dyſſillabum pollinctor.

Epithalamium. Epithalamium eſt carmen nuptiale, ut apud Catullum, Claudianum & Auſonium. Dicitur ab Epi & Thalamus, id eſt, geniale cubiculum.

Protrepticon. Protrepticon eſt carmen inſtructiuum, & adhortatiuum, a protrepo, id eſt, dirigo, exhortor, ut apud Auſonium de ſtudio puerili.

Propempticon. Propempticon carmen ut comitetur quenquam ſcriptum, ut apud Sidonium offendes, a propempo, id eſt comitor, præmitto, cum pompa aſſequor.

Epiniciũ. Epiniciũ carmen de uictoria cuiuſquam, ab epi, & nice, id eſt uictoria. Epinicios, id eſt uictorioſus. Epinicium carmen aut celebritas pro uictoria habita. Talia ſunt, aut fingi e græco fonte poſſunt, carminum plurima nomina.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

mina. Sed iam ſatis ſuperq; euagati ad monoſticha noſtra redeamus.

Inuenies uerſum repetitum ſæpe decenter.

Epimone.

Epimone eſt eiuſdem uerſus frequens repetitio, ut in ludicro Virgiliano: Incipe mænalios mecum mea tibia uerſus. Ducite ab urbe domum mea carmina, ducite Daphnim. Epimone ultimam ſolum producit, ideo hexametrum non ingreditur. Interpretatur perſeuerantia, inſiſtentia, aſſiduitas. Epimonos aduerbium, id eſt conſtanter, corripit ſecundam ſine dubio, ut omnia compoſita ab epi. ἐπιμονή, ab epi, id eſt in, de, ſuper, & mone manſio, monimos, id eſt ſtabilis. Verſus ſæpe repetitus uocatur intercalaris, ab intercalando, id eſt interponendo uel interuocando, ut dies intercalaris in Februario.

Reſpondere ſolent ſcriptores obijciendis.

Anthypophora.

Anthypophora eſt ad obijcienda reſponſio, ut: Sum pius, heu doleo, nam mihi ſæpe nocet. Poſſet quæri, cur doles te pium eſſe? Huic tacitæ quæſtioni ſic occurritur: Nam mihi ſæpe nocet. Anthypophora eſt ſolutio, Hypophora nanq; obiectio dicitur. Ab anti, id eſt contra, & Hypophora fit Anthypophora, quaſi contra obiectionem, id autem ſolutio eſt. Hypophero, id eſt ſuffero, ſubduco. Hypopheros tributarius.

Proſapodoſis.

Huic figuræ haud multum abſimilis eſt Proſa-

Proſapodoſis, quum aut ſingulis ſtatim ratio ſubijcitur, ut eſt illud: Neq; accuſatorem eum metuo, qui ſum innocens, neq; competitorem uereor, qui ſum Antonius, neq; conſulem ſpero, qui eſt Cicero. Aut poſitis duobus uel tribus eodem ordine ſingulis continua reddatur ratio. Quale apud Brutum de dictatura Cnæi Pompeij: Præſtat enim nemini imperare, quam alicui ſeruire, ſine illo enim uiuere honeſte licet, cum hoc uiuendi nulla conditio. Dicitur a pros, id eſt ad, & apodoſis, id eſt, redditio, hoc eſt, ad aliquid rationis redditio. Quintilianus in nono, uix cenſet in figuris habendam Antypophoram cum Diexodo & Aphodo.

Diexodos. Diexodos eſt ab Ecbaſi ad principalem materiam tranſitus, hoc modo: Longius euectus ſum, redeo ad propoſitum. Interpretatur decurſus & tranſitus. Mantuanus in primo Faſtorum: Sed quo mente uagor? uideo, mea longior æquo eſt Ecbaſis, ad ſancti feſtum redeamus Hilari.

Aphodos. Aphodon Gæorgius Valla uocat dubitationem, licet Quintilianus diſtinguere uideatur, ut: Siue me malitiam ſiue ſtultitiam dicere oportet. Quintilianus coniunctim ponit Diexodon Aphodon, ut ſit eadem figura, ueluti, Hyſteron Proteron, ideo Vallæ uix hæreo. Significant autem Diexodos Aphodos, tranſitum & reditum, teſte Raphaele Regio, ut ſit tranſitus & reditus ab Ec-

baſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

baſi ad priorem materiam. Vtrunq; componitur ab hodos, id eſt uia.

Quas tibi declarat Syntaxis non repetemus.

De Appoſitione, Euocatione, Conceptione, Prolepſi, Zeugmate, Antiptoſi, Syntheſi, & Synecdoche, quæ in Syntaxi dicta ſunt, haud operæprecium fuerit hic repetere, ita illis ſuperſedendum cenſeo.

Idiophaſis.

Neq; multum dicendum de Idiophaſi & Allophyli, quum Idiophaſis ſit reciproca conſtructio, quaſi propria locutio aut dictio, ab idios, id eſt, proprius, & phaſis, id eſt fama aut dictio, ut: Ego me diligo, tu te, ille ſe.

Allophylis.

Allophylis eſt conſtructio non reciproca, ut: Diligo Paulum. Dicitur quaſi alterius generis, ex allo, id eſt aliud, & phylon cum y græco, id eſt, genus, gens, natio. Mancinellus figuras eſſe cenſet. Neutrum nomen eſt hexametro aptum, quia Idiophaſis tribrachum includit. Allophylis uero contra Mancinellum eſt Ditrochæus, quia tertiam ſyllabam producit, ut Pamphylia ſecundam.

Rem nimis ut notam ferimus nos ſæpe tacere.

Paraſiopeſis.

Paraſiopeſis eſt quum aliquid nos reticere dicimus, utpote omnibus notum, aut cum ſuſpicionem excitare maiorem reticen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

do poſſumus. Quale eſt illud: In præſentia iudices iniuſſu populi quæ improbiſſime geſſerit reticebo. De falſis eius literis, quas ad ſenatum miſerit, nihil dicam. Quod illi ſæpe interminati eſtis omittam. Nam & hæc uobis nota ſunt, & quæ nouiſſime multo indigniora commiſit, quamprimum cognoſcenda. Item illud: Cogis me iniuriæ tuæ cauſam proferre, Nihil agis, nihil dicam, ſed ipſum tempus eam patefaciet. Latine hæc figura dicitur occupatio & præoccupatio. Paraſiopeſis penultima longa, ut, Apoſiopeſis, in Cornucopiæ Perotti ſcribitur per ſecundam uocalem ante ſ. Fit a para, id eſt apud, ab, præter, & ſiopeſis, id eſt ſilentium.

Proſopopœia. *Fingere perſonam res eſt percrebra poetæ.*

Proſopopœia eſt perſonæ fictio, quoties inanimatum ad animatum loquitur, aut contra, uel animatum ad inanimatum, uel rationis expers, ut Ouidius ad librum: Parue nec inuideo ſine me liber ibis in urbem. Et Ouidiani libri: Qui modo Naſonis fueramus quinque libelli. Horatius: Quid amplius o mare & o terra ardeo. Apud Ouidium in Metam. Terra loquitur & Cornix &c. Proſopopœia continet duos continuos Iambos, ideo hexametrum non ingreditur, a proſopon per ω mega in ſecunda ſyllaba, id eſt perſona, & pœeo, id eſt facio aut fingo. Hinc etiam & ab ethos, id eſt mos, fit Ethopœia, quæ

Ethopœia.

eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

eſt morum effictio, ſiue Mimeſis, id eſt, imita- Mimeſis.
tio, ut apud Terentium: At ego neſciebam, quorſum tu ires, paruula hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua, ſoror dicta eſt, cupio abducere, ut reddam ſuis. Mimeſis ne male pronuncies penultimam producit, quia græce ſcribitur per η, μιμησισ.

Laudatur uerbi repetitio, facta decenter.

Epanodos eſt cum decore dictionis re- Epano-
petitio ſiue regreſſio, plærunque cum negatio- dos.
ne, & interdum ſine ea, ut: Principum dignitas eſt pœne par, non par fortaſſe eorum quę ſequebantur. Item: Principatus bonus eſt, non bonus autem qui in Tyrannidem commutatur. Item: Magnus eſt labor dicendi, magna eſt res. Item: Par eſt uobis, non par mihi Iulius arte. Et ut Georgius Valla ait: Compulerantque greges Corydon & Thyrſis in unum, Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas. Epanodos proceleumaticus eſt, hexametris contumax. Fit ex epi & ana, quæ coniuncta iterum uel retro indicant, & hodos, id eſt uia, quaſi ad priorem uiam regreſſio. Sunt qui Epanhodos aſpirant, ut hodos, alij citra flatum Epanodos, Periodos, Exodus, Synodus ſcribunt, ut Philippus argyrippus, non Philhippus argyrhippus, &c. licet componantur ab hippos, de qua re alias plura dicemus, ſi mitiſſimus Dominus noſter Ieſus uitam dederit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Paradiaſtole.

Virtutum uitijs interdum nomina dantur.

Paradiaſtole eſt, quum rem noſtram dilatamus interpretatione, ut cum aſtutum ſapientem uocamus, Prodigum liberalem, Temerarium fortem. Sic cum Nigro Mancinellus. Componitur ex para, id eſt iuxta, & diaſtole, id eſt dilatatio, ut Mancinellus ait. At Fabius in nono Diſtinctionem transfert. Verba eius ſunt hæc: Detractionis gratia facta coniunctio (συνοικείωσιν uocant) quæ duas res diuerſas colligat. Tam deeſt auaro quod habet, quam quod non habet. Huic diuerſam uolunt eſſe diſtinctionem, cui nomen dant Paradiaſtolen, qua ſimilia diſcernuntur, quum te pro aſtuto ſapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem.

Synœceoſis.

In hunc locum ſic ſcribit Raphael Regius: Synœcioſis aut Synœceoſis (Nam ει diphthongus modo in i modo in e longum uertitur) ex eo nomen accepit, quod duo diuerſa ſimul habitare faciat, hoc eſt, colliget aut coniungat. Nam συνοικείωσις Synœceoſis cohabitatio dicitur.

Paradiaſtole.

Paradiaſtole autem transfertur ſeiunctio, diuiſio, ſeparatio, diſtinctio. Diaſtello, id eſt diſtinguo. Hoc autem modo a Rutilio Lupo definitur: Paradiaſtole eſt ſchema, quod duas aut plures, quæ uidentur unam uim habere, ſententias diſiungit, & quantum diſtant docet, cuiq; ſuam ſententiam ſubiungendo,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

gendo, in hunc modum: Nam quum cæterorum opinionem fallere conaris, tute ipſe fruſtraris. Non enim probas te pro aſtuto ſapientem, pro confidenti fortem, pro illiberali diligentem, pro maleuolo ſeuerum. Nullum eſt enim uitium, quod uirtutis laude gloriari poſſit. Huic Figuræ (inquit Fabius) contraria eſt ea quæ ex uicinia tranſit ad diuerſa aut ſimilia. Breuis eſſe laboro, Obſcurus fio, &c. Georgius Valla Synœſim, uocat, quam Quintilianus Synœceoſim, credo mendam eſſe in Valla. In Lexico græco Synœceſis dicitur cohabitatio. Synœceo cohabito &c.

Diaſtole.

Diaſtole (unde Paradiaſtole) inter figuras a nonnullis ponitur, ut Hyphen, quamuis ad accentum magis pertineant. Itaq; Diaſtole eſt diſtinctionis nota inter dictiones, ne putetur eſſe compoſitio.

Hyphen

Hyphen eſt dictionum coniunctio, ut noſcatur eſſe compoſitio, utq; plura ſub uno accentu proferantur, ut apud Vergilium, teſte Seruio: O ſocij, neq; enim ignari ſumus antemalorum, Et Cœli ſubterlabentia ſigna. Dicitur ſubunio, ab hypo, id eſt ſub, & hen, id eſt unum.

Hendiadym facies ſoluens immobile fixum.

Hendiadys.

Hendiadys figura eſt, quum reſoluitur ſubſtantiuum in adiectiuum, ut: Chalybem fræn oſq; momordit, pro chalybeos frænos, Et:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Et: Pateris libamus & auro, id eſt, pateris aureis per Hendiadym, ut Seruius docet in ſecundo Gæorgi. Poetis figura eſt peculiaris. Oratores uix unquam utuntur. Interpretatur unum per duo, ab hen cum aſpiratione, id eſt unum, & dia per, & dyo duo, quando unum per duo dicitur, Vt, annulum aurumq́ geſto, pro annulum aureum.

Quando pati quod agit fero, contráue, Hypallage habetur.

Hypallage.

Hypallage eſt figura, quum uerba per aduerſum intelliguntur, quum quod patitur agere dicitur aut contra. Vt: Trade rati uentos, pro trade ratem uentis. Hypallage dicitur ſubmutatio uel ſubalternatio, ex hypo, id eſt, ſub, & allage, id eſt mutatio. Allatto, id eſt muto. Hypallatto, id eſt, ſubmuto uel ſubalterno. Contra corripui cum Auſonio, licet productio ſit melior, & longe frequentior.

Liptote erit quoties plus ſignificans minus dio.

Liptote.

Liptote eſt figura, qua minus dicimus quam ſignificamus, ut: Haud parum doctus, pro multum doctus. Munera nec ſperno dulcis amice tua, id eſt, libenter accipio. Liptote, id eſt defectiua aut defectio, a lipo, id eſt, deficio uel linquo.

Anti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Antitheton fiet quoties contraria nectes.

Anti- theton.

Antitheton eſt figura,qua contraria contrarijs opponuntur.Ouidius in primo Meta: Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis, Mollia cum duris, ſine pondere habentia pondus.Hæc,ut Fabius ait in nono,non unico fit modo. Nam & fit ſi ſingula ſingulis opponuntur, ut: Vicit pudorem libido, timorem audacia. Et bina binis: Non noſtri ingenij eſt, ueſtri auxilij eſt. Et ſententia ſententijs: Dominetur in concionibus, taceat in iudicijs. Cui commodiſſime iungitur ea ſpecies, quæ Diſtinctio dicitur. Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Antitheto non abſimilis eſt Antimetabole, quæ eſt ex diuerſo mutatio, quum uerba declinata repetuntur, hoc modo: Non ut edem uiuo, ſed ut uiuam edo. Author Fabius in nono. Georgius Valla Antimetaphoram uocat. Dicitur ab anti,id eſt,contra,& Metabole, id eſt tranſitus, quaſi in contrarium tranſitus. Antitheton, id eſt contra poſitum, ab anti, id eſt, contra, & theton, id eſt, poſitum. Perſius: Crimina raſis Librat in Antithetis, doctas poſuiſſe figuras Laudatur.

Antimetabole.

Quæſtio Erotema eſt inter numerata figuras.

Erotema

Erotema eſt interrogatio. Mancinellus inter figuras locat. Lucanus in primo: Quis furor o ciues? quæ tanta licentia ferri? Gen-

tibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tibus inuiſis latium præbere cruorem: Erotao, id eſt interrogo. Erotema, uel Eroteſis penultima longa, id eſt interrogatio. Erotematicus, id eſt interrogatiuus.

Epexegeſis.

Dicta prius declarat Epexegeſis aperte.

Epexegeſis eſt ante dictorum expoſitio uel declaratio, ut: Tolle fuga Turnum, atq; inſtantibus eripe fatis. Dicitur ab Epi, id eſt ſupra, & exegeſis penultima longa cum antepenultima, id eſt expoſitio. Exegema expoſitio uel narratio. Exegeomæ, id eſt præſum & expono. Exegetes, id eſt præceptor & expoſitor.

Emphaſis.

Emphaſis eſt ſenſus maior quam uerba recludant.

Emphaſis eſt figura, altiorem præbens intellectum, quam quem uerba per ſe ipſa declarant. Author Quintilianus in octauo. Eius duæ ſunt ſpecies. Altera quæ plus ſignificat quam dicit. Altera quæ etiam id quod non dicit. Prior eſt apud Homerum, quum Menelaus Graios in equum deſcendiſſe ait. Nam uerbo uno magnitudinem eius oſtendit, & apud Vergilium: Demiſſum lapſi per funem. Nam ſic quoq; demonſtrata eſt magnitudo. Idem Cyclopa quum iacuiſſe dicit per antrum, prodigioſum illud corpus ſpacio loci menſus eſt. Sequens poſitum eſt in uoce aut omnino ſuppreſſa, aut etiã abſciſſa. Supprimitur uox apud Ciceronem pro Ligario:

Quod

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Quod ſi in tanta fortuna, bonitas tanta non eſt, quam tu per te, per te inquam obtines, intellecto quid loquor? Tacuit enim illud, quod nihilominus intelligitur, non deeſſe homines, qui ad crudelitatem eum impellerent. Vergilius in primo Gæorgicorum Emphaſim fecit, authore Seruio, dicens: Quum iam glandes atq; arbuta ſacræ Deficerent ſyluæ, & uictum Dodona negaret. Significatur enim etiam id quod non dicit, hoc eſt, non ſolum aliæ, ſed etiam ſacræ. Nam harum ſterilitas aliarum denotat infœcunditatem. Emphaſis interpretatur ſuſpicio, ſignificatio, demonſtratio, effigies. Emphanizo, id eſt, demonſtro, declaro. Emphæno, id eſt, maniſeſto. Niger Emphaſim uocat, quoties fixum pro mobili ponitur, ut, ſcelus pro ſceleſtus, &c.

Quod nihil ad ſenſum facit, eſto Parelcon ubiq;.

Parelcon

Parelcon eſt dictionis aut ſyllabæ, nihil ad ſenſum facientis, adiectio. Vt apud Terentium: Adeſdum paucis te uolo. DVM Parelcon eſt, ſyllabica adiectio. Author Donatus. Sic Parelcon eſt, SIBI, teſte Beroaldo in octauo Apuleij: In ſuo ſibi peruoluta ſanguine. Vt apud Terentium: Suo ſibi gladio hunc iugulo. Dicitur a Parelco, id eſt, produco prolongo. Si quid metri tantum cauſa inculcatur, dicitur Peripleroma, Vt: Multum ille & terris iactatus & alto. Ille enim ſuperabundat, Peripleroma.

abundat,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

abundat, teſte Seruio. Interpretatur ſuperfluitas. Peripleos, id eſt ſuperfluus, quaſi ultra plenitudinem & perfectionem, a peri, id eſt ultra, & pleroma, id eſt, plenitudo, ſupplementum. Plerofis, id eſt perfectio. Plerao, id eſt repleo, perficio.

Ob pulchram uocem quid factum Euphonia *fertur.*

Euphonia.

Euphonia eſt mutatio quæpiam uenuſtioris ſoni gratia, ut: Tytides pro Tydides, & redeo pro reeo. Interpretatur bona uox. Eu enim bonum indicat. Phone uox eſt. Quintilianus elegantius Vocalitatem appellat, quã Priſcianus bonam ſonoritatem. Euphonia, ut apud Horatium Symphonia, corripit penultimam. Licet ea ſyllaba, ut pluribus, citra neceſſitatem abutatur Mancinellus.

Apoſtrophe.

Verſus ad abſentem dicetur Apoſtropha *ſermo.*

Apoſtrophe uel Apoſtropha eſt ad abſentem ſermonis conuerſio. Vt: Te nunc appello Aphricane. Et: Nec te tua plurima Panthu Labentem pietas nec Apollinis inſula texit. Dicitur a Fabio in nono, Auerſus ſermo ſiue auerſio, Apoſtrepho auerto. Apoſtrophe etiam odium ſignificat. Apoſtrophos eſt accentus quidam apud Græcos.

Dic Allœothetam *contra artem quid uariatum.*

Allœotheta.

Allœotheta eſt accidentium contra artem mutatio, ut, Generis, Numeri, Caſus, Perſonæ,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

næ, Modi, Comparationis. Itaq; continet ſub ſe Antiptoſim, Syntheſim, & plures figuras. Exempla Mancinelli ſunt hæc: Pars in fruſta ſecant. Tu mihi quodcunq; hoc regni. Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt. Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hædis, Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas. De quibus omnibus quid ſentiamus, ſatis in Syntaxi noſtra patet. Allœothetam Priſcianus libro decimo octauo interpretatur uariationem, ad uerbum interpretatur aliter poſita, aut alia poſitio, ab allos, id eſt aliter, uel allœos cum œ diphthongo, ut græca literatura indicat, ἄλλοιος, id eſt alius & uarius atq; diuerſus, ἀλλοιόω, id eſt, permuto, ἀλλοιωσις allœoſis cum œ diphthongo, ſequente o longo, id eſt mutatio, & (ut ita dixerim) alteratio, & a theton, id eſt poſitum. Theſis poſitio, quorum compoſita penultimam corripiunt omnia, ut Antitheton apud Perſium. Agonotheta, Epitheton &c. Ideo tam Mancinellus quam cæteri, quotquot hactenus figurarum nomina uerſibus concluſere, duos Barbariſmos in hoc nomine fecerunt, peruerſe citra neceſſitatem ſecundam corripientes, & penultimam producentes.

Allœotheta dicitur alio nomine Allœoſis, quæ duo nomina in Gæorgio Valla rectiſſime cum œ diphthongo impreſſit Aldus, uir utriuſq; linguæ inſtaurator ſummus. Allœoſis.

Valla

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Solœcophanes.

Valla Allœothetam uocat alio nomine Solœcophanem, quaſi Solœcum ſiue Solœciſmum apparentem, a ſolœcus, & phanos, id eſt apparens. Vnde Amorem phaneta uocauit Orpheus, quod primus ex chao apparuerit. Hunc ſolem eſſe uolunt nonnulli. Phanizo, id eſt appareo, oſtendo, manifeſto, Vocatur eadem figura Archaiſmos, id eſt, antiquitas, ab archæos, id eſt antiquus, priſcus. Licet imperitum uulgus putet, Archaiſmon præpoſitionis tantum figuram eſſe. Mihi concinet quiſquis commentarios Donati, Seruij, Beroaldiq; diligenter perlectitauerit.

FINIS.

INDEX

2051.

INDEX FIGVRA-RVM HVIVS LI-belli.

A

Acyron 7
Acyrologia. 7
Allegoria. 32
Alleoſis. 48
Allophylis. 43
Alleotheta. 47
Amphibologia. 8
Anadiploſis. 14
Anaphora 21
Anaphora ſecũda. 21
Antonomaſia 27
Anaſtrophe 31
Antapodoſis 22
Antilogia 38
Antypophora 42
Antitheton 46
Antimetabole 46
Antanaclaſis 22
Antapodoſis 22
Antitheſis 16
Antiſtœchon 17
Antiphraſis 33
Apologia 38
Aphæreſis 15
Apocope 15
Apoſiopeſis 10
Apoſtrophe 47
Apophaſis 38
Apotheoſis 39
Aphodos 42
Aſyntheton 20
Aſyndeton 20
Aſteiſmos 34
Auxeſis 40

B

Barbariſmus 2
Barbariſmus quot modis fiat. 3
Barbarus 3
Barbara lexis 2
Barbaraphoni 3
Brachylogia 20

C

Cacophaton 12
Cacozelia 13
Cacoſyntheton 13
Caracteriſmos 28
Cacoethos 38
Catexoche 28

G Chari-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Charientiſmos 34
Catatypoſis. 36
Cancaſmos 38
Catacreſis 26
Catalogus 39
Catacriſis 38
Cœnonia 24
Craſis 17
Chronographia 37
Corographia 38
Ciriologia 10
Climax 25
Cithron 3

D

Diphthongus 3
Diaſtole 45
Dialyton 20
Diæreſis 16
Diacope 32
Diſſipata 24
Dyaſirmos 25
Diexodos 42

E

Eclipſis 10
Ectaſis 15
Ecbaſis 38
Oeconomia 40
Elogium 39
Ellipſis 16
Enargia 36
Aenigma 11
Enexerumeron 19
Epiphonema 41
Epicherema 41
Epinicium 41
Epimone 21, 42
Epicedium 41
Epitaphium 41
Epithalamium 41
Enthymema 39
Epentheſis 14
Epectaſis 14
Epitheton. 28
Epanalepſis 21
Epizeugſis 21
Emphaſis 46
Erotema 46
Epanados 44
Epexegeſis 46
Ethopœia 43
Epauxeſis 40
Aeſchrologia 12
Aethiologia 38
Euphonia 47
Exoche 28

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

2051.

INDEX.

F

Figuræ definitio. 2

G

Genealogia 39
Genethliacon 39

H

Hendiadis 45
Hyperbaton 29
Hyſteron proterõ 31
Hypozeugma 19
Hypozeugſis 19
Hyrmos 24
Hypallage 45
Hyphen 45
Hyperbole 32
Hypotypoſis 36
Homeoptoton 23
Homeoteleuton 23
Homœologia 34
Homeoſis 35

I

Icon 35
Icaſmos 35
Idiophaſis 43
Ironia 33
Iothaciſmus 4

L

Labdaciſmus 4
Lexis 3
Liptote 45

M

Macrologia 9
Metaphora 25
Metabole 24
Metalepſis 26
Metaplaſmus 13
Metaciſmus 5
Metalepſis 26
Metaſtaſis 36
Metateſis 17
Metonymia 27
Meſozeugma 19
Mimeſis 44
Mioſis aut Meoſis 11
Mycteriſmos 34
Monomachia 39

N

Nau-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Naumachia 39

O

Onomatopœia 29
Orthopœa 10

P

Parallage 17
Paragoge 14
Parabole 36
Paradigma 37
Paradiaſtole 44
Paraſiopeſis 43
Paradoxon 40
Parelcon 47
Palillogia 40
Pathos 13
Paronomaſia 21
Paromaton
Parentheſis 31
Parœmia 34
Paromeon 23
Phraſis 37
Periergia 8
Periſſologia 8
Periphraſis
Peripleroma 47
Phyſiologia 40
Pleonaſmus 8
Ploce 24
Polyptoton 24
Polyſyntheton 20
Polyſyndeton 20
Prætor 3
Pretor 3
Problema 41
Prolepſis 18
Proparalepſis 14
Proſtheſis 14
Protheſeon 17
Proſonomaſia 22
Protrepticon 41
Proſopodoſis 42
Proſopopœia 43
Protozeugma 19
Propempticon 41

S

Sapis pro Iſapis 4
Sarcaſmos 34
Schema 17
Scheſiſonomaton 23
Scheſis 23
Syllepſis 19
Syllogiſmus 39
Syncopa 15

Syn=

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

2051.

INDEX.

Syntomia 9
Synalepha 16
Synecdoche 28
Synazeugmenon 19
Syncheſis 31
Synœceoſis 44
Syſtole 16
Synæreſis 16
Solœcophanes 48
Soleciſmus 5
Soleciſmus quot modis 6
Solœcus 5
Solœ 5
Soræſmos 35
Stratagema 40
Stribiligo an Scribiligo 5

T

Tapinoſis 12
Tautologia 9
Tmeſis 32
Topographia 37
Topotheſia 38
Tropus 25

V

Vitia orationis 2

Z

Zeugma 19

FINIS.

IMPRESSVM VVITEBERGAE
in officina hæredum Georgij Rhau, 1558.
Impenſis Nicolai Fǒrd, Ciuis &
Bibliopolæ Haff-
nienſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

AN
MAN
SILOGV
Iohann
ctioni
con



Anno

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ANTONII MANCINELLI VER-SILOGVS, DILIGENTER AB Iohanne Murmelio ueræ le-ctioni reſtitutus, eiuſdemq; commentariolis ex-plicatus.



Anno M. D. LVIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

IOANNES MVRMELIVS Ruremundenſis, Petro Nehemæo Drolſhagio, præclaro bonarum artium Profeſſori, S. D.

VErſificatoriæ artis quanta ſit utilitas, nemo eſt, uel modicæ literaturæ, qui ignoret. De qua cùm multa ab egregijs ſcripta Grammaticis extant opuſcula, tum maxime ad inſtituendos pueros, idoneus uidetur Antonij Mancinelli (hominis rei literariæ peritiſsimi) libellus, quem ille (quod de uerſibus componendis rationem, ſermonemuè contineat) uerſilogum non inepte nominauit. In hunc ſtudioſæ iuuentutis gratia, commentariolos olim calamo tumultuante ſcripſi, quos iam recognitos, & à mendis repurgatos, tibi Petre literatiſsime nuncupatum dedico, peculiariterq; adſcribo. Quod munuſculum, licet haud quaquam ſit pretioſum, & te, homine mei nominis amantiſsimo, non ſatis dignum, erit tamen (ut ſpero) mutui erga te amoris mei, qualecunq; ueluti pignus ac monumentum. Vale, ex urbe Monaſterienſi, octauo Calendas Februarij, Anno ſalutis noſtræ ſupra milleſimum quingenteſimo nono.

Anto-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ANTONIVS MANCINEL-
lus inclyto adoleſcenti Ioanni Michaeli
de bonis augurijs, clariſſimi uiri
Dominici filio, urbani quidem
Gymnaſij doctoris ſum-
mi, S. P. D.

AVgur Romulidas inter celebrande Michael
Laudibus innumeris, ſpes, decus, aura meis.
Calliope te noſtra petit, chorus ipſe furorum
Conſequitur, Phœbo percutiente lyram.
Has tu ſuſcipiens, lauro redimitus ad altam
Parnaßi Cyrphin, illico ductus eris. Ductus eris,
Hic ſacrum nectar libãs dicere Poeta: (pro duceris.
Aſcrëi calamos Calliopeia dabit.
His igitur poteris, clari memoranda parentis
Plurima uicturis tradere carminibus.
At quia permagna eſt genitori copia laudum,
Deficient uires promere cuncta tibi.
Quid refert? Iacobus adeſt, Marcellus & alter,
Eſt Bernardinus gloria Romulidum.
Cantabunt igitur, uerſu quæcunq; decoro
Promere noluerit Calliopeia tibi.

Augur hic eſt cognomen. Romulidæ di-
cuntur Romani a Romulo conditore.

Perſius:

Verum inter pocula quærunt
Romulidæ ſaturi, quid dia poemata nar-
rent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Michael mediam producit, quod autem uulgus eam corripit, hinc reor proueniſſe, quia accentu acuto ultima pronunciatur, pro lege barbarorum nominum, ideo mediam, quæ grauem accentum habet, creditum eſt natura breuem eſſe, quod in plurimis dictionibus eueniſſe compertum habemus. Angelus tamen Politianus uerſum hunc reliquit:

Verinus Michael florentibus occidit annis.

Calliope Muſarum optima eſt, & bona uox interpretatur. Vergil. Vos o Calliope precor aſpirate canenti. Dicitur etiam Calliopeia. Ouidius, Prima ſui cœpit Calliopeia chori. Parnaſſus mons eſt Phocidis (ut ait Strabo lib. 9.) qui uniuerſus conſecratus exiſtit, antra & alia loca honore & ſanctitate digna continens. Eſtq; in Parnaſſo rupes quædam prerupta, fundoſam relinquens uallem, per quam plurimus amnis diſpergitur, quæ rupes Cyrphis uocatur, hinc itaq; biceps Parnaſſus dicitur. Ibi autem Phœbus Muſis præeſſe fertur lyra ſonans.

Aſcra uicus ad Heliconis partem, ubi Heſiodus patris oues cuſtodiens, uiſis Muſis, ac Dijs alijs, ad fontem Hippocrenem ductus, clariſſimus factus eſt Poeta. Calliopeia igitur dabit tibi calamos Aſcrei, hoc eſt, tales fiſtulas, quales olim Heſiodo dediſſe perhibetur.

Iacobus tetraſyllabum eſt, & penultimam producit. Claudianus: Ne laceres uerſus dux Iacobe meos. Quatuor filios habuit

Domini-

Dominicus de bonis augurijs, utriuſq; iuris Doctor, quorũ primo Ioanni Michaeli hunc uerſilogum dedicauit Mancinellus. Alij tres uocantur Iacobus, Marcellus, Bernardinus.

Cantabunt igitur, ordo eſt, ſubaudi fratres tui cantabunt decoro uerſu, quæcunq; Calliopeia noluerit promere tibi. Romulidũ per ſyncopen dixit, pro Romulidarum.

De Verſu Hexametro.

Hexametrum ſenis pedibus deducere carmen
Theſpiades monuere Deæ, pia numina uatum
Heroum quintus, ſpondeum ſextus habeto,
Communes reliquis debent utriq; reponi.

Verſus (ut Diomedi placet) eſt partium legitima diſpoſitio, & pedum culta copulatio conſonanti ſpecie, metricam exhibens regulam. Verſuum genera plura ſunt, ſed inter omnia frequentiſſimi uerſus ſunt, heroicus hexameter, & elegiacus pentameter.

Heroicus uerſus dictus eſt, quod eo res geſtæ heroum deſcribi ſolent, hexameter uero, quod ſex regiones habet, quarum quinta ſoli dactylo, ſexta ſoli ſpondeo propria eſt, reliquæ ijs communes ſunt. Theſpiades dictæ ſunt Muſæ, a Theſpia oppido Heliconi propinquo, patria Theſpidis, quæ Muſarum nutrix fuiſſe traditur.

De pedibus Hexametri uerſus.

Dactylus è longa fiet, breuibuſq; duabus:
Martius oſtendit, uel carmina, nempè latinis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Spondeum faciet, diſſyllaba dictio longa.
Multi,uel currunt, amenſuè, exempla teneto.
Vltima cuiuſq; eſt communis ſyllaba uerſus.

Pes eſt metrica conſtitutio ſyllabarum. Pedes multi ſunt, inter quos duo ſolum, dactylus & ſpondeus, uerſum hexametrum conſtituunt, quorum etiam cognitio tibi tyruncule ſufficit. Dactylus conſtat ex una longa, & duābus breuibus ſyllabis, ut Martius, carmina. Spondæus uero ex duabus longis, ut,multi,currunt, amens. Trocheus in ſexta regione aliquando poſitus uidetur, ſed quia ultima ſyllaba cuiuſq; uerſus communis eſt, in illa ſpondeus ſemper reſidere comprobatur. Tertia autem regio, tribrachyn aut iambum non admittit, nam ſyllaba finalis, quæ natura breuis eſt, gratia pentimemeris, id eſt, ſemiquinariæ producitur,& ſic illic uel dactylus eſt,uel ſpondeus.

Auctarium, ex arte uerſificatoria eiuſdem Murmelij ſumptum ad uerbum. Nec hoc prætereundum mihi uidetur,quod equidem ab omnibus huius artis ſcriptoribus, (quos hactenus non parum multos legi)prę‑teritum miror, in quinta nonnunquam regione,Peana primum inueniri.

Lucilius. Illuuies ſcabies oculos hinc deniq; petigo.
Lucret. Deniq; cœleſti ſumus omnes ſemine oriundi.
Apud Plinium in libro natur. hiſtor. 35.
Marcus Ludius Elotas, Aetolia oriundus.

Scrutari

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

2057

Verſilogus.

Scrutari æternum regem cognouimus Ieſum. Pruden.
Bile ſub obliqua pretioſam proderit Ieſu. Idem.

De carmine elegiaco.

Pentametri dabitur primus Romane duobus,
Spondæus duplex, duplex uel dactylus, aut ſunt
Alterni, poſt hoc bene ſyllaba longa ſequetur.
Inuenias quandoq; breuem tu plura legendo.
Dactylus inde duplex, poſt unica ſyllaba detur.

Elegiacus uerſus dicitur, quod eo, hexametro addito miſerabiles hominum ærumnæ, amorumq; labores deſcribi ſolent. Elegos enim luctus interpretatur. Hinc elegia, quaſi luctuoſum carmen. Poetæ tamen etiam res lætas eo carmine poſtea ſcribere cœperunt.

Pentameter dicitur, quod duabus ſemiquinarijs conſtat. Semiquinaria autem duos pedes & ſyllabam continet. Prior ſemiquinaria, conſtat ex duabus dactylis, & longa ſyllaba, ut, Maxima de nihilo. Vel ex duobus ſpondeis & longa ſyllaba, ut, O nullis tutum, Vel ex altero dactylo, & altero ſpondeo, ac longa ſyllaba, ut, Immemor antiqui. Poſterior uero pentametri ſemiquinaria, ſemper ex duobus dactylis & ſyllaba conſtat, ut, Naſcitur hiſtoria. Pectore profer opus.
Vulneris arma capit. Quod monet ipſe facit.
In priori ſemiquinaria poſt duos pedes, aliquando breuis ſyllaba ſuperat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Propertius:

Omnia ſi dederis, oſcula pauca dabis.

Ouidius:

Si nihil attuleris, ibis Homere foras.

Clauditur optime pentameter diſſyllaba dictione, dehinc tetraſyllaba, ut:

O nullis tutum credere blanditijs. Reliquis uero deterius.

Auctarium ex Deſpauterio.

Non omnia quæ grammaticis dura uidentur, Poetæ uſquequaq; refugerunt. Deſinit enim pentametrum uenuſte in dictionem diſſyllabam, nec male in tetraſyllabam, pentaſyllabamq;, interim etiam in hexaſyllabam. Duriter autem in triſſyllabam, duriſſime autem in monoſyllabam, niſi enclitica ſit, quæ ad ſuperioris dictionis ſubſtantiam pertinere uidetur, aut niſi monoſyllaba præcedat.

Ouid. 1. Triſt.

Interdicta mihi cernitur Italia.

Martia. Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.

Propert. Contractum nullis ante cupidinibus.

Hele:ad. Nec ſedeo duris torua ſupercilijs.

Martial. Portinus ingentes ſunt inimicitiæ.

Propert. Et caput impoſitis preſſit amor pedibus.

Martial. Sunt hæc tria quidem zoile, ſed mea ſunt.

Catul. Aut facere hæc a te dictaq; factaq; ſunt.

Tolerabiliora ſunt in fine duo monoſyllaba.

Ouidius. Præmia ſi ſtudio conſequar iſta, ſat eſt.

Monoſyllaba præeunte ſynalœpha frequens eſt.

Ouidius

Ouidius:

Et ſolum conſtans in leuitate ſua eſt.

De tempore.

Temporis unius correpta eſt ſyllaba ſemper.
Longa duum: Nono Fabij *præcepta notarunt.*
In pede ſic quinto ſpondeus ſæpe locatur.
Dactylus æqualis ſpondeo in tempore, nam fit.
Cornua uelatarum obuertimus Antemnarum.
Tertius Aeneidos *meminit.*

Tempus eſt mora qua ſyllaba effertur, longa autem, ſyllaba duo tempora, breuis unum habet, ut in nono libro Oratoriæ inſtitutionis Quintil. & in 2. Priſcia. tradiderunt. Tantum enim temporis una longa proferenda abſumitur, quantum duabus breuibus exprimendis. Dactylus temporum quatuor eſt: Spondæus eſt ei æqualis temporibus, hinc aliquando in quinta regione, quæ dactylo propria eſt, inuenitur.

Vergil. in Buco.

Chara deum ſoboles, magnum Iouis incrementum.

Horatius.

Inuitum qui ſeruat, idem facit occidenti.

Quotieſcunque autem id fit a Poetis, fere obſeruatur, ut in quarta regione ſit dactylus, ne tres ſpondei ſe continue ſubſequantur, quod tamen nonnunquam, licet rariſſime, deprehenditur.

De poteſtatibus literarum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Inter uocales i duplex conſona fiet.
Maiores, meio, uel maij, pandit abunde.
Syllaba detur ei duplex, hei ſyllaba ſola,
Vniuſq; etiam, cui dicas, huic quoq; iunge.
Priſci. 7. *Ille cui patuere, cui Albinus tamen inquit.*
Lætus huic dono uideas dare thura nepotes.
Falſus huic pennas, ſyluarum protulit autor.
Accipe Pompei, quarto Naſonis habetur,
Aſt aliqui Pompei dicunt. Vultei, quoq;, Caiq;.
Horat. 7. *Durus ait Vultei nimis attentusq; uideris.*
Marti. 9. *Caius a prima tremebundus luce ſalutat.*
Marti. 9. *Quod debes Cai redde, inquit, Phœbus & illic.*

Litera eſt minima pars uocis, quæ ſcribi poteſt indiuidua. Literarum aliæ uocales, aliæ conſonantes. Vocales quinque ſunt, a, e, i, o, u, ſic dictæ quod per ſe uoces perficiunt, Y additur Græcorum cauſa nominum. Reliquæ conſonantes dictæ ſunt, quia cum uocalibus ſonant. Quarum aliæ ſunt ſemiuocales, aliæ mutæ. Semiuocales a uocali incipiunt, & in ſe deſinunt, & ſunt hæc ſeptem, f, l, m, n, r, ſ, x, quibus additur, z, propter græcas dictiones. Omnes autem ſemiuocales, ſonum ab e uocali inchoant, & in ſe terminant, præter x, quæ teſte Priſcia. ab i incipit, f, tamen ſola, nomine eſt ſemiuocalis, poteſtate uero (ut idem Priſcia. multis rationibus probat) eſt muta. Sunt autem præter f mutæ octo, b, c, d, g, k, p, q, t,

quia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

quia a proprio ſono incipientes, in uocalem e deſinunt, præter k, quæ in a terminatur, & ſuperuacua litera eſt, & q quæ in u uocalē ſonum finit. Inter ſemiuocales duæ ſunt ueræ liquidæ, l, & r, quæ poſt mutam poſitæ, uocalem præcedentem natura breuem, non cogunt poſitione eſſe longam, ſed ſæpe liqueſcunt, id eſt, cedunt, & illam breuem eſſe permittunt. Sunt etiam duæ duplices conſonantes, x, & z. X, enim uim habet cs, ut, pax, uel gs, ut rex. Z, geminum ſſ ualet, ut gaza, ueteres enim gaſſa ſcribebant. Ex uocalibus, i, & u, conſonantes fiunt, quoties ſuum ſonum amittunt, & aliam uocalem in una ſyllaba præcedunt, ut, Iuno, Venus. I autem conſonans, inter duas uocales, in ſimplici dictione poſita, duplex conſonans eſt, ut, maiores, meio, Caius, Pompeius. In compoſitis aliquando ſimplex manet, ut, bijugus, quadrijugus, reijcio.

Ouid. 4. Metam.

Corpora dum bijugum, pictis inſignia frenis

Iuuenalis 7. Satyra.

Quadrijugis in ueſtibulis atq; ipſe feroci.

Vergilius:

Tityre paſcentes a flumine reijce capellas.

Eſt enim proceleumaticus in 5. regione pro dactylo, ut Seruius teſtatur. Eſt etiam nonnunquam, i conſonans in fine ſyllabæ, ut Priſcianus ſcribit libro 7. & hæ dictiones oſtendunt, cui, huic, Pompei, Vultei, Cai, &

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ſimilis uocatiui. In ei, quoq; conſonans eſt, & monoſyllaba eſt dictio, ut idem uult 11. lib. ſed per diæreſin a Poetis, in duas ſyllabas diuiditur, aut ideo duarum ſyllabarum eſt, etiam in ſoluta oratione, ut ab interiectione hei, quæ monoſyllaba eſt, differat. Hinc Mancinellus dicit:

Syllaba detur, ei, duplex, hei ſyllaba ſola.

In datiuis, cui, & huic, pronunciandis, duo cauenda ſunt, unum ne diuiſis ſyllabis proferamus, alterum ne, u, quæ illic uocalis eſt, ſonum in pronunciatione perdat. Albinus per diæreſin primo rerum Romanarum libro, cui diſſyllabum protulit:

Ille cui ternis Capitolia celſa triumphis,
Sponte deum patuere, cui freta nulla repoſtos
Abſcondere ſinus, non tutæ mœnibus urbes.

Statius ſimiliter primo ſyluarum, huic, diuiſit:

Lætus huic dono uideas dare thura nepotes,
Et: Falſus huic pēnas, & cornua ſumeret ethre

Idem tamen ſępe huic monoſyllabū protulit.

Huic quamuis cenſus dederit largita beatus,
Et: Huic Hermum fuluoq; Tagum decurrere limo.

De uocatiuis in i ſciendum eſt, quod autore Priſcia. omnis uocatiuus ſecundæ declinationis in i, una ſyllaba minor eſt nominatiuo ſuo, Hinc Pompei Vultei Fontei duarum ſyllabarum ſunt, quoniam Pompeius, Tulteius tres ſyllabas habent. Cai autem monoſyllabum eſt, quia Caius duarum ſyllabarum eſt. Sed i in illis uocalis eſſe non poteſt,

nam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

nam ſi uocalis eſſet, diphthongon faceret. Tales autem diphthongos, non habent latini. Poetæ tamen interdum dieresi utentes, unam ſyllabam in duas reſoluunt, & tamen more ſuo uocalem ante uocalem producunt. Ouidius in principio quarti de Ponto,

Accipe Pompei deductum carmen ab illo. Mart. 9. Quod debes Cai redde, inquit, Phœbus, & illic, ubi etiam nominatiuum, Caius, triſyllabum protulit. Caius a prima tremebundus luce ſalutat.

Auctarium. Diæreſis eſt unius ſyllabæ in duas diuiſio, ut ſyluæ, diſſyllabum eſt, ſed uates lyricus Horatius per treis ſyllabas, ſyluæ dixit. Vnde Ioannes Deſpauterius libro primo artis uerſificatoriæ,

Scandere ſi bene uis, tu noſſe diæreſin apte,
Ex una per quam duplex fit ſyllaba ſemper.
Sic, ſyluæ, uates, lyricus triſyllabon effert.

Synæreſis eſt duarum uocaliū in unam contractio naturaliter diuiſarum.

I ſimul u iunctæ uocali, conſonæ habentur.
Continuo ueruntamen unica ſyllaba fiet,
Vt: Ianus, Iuno, uinum, uacinia, uellus.

I & u de uocalibus conſonantes fiunt, quando in eadem ſyllaba præpoſitæ alteri uocali, ſonum ſuum amittunt, ut, Ianus, Iuno, ubi, i, fere ſonum, g, habet, uado, Venus, uanum, ubi u fere ſonum f tenet.

V poſt g ſeu q uocali nempè ſequente.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Vim perdit, iam, lingua, docet, iam pandit, iniquus,
Euaneſcit item dicendo, ſueſcouè, ſuetus,
Dicendo & ſuauis, perſuadeo, ſiue ferendo,
Tul. de fi. *Quod tu id maluiſti: Lucilius edidit ipſe,*
Theb. 1. *Statius at dixit, quas nox inopina ſuaſit.*
Horat. *Flaccus item ſcribit, fureſq; fereq; ſuetæ.*
Conſona uocalis facta eſt in, perſoluenda:
Ouidius. *Nunc quoq; te ſaluo perſoluenda mihi.*

V poſt g q uel s poſitum, ſæpe uim literæ perdit, ut lingua, iniquus, ſueſco, ſanguis, aqua, ſuauis, unguis, qualis, ſuadeo. Non enim uocalis eſſe poteſt, cum in eadem ſyllaba alia uocalis. Sic & diphthongus eſſe non poteſt, cum nulla diphthongus ab u incipiat, & huiuſmodi ſyllabę ſæpe corripiantur, Neq; in illis dictionibus conſonans eſt, nam ſi conſonans eſſet, cum altera ſibi propoſita poſitionem faceret, quod minime fieri dictio, aqua docet, cuius prima eſt correpta.

Vergilius:
Propter aquæ riuum uiridi procumbit in herba.

Poetæ tamen interdum quando u poſt s ponitur, ſyllabam diuidunt, & u fit uocalis.

Stat. Theba.
Quas nox inopina ſuaſit.

Horatius octaua ſatyra primo ſermonum:
Cum tibi non tantum fureſq; feræq; ſuetæ.

Solet etiam Poetica licentia u ex uocali fieri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

fieri conſonans. Lucilius, referente Cicerone in finibus bonorum & malorum.

Quod tu id maluiſti. Verg. 1. Georg.

Tenuis nec lanæ per cœlum uellera ferri.

Contra, aliquando ex conſonante fit uocalis. Tibul.

Pectora triſtitiæ diſſoluenda dedit.

Similiter i modo ex uocali conſonans efficitur. Seneca trag. 2.

Cuncta diuitias metuitq; caſus.

Eſt enim uerſus ſapphicus. Hinc etiam Alexander Gallus, artis uerſificatoriæ peritus, uerſus ſic reliquit:

Diuitias nuptias ſimul induciaſq; minaſq;.

Vbi in dictione nuptias i facta eſt conſonans. Id etiam diligens lector apud probatos ſæpe comperiet. Econtrario, i modo ex conſonante fit uocalis. Seneca in quarta Tragœdia.

Si qua feruenti ſubiecta cancro eſt. Nam & hic ſapphicus uerſus eſt.

De Scanſione.

Ex ijdem, ac eiſdem, uocalis tollitur una,
Seu potius binas uocales uertit in unam,
Ii ſimul atq; ijs tu monaſyllaba dicere debes:
Dÿ quoq; Dijsq; ſimul tolletur litera prima,
Semianimus lector ſemiuſtus ſemihominiſuè:
I perdunt quoties ſcandendo diuido carmen.
E debinc amittit, ſic deinceps e quoq; perdit,

Oq;

Oq́; proinde ſuum dimittere debet ubique,
E deerat perdit, deeſt perdere uult ſimul illud:
Sic deero, deeſſem, uel deeſſe. Tamen puer audi:
Horatius. *Cogitat aut ſpecioſa dehinc miracula promat.*
Flaccus in arte tulit. Summus fert ipſe Poeta:
Aeneid. *Vix ea dicta, dehinc progreſſus monſtrat ad aram.*
The. 8. *Fracta dehinc cunctis, auerſaq́; pectora bello.*

Scanſio eſt legitima metri in pedes ſingulos diſtinctio, & commenſuratio. Origo nominis hinc eſt, quod per pedes ipſos, quaſi ſcalarum gradus, ſcandentes incedimus. In ſcanſione ĳdem, ĳſdem, ĳ, ĳs, dĳ, & dĳs alterum i abĳciunt. Horat.

Iidem eadem poſſunt horam durare probantes. Idem.

Dĳ tibi diuitias dederint artemq́; fruendi.

Alĳ dicunt, quod per ſynæreſin duo ĳ in unũ ceount. Semianimis, ſemiuſtus, & ſemihominis, in ſcanſione i perdunt. Statius,

Viſcera ſemianimeſq́; libens traxiſſe medullas.

Dehinc, deinde, & deinceps e in ſcanſione amittunt. Vergilius.

Sic dehinc effatus frondenti tempora lauro.

Horatius.

Vnguibus & pugnis dein fuſtibus atq́; ita porto.

Dehinc tamen ſæpe diſſyllabum remanet. Proinde o abĳcit in metro. Vergil.

Proinde tona eloquia.

Deeſt,

2051

Deeſt, deerat, & deerit alterum e dimittunt.

Lucanus.

Non deeſt prolato ieiunus uenditur auro.

E quoq; ſæpe fugit, uocali poſt ſubeunte,
Vergilius profert, aluearia uimine texta. Georg.
Nec tantum Rodope miratur & Iſmarus Orphea. In Bucol.
Ferreiq; Eumenidum thalami & diſcordia demens, In 1. æne.
Iam ualidam Ilionei nauem, iam fortis Achatæ.
Caucaſeaſq; refert uolucres, furtumq; Promethei.
Ilioni quidam ueruntamen atq; Promethi In Bucol.
Scribendum monuere, ſynæreſin efficiendo.

E ſequente altera uocali, in ſcanſione ſæpe eliditur, aut per ſynæreſin duæ uocales in unam coeunt, ſiue una pro duabus ponitur. Eſt autem ſynæreſis conglutinatio duarum ſyllabarum in unam facta. Tibul.

Rure leuis uero flores apis ingerit alueo.

Vergil. in æneid.

Iam ualidã Ilionei nauem iam fortis Achatæ.

Quidam tamen ſcribunt Ilioni, & non Ilionei. Sic 2. Georg.

Corticibuſq; cauis uitioſæq; ilicis aluo, per ſyneræſin teſte Seruio, aluo pro alueo dicitur.

De colliſione.

Ecthlipſis necat m: uocalem aufert ſynalœpha,
Multum ille & terris fuerat iactatus & alto. Ex 1. æn.
Terminat in nomen quoties uocalis, & illud
Conſequitur, prima eſt uocalis & m remouenda:
Dictio præcedens uocalem poſt retinendo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Illam dimittit uocali quippe ſequente.

Scanſioni accidunt ecthlipſis & ſynalœpha. Ectlipſis dici poteſt expreſſio, uel eliſio, fit autem quando ſequente uocali, conſonans præcedentis dictionis exprimitur cum ſua uocali. Eadem figura uocatur ellipſis, uel ellepſis, & transfertur a Quintiliano detractio. Vergil. Monſtrum horrendum ingens, cui quot ſunt corpore plumæ. Scanditur enim ſic: Monſtror, rend in, gens cui, quot ſunt, corpore, plumę. Synalœpha interpretatur coniunctio, compreſſio, uel complexio. Et fit quando uocalis aliqua in fine dictionis, per ſubſequentem uocalem abijcitur in metro. Vergilius: O ſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu. Sic enim demenſuratur, O ſcil, lex al, ta ſuſ, pendunt, mollia, pinu.

Auctarium ex Deſpauterio.

Dicimus ellipſis cum i in ſecunda ſyllaba, uel cum e ellepſis, & interpretatur (ut dictum eſt) detractio, ab ex & lipo uel lepo, id eſt, deſero, deficio, linquo. Dicitur etiam ecthlipſis uel ecthlepſis cum c exili & th aſpirato, id eſt, expreſſio uel eliſio, ecthlibo, id eſt, exprimo, elido, excludo. Caue ne dicas cum indoctis ſcandiſare.

Id tamen haud ſemper poſſunt ſeruare Poëtæ.
Aenedi. 3. *Inſulæ Ionio in magno fert Muſa Maronis.*
Victor apud rapidum Simoënta ſub Ilio alto.
Et uera inceſſu patuit Dea, ille ubi matrem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Verſilogus.

Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam. In Georg.
Et longum formoſe uale, uale, inquit, Iola. In Bucol.
Clamarent ut littus Hyla Hyla omne ſonaret. In Buco.6
Credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt. In Buco.
Egerat à ſtabulis ò Erythee tuis. Prope. 4.
Rumpe moras omnes turbataq; arripe caſtra. Verg. 10.
Nomen & arua locum ſeruant te amice nequiui.
Saltem laudemus dummodo ipſe egeat. Catul.
Bellorum pompa animam exhalaſſet opimam. Iuue. 10,
Inſignita forent tum millia militum octo. Ennius.
Et formam contra poſitarum imagine coni. Priſcian.
Viuendum eſt recte cum propter plurima, tum his. Iuue. 10
Aſt aliqui tamen h ſcripſerunt conſona quod ſit.

Pluribus exemplis comprobat, Poetas non ſemper ſeruare id quod dictum eſt de m cum ſua uocali elidenda, ſi ſubſequens dictio a uocali incipiat, & de uocali in fine dictionis per alteram ſubſequentem interimenda. Solent enim ſæpe m integrum ſeruare cum ſua uocali, ut:

Inſignita forent tum millia militum octo.

Frequenter etiam uocalem ſeruant incolumen. Vergilius:

Stant & iuniperi & caſtaneæ hirſutæ.

Interdum non totam uocalem excludunt, altera ſubſequente, ſed unum tempus abijciunt, & ex longa breuem ſyllabam faciunt, græcorum imitatione. Idem.

Te Corydon o Alexi, trahit ſua quenq; uoluptas.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

S cum uocali ſibi iuncta aliquando mouetur,
2.Georg. *Aut ouium fœtus,aut urentes culta capellas.*
12.Aene. *Inter ſe coijſſe uiros & decernere ferro.*
At Seneca octauo uult eſſe: Et cernere ferro.
Iuue. 14. *Diſpoſitis prædiues hamis uigilare cohortem.*
S, quoq; ſola perit: te nanq; exempla docebunt.
Lucr. 5. *Arboribus ueteres decidere falcibus ramos.*
Catul. *Affixus noſtris tu dabis ſupplicium.*
Sudor tibi arcano florentes igne ſmaragdos.
Ennius. *Interea ſol albus receſsit in infera noctis.*
Horatius. *Linquimus inſani ridentes præmia ſcribæ.*

S, aliquando in metro cum ſua uocali abijcitur. Vergil. in 2. Georgicorum.

Aut ouium fœtus aut urentes culta capellas.

Alij tamen uerſum ſic legunt, Aut fœtus ouium, aut urentes culta capellas. Alij uero non fœtus ſed fœtum legunt.

Idem in 12.

Inter ſe coijſſe uiros & decernere ferro.

Seneca tamen in 8.epiſtolarum libro,non decernere,ſed cernere legit, ut ſimplex poſitum ſit pro compoſito, ſicut apud Ennium, Ferro non auro uitam cernamus utrieꝙ. Aliquando s, ſola abijcitur uocali remanente. Et hoc modo fit in fine quinti libri Lucretij:

Arboribus ueteres decidere falcibus ramos.

Modo in principio dictionis. Hora.

Linquimus inſani ridentes præmia ſcribæ.

Auctarium.

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

In prædicto uerſu Iuue. Diſpoſitis prædiues hamis, cenſeo cum Britannico eſſe legendum potius armis, Auarus enim, de quo loquitur Poeta, diſpoſitis armis res ſuas cuſtodit, non hamis,quod alij inepte exponunt quibus fures caperentur.

De uerſu Hypermetro.

Exuperat uerſus cui ſyllaba Hypermeter eſto.
Ecce furens animis aderat Tyrinthius, omnemq́;
Acceſſum luſtrans,huc ora ferebat & illuc. 8. Aenei.
Finem principio uerſus adiunge ſequentis,
Quacceſſum dicens, de cunctis ſic quoq́; fiet.

Verſus Hypermeter uel Hypermetrus dicitur, cui ſyllaba in fine ſupereſt, quotienſcunq; tamen hoc fit, ſequens uerſus a uocali inchoatur, quæ uocalem in fine præcedentis uerſus elidit.

De aſpiratione.

Vim quandam in uerſu aſpiratio habere uidetur.
Haud tamen id uerum eſt, illa ſine namq́; relegi
Carmina multa,quibus ſynalœphe nulla tenetur.
Exempla oſtendit uideas, illa ſubeunte:
Poſthabita coluiſſe Samo,hic illius arma. 1. Aeneid.
Pontice cum Licino hic quoq́; magnus homo eſt. Mart. 2.
Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni. Iuuena. 2.
Atq́; Catullus ait, iam dicetur hymenæus.
Vergilius,manibus hominum periiſſe iuuabit. 3. Aneid.
Quid mirum? plura inuenies,non hac ſubeunte,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Longa quidem prolata, licet correpta locanda.
Lucan. 2. Dum ſanguis inerati Lucani continet alter.
10. Aene. Nam tibi Tymbre caput Euandrius abſtulit enſis.
2. Aeneid. Luctus ubiq; pauor, & plurima mortis imago.
12. Aene. Et furijs agitatus amor, & conſcia uirtus.
Aeneid. 4. Pectoribus inhians, ſpirantia conſulis exta.
Aeneid. 2. Noſtrorum obruimur, oriturq; miſerrima cedes.
Aeneid. 3. Liminaq; laurusq; dei totusq; moueri.
Ouid. 5. Sideraq; uentiq; nocent, auidæq; uolucres.
Idem. Mittit Hypermeſtra de tot modo fratribus uni.

H, non eſt litera, ſed aſpirationis nota, autore Priſciano in primo libro. Pleriq; autem ob hoc dictiones per h ſcriptas, eodem modo pronunciant, ac ſine h ſcriptas, ut hora & ora, hara & ara, hac & ac eodem modo enunciant, quorum manifeſtus eſt error, ex ipſo aſpirationis nomine. Angelus Politianus, in undeuigeſimo miſcellaneorum capite ſic ſcribit: Eſt uero obſeruandum, ut etiam in pronunciando, quemadmodũ in ſcribendo uocibus aſpires. Quod autem in metro nullam uim habeat, contra multorum opinionem late belleq; probat nunc Mancinellus. Vltimum exemplum, quod Naſonis eſt, quidam purgant, quod græce Hypermeſtre ſcribatur per ita.

De prima Syllaba.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Verſilogus.

Octo rite modis noſcetur ſyllaba prima,
Seu poſitu, ſeu diphthongo, ſeu præpoſitiua,
Deductu, exemplo, uel norma, compoſituuè.
Vocali ante aliam, poſitus tamen eſſe feretur,
Cum poſt uocalem ponetur conſona bina,
Vel plures, aut X duplex, aut Zeta uel i ſit,
Vt: tempus, luſtrum, dixerunt azymus, aio.
Hinc ſemper longa eſt uocalis quælibet ante.

Syllaba eſt comprehenſio literarum, quæ ſub uno accentu, & uno ſpiritu profertur, ut: ab, de, rex, dens, frons, ſtirps, abuſiue tamen & ſingulas uocales ſyllabas dicimus, a, e, i, o, & u. Syllabarum aliæ primæ, aliæ mediæ, aliæ ultimæ. Monoſyllabæ autem dictiones inter ultimas ſyllabas cenſentur. Prima ſyllaba octo modis cognoſcitur, poſitione, diphthongo, præpoſitione, deriuatione, exemplo, regula, compoſitione, & uocali ante alteram uocalem. Poſitio eſt, cum duæ aut plures conſonantes, aut una duplex uocalem ſequitur, in eadem uel diuerſis dictionibus, ut: tempus, luſtrum, axis, azymus, aio. Sed ad tres exceptiones animum attende o ſtudioſe tyro. Vna eſt, ſi dictio in breuem uocalem terminetur, ſubſequens ab x, uel z, incipiat, ideo non producitur illius dictionis ultima.

Lucanus:

Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem.

Vergilius:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacinthos.

Dictio præcedens poſitu quandoq; potitur.

Iuue. 16. *Vindicta grauior, quam iniuria, fert*

Iuue. 8. *Occulta ſpolia, & plures de pace triumphos. (cho.*

Ouid. 3. *Cur hedera hæc cincta eſt, hedera gratiſſima Bac-*

Secunda exceptio eſt. Si dictio in breuem uocalem deſinat, & ſubſequens a duabus conſonantibus inchoetur, aliquando illius dictionis ultima, ob conſonantes ſubſequentes, producitur, ut, Occulta ſpolia, & cætera, aliquando remanet breuis, ut:

Ibant quo poterant, quo non poterant ibi ſtabant.

L, tamen rq; ſimul poſt mutam forte ſequentes,
Vocalem efficiunt communem, ſi breuis eſſet.
Vt, Cyclades, Doryclus, uel Cyclades, atq; Doryclus
Sic, patris, ac tenebræ, patris uel ſiue tenebræ.

Tertia exceptio eſt, ſi uocalem natura breuem, muta cum liquida ſequatur, facit eam communem, hoc eſt, quæ modo corripi, modo produci poſſit. Sunt autem duæ ueræ liquidæ, l, & r, ut: Cyclades primam habet communem, doryclus mediam, patris primam indifferentem habet, tenebræ uero mediam.

M, ſimul n, græcis liquidæ quoq; uocibus inſunt.

Sil. 8. *Ecce inter primos Theramneo à ſanguine clauſi.*

M tanquam poſuit mutam, Marcus tamen inquit,

Delectat

Delectat Marium ſi pernicioſus Ichneumon. In 7.

Enterpe cohibet nec Polymneia. Horatius.

Communem mediam, Græcis ſeruabit arithmos.

M, & n, in Græcis dictionibus nonnunquam liqueſcunt. Hinc græci arithmos modo media breui, modo longa utuntur. Sæpe etiam uocalem ante m, & n, poſitam corripiunt. Siluius in 8.

Ecce inter primos Theramneo a ſanguine clauſi.

Hic, m, tanquam mutam poſuit. Sic Horatius in primo Oda.

Euterpe cohibet nec Polymneia.

Eſt enim uerſus aſclepiadeus, & ei diphthongus diuiſa eſt. Sunt tamen qui legunt, Euterpe cohibet nec polyhimnia. N, etiam ſæpe, poſt mutam poſita liqueſcit.

Ouidius.

Piſcoſamq; Gnidon grauidamq; Ametunta metallis. Martialis.

Delectat Marium ſi pernicioſus Ichneumon.

De Diphthongo.

Diphthongus græce producitur atq; latine.

Euterpe, prædico, docent, breuiato præuſtus.

Corripies etiam Romane, præire, præeſſe.

Diphthongus eſt duarum uocalium in una ſyllaba comprehenſio, unum efficiens ſonum. Et ſunt quatuor apud latinos, æ, au, eu, & œ, ut ætas, aurum, eurus, fœlix. Præ, ſequente uocali corripitur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Stipitibus duris agitur ſudibuſue præuſtis.

Aliquando diphthongus, per diæreſin, in duas breues ſyllabas diuiditur.

Catullus:

Si linguam clauſo tenes in ore. Idem:

Verboſa gaudet Venus loquela.

Martialis 5:

Nunc uiuit neuter ſi bibo noſq́ȝ.

Sunt enim uerſus Phaleucij.

De Præpoſitione.

Compoſitæ, de, præ, ſe, di, quoq́ȝ præpoſitiuæ
Sunt producendæ, dirimo breuiare memento.
A ſimul e, longa eſt uocali non ſubeunte.
Amitto, euado, nobis exempla dabuntur.

Præpoſitio tanta eſſe ſolet in compoſitione, quanta per ſe eſt. Hinc, de, præ, ſe, di, a, & e, producuntur, ut: defero, prædico, ſepono, diligo, amoueo, emitto. Excipiuntur, dirimo, diſertus, aperio, quæ primam corripiunt. Ouidius:

Hanc deus & melior litem natura diremit.

Horatius:

Fœcundi calices, quem non fecere diſertū.

Ouidius:

Tunc aperit mentes æuo rariſſima noſtro.

Ab, uel ad, obq́ȝ, breue eſt, uocali nempe ſequente,
Nempe re corripitur, refert producitur, eſſe
Vtile ſignificat quotiens, diſtatuè notabit.
Producit reduco quidem, breui atq́ȝ reduco,

Dij tibi dent capta claſſem reducere Troia. Horat. 2.
Palma negata macrum donata reducit opimum. Idem 2.

Ab, ad, ob, in, ſub, per, ſequente uocali, in compoſitione corripiuntur, ut: abigo, adamo, abeo, inuro, ſubigo, pereo. Re, in compoſitione corripitur, ut: repono, recurro. Refert impersonale, ſignificans intereſt, uel diſtat, primam producit. Prudent:

Nil refert armis contingat palma doliſue.

Reduco, reiicio, rettuli, reppuli, repperi, & rellatus, primam poſitione producunt. Reduco uero, reiicio, retuli, repuli, relatus, primam natura corripiunt.

Pro longam doceo, uocali non ſubeunte.
Nam, proauus, prohibet, ſoliti breuiare Poetæ.
Corripiunt etiam, profuguſuè, procella, profanus.
Tum pronepos, propero proficiſcor, ſiue proteruus
Sitq; profeſſus, erituè, propheta, profecto, profundus
Adde ſimul dictiſuè, profundus ſiue profectus.
A propè, ſiue procul, dixerunt talia duci.
Corripit & prologus, tu cætera noſſe labora.

Pro in compoſitione plerunq; producitur, niſi uocalis ſequatur, ut: proauus, prohibeo. Multa tamen excipiuntur, in quibus pro corripitur, & hæc quidam credunt compoſita a prope uel a procul.

De deriuatione.

Deductæ uoces, primaria rite ſequuntur.
Hinc donum, à dono ueniens, producitur uſq;.

Deriua-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Deriuatiua ſolent plerunq; primitiuorum quantitatem retinere, ut, donũ, primam producit, quia dono, a quo deriuatur, primam habet longam. Sed hic modus ualde incertus eſt, & duę latiſſimæ ſunt exceptiones, ſed quia tyrunculis hæc ſcribuntur, breuitati ſtudebo.

A breuibus deducta quidem, producimus iſta,
Iunior, & caſus, ſtatutus, tegula, remus,
Vitupero humanus, laternaq;, ſecula, rapum,
Legem, iucundus, binus, totus, quoq; regem,
Regula, uel denus, nonus, uocem, quoq; trinus,
Viginti Italiam, uel macero, uenaq;, uomer.
Iumentum, pecus, iungantur ſecius humor,
Sicelis, ac fomes, ceritus, iugera, ſedes.
Cætera Marte tuo poteris dinoſcere lector.

Hæc una eſt exceptio. Hæ dictiones, a breuibus deriuatiuæ producuntur. Iunior a iuuenis, caſus a cado, ſtatutus a ſtatutum, tegula a tego, remus a remoueo, uitupero a uitium, humanus ab homo, laterna a lateo, ſeculum a ſeco uel a ſequendo uel a ſene, rapũ a rapio, legis nomen a lego, iucundus a iuuo, binus a bis, totus a tot, regis nomen a rego, regula a regor, denus a decem, nonus a nouem, uocis nomen a uoco, trinus a ter, uiginta a biſginta, Italia ab Italus, macero a macer, uena a uenio, uomer a uomo, iumentum a iuuo, pecus a peto, ſecius a ſeco, humor ab humus, Sicelis a ſiculus, fomes a foueo, ceritus a ceres, iugerum a iugum, ſedes a ſedeo.

Hæc

Hæc nata ab longis correpta reponere debes.
Sume dicax, ſtabilis, manus, & titulus, uel ariſta,
Iunge lucerna, ſopor, quater, atq; farina, diſertus,
Sic fragor, aut fragilis, ducis, atq; tigillus, ofella,
Adde uadumuè, ſagax, prædictis adde ſigillum,
Iunge uirũ, uel aquam, noto uerbũ, iunge quaternus,
Inde mamilla, fides, ſiquidem, nato, ſiue bubulcus,
Hinc odium, lotium, fatuuſuè, curulus, acerbus.
Et femur, ac ligulam, uel omaſum, ſic & aceruus,
Cætera Marte tuo poteris dinoſcere lector.

Altera exceptio: A longis deducta corr. Dicax a dico, ſtabilis a ſto, manus a mano, titulus a tutum tutu, ariſta ab aro, lucerna a luceo, ſopor a ſopio, quater a quatuor, farina a farre, diſertus a diſſero, fragor a frango, fragilis ab eodem, ducis nomen a duco, tigillus a tignum, ofella ab offa, uadum a uado, ſagax a ſagio, ſigillum a ſignum, uir a uis, aqua ab æquo, noto uerbum, a notum notu ſupino, quaternus a quatuor, mamilla a mamma, fides a fido, ſiquidem a ſi, nato a natum ſupino, bubulcus a bos, odium ab odi, locium a lotus, fatuus a fatum ſupino, curulis a currus, acerbus ab acer, femur a femen, ligula a lingua, omaſum ab omen, aceruus ab aggero.

De Exemplo.

Exemplo utemur, ratio cum deficit ulla.
Inde ſiler breuio, ſectans exempla Maronis.
Curua tenent, ut molle ſiler, lentæq; geniſtæ. Vergil. 2.

Hinc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Hinc Ruffine ſequar te, cum penultima dicens.
Tullius hunc laudat, cui ſit penultima longa.
Tubera ſunt fungi, tubures at poma uocantur.
Obijce producas, obice at correpta locetur.
Correptum ſubicit, productum ſubijcit eſto.

Exemplo cognoſcimus primæ ſyllabæ quantitatem, cum ad alicuius probati Poetæ confugimus autoritatem, ut, ſtylus primam corripit, dicente Horatio:
Sępe ſtylū uertas iterum quæ digna legi ſunt. Georgius Valla in lib. de Poetica. Hoc nobis ad omne carminis genus ſummum fuerit pręceptum, ut clarorum Poetarum multa carmina teneamus, ea ſiquidem non ad quantitates ſyllabarum modo dinoſcendas præſtabunt autoritatem, ſed magnam quoq; in dicendo copiam facient, ingenium excitabunt & iudicium maturabunt.

De primis ſyllabis communibus.

Communem retinent primam, quæcunq; ſequuntur,
Gradiuus, Pelcon, palatia, ſiue Diana,
Hymen, Fidene, rubigo, loquorue, Pachinus
Sychæus, tineæ, uitrum, liquiduſq;, Sicanus,
Britanni, ac Italus, Bithynus ſiue profectus,
Profundo uerbum, Cacus quoq; iunge propino,
Procurro, Orion, Corcyra ac inſula quædam.
Humulus, & cratis, Silenus, Criticus, atque
Rutilius, rudo, uel Lycas, atque Pyrene,
Dolon, Curetes. Verum tu plura notabis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

De Regula.

Regula iam ueniet, qua ſyllaba prima patebit.
Præteritum quotiens diſſyllabon inuenietur,
Producit primam, ceu legi, tolle fidiq́;.
Tolle dedi, atque tuli, ſtetit, & bibit, ac ſcidit ipſe.
Abſcido abſcidi, abſcindo tamen abſcidit effert.

Regulæ generales, quibus primę ſyllabæ quantitas innoteſcit, tres ponuntur. Prima eſt, Omne præteritum diſſyllabum primam producit, ut: legi, feci, luſi. Hinc ſex excipiuntur, fidi a fido, dedi a do, tuli a fero, ſteti a ſto, bibi a bibo, & ſcidi a ſcindo.

Præteritum geminans, primam ſibi corripit uſque,
Pendo demonſtrat ſolitum formare pependi
Cætera præſentis naturam quippe reſeruant.
His tamen exceptis, genui, poſui, potuiq́;,
Nam gigno, & pono, poſſum, quoq́; longa notantur
Inuenies reperi, repuli, retuliq́; legendo,
Repperit inuenies, & reppulit, illud idem ſit.

Secunda regula, Omne præteritum geminans principium, primam corripit, ut: pependi, fefelli. Reliqua autem præterita naturam præſentis ſeruant, ut clamaui primam producit, ſicut clamo, rapui primam corripit ſicut rapio.

Excipiuntur tria, genui, poſui, & potui, quæ primam corripiunt, cum præſentia producantur. Coegi etiam primam breuem habet, cogo longam. Reperi, repuli, retuli,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uel repperi, reppuli, rettuli per geminatam literam inuenimus.

Producunt primam diſſyllaba cuncta ſupina.
Vt: luſum, uiſum, tolluntur itumq́;, quitumq́;.
A cieoq; citum, coniunge datumq́; ſitumq́;,
Adde litumuè, ſatumuè, rutum, ſtata iungere debes.

Tertia regula, Supina diſſyllaba primam producunt, ut, riſum, uiſum. Excipiuntur itum ab eo, quitum a queo, citum a cieo (nam citum a cio primam longam habet) datum a do, ſitum a ſino, litum a lino, ſatum a ſero, rutum a ruo, & ſtatum a ſto.

De Compoſitione.

Compoſita accentu monſtratur ſyllaba quanta eſt.
Perlego, propono, prædico, præparo dices.

Qui ignorat, quanta ſit prima ſimplici dictione, componat eam, & iam accentu deprehendet, ut quod uado primam producit, euado indicat, quod paro primam corripit, præparo demonſtrat.

De uocali ante uocalem.

Vocalis tamen ante aliam, correpta manebit
Nominibus noſtris, præter dius ſimul aër.
Nomina græca tamen ſunt iſta ferenda latinis.
Dic fio fiebat item, ſed nempe ſequenti
R poſt e, ut fierem, fieres, correpta dicemus.
Græca quidem producta leges, correptaq́; multa:
Aonides, Clio, demonſtrat Iulius, Iola.

Vocalis ante uocalem in latinis dictionibus corripitur, ut, pius,meus,tuus,ſuus. Excipiuntur dius & aer, quæ primam producunt,hæc tamen græca ſunt dicenda. Fio etiam primam producit, & inde formata, niſi quando i, e & r,ſubſequuntur,ut: fierem,fieri,in græcis ſæpe uocalis producitur ante uocalem, ſæpe corripitur,ut late Dionyſius Neſtor ſcribit, qui diligentiſſime latiniſſimeq; de ſyllabarum quantitatibus tractauit.

De media Syllaba.

Syllaba quinq; modis meſa noſcitur ipſa Latinis:
Diphthongo,poſitu,exemplo,accentu quoq; bino,
Vocali ante aliam,diuiſum cuncta patebunt.

Media ſyllaba quinq; modis cognoſcitur,diphthongo, poſitione,exemplo,accentu, & uocali ante alteram uocalem, adduntur a quibuſdam duo modi,diminutio & regula.

Diphthongus longa eſt, poſitus quoq; longus habe-
Pandit lenæus, comœdia ſiue repoſtus. (tur.

Diphthongo & poſitione, media ſyllaba producitur, ut: lenæus, comœdia,aduſtus, guberno.

Noſcitur exemplo,fiducia quanta locetur.
Omnis ſpes Danaum, & cepta fiducia belli. 2. Aenei.
Bacchius Ruffinus ait,non bacchius autem.
Principium bacchius erit,concludet iambus.

De medijs communibus.

Communes medias quædam ſeruare notabo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Contudit Syphacem pharſalia,ſiue Bathaui,
Cyane cyane,letythus lecythus atq;,
Connubium Cybelæ,bebrycis, ſiue Cybellæ,
Orion dices orionis ac orionis.
Aegæona ferunt ægæona ſæpe Poetæ,
Porſena,ficedulæ, Proſenna ac iunge Sicamus.
Mart. 1. Vrere quam potuit contempto Mutius igne,
Hanc ſpectare manũ Porſena non potuit. (Accipere.
Aenei. 8. Nec non Tarquinium eiectum Porſenna iubebat.
Plura quoq; inuenies ſita ſic,relegendo Poetas.
Communem retinet mediam ablatiuus, eodem :
Iuuen. 10. Nec placeat curru ſeruus portatur eodem :
Cato. Non eodem curſu reſpondent ultima prĩmis.
Cic. in or. Non eodem ſemper ſpatio portata teruntur.
Prop. 2. Hoc eodem ferro ſtillet uterq; cruor.
Verg. 10. Vno eodemq; tulit partu : Maro protulit ipſe.
Sic etiam dices in,eadem,poſſe notari.
10. Aene. Vna eademq; uia ſanguisq; animusq; ſequuntur.
Prope. 3. Hac eadem rurſus Ligdame curre uia.

De Accentu.

Accentus lex eſt, qua ſyllaba tollitur ipſa.
Deprĩmiturúe tibi,quicquam Romane ferendo.
Eſt grauis accentus, circumflexus,uel acutus,
Aſt circumflexus,uocem leuat & premit ipſam.
Noſcitur accentu ſolum penultima quanta eſt.
Sidera,latratus,fortuna,uel indicat ample.

Semper

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Semper, ubiq;, feras uol ibidem : corripe nunquam.

Accentus eſt certa lex ſiue regula, ad leuandum deprimendumue ſyllabam uniuſcuiuſq; dictionis. Et eſt triplex, grauis, acutus, & circumflexus. His omiſſis penultima ſyllaba duplici accentu cognoſcitur, producto & cõrepto, producto, ut : natura, fortuna, correpto, ut tabula, ſidera. Sæpe tamen fallit nos accentus, ut : Vergili, Mercuri, utraq; , & pleraq; nominatiui aut accuſatiui caſus, calefacis, frigefacis, & ſimilia penultimam acuunt, quæ tamen in metro corripiuntur. Contra uero deinde, exinde, proinde, exaduerſum, quieſco, nimirum, ſiquando, Michael, Raphael, Iſrael, Barrabas, & ſimilia, penultimam doctiſſimorum iudicio grauant, quam uerſificatores proculdubio producunt.

Ante aliam ſemper uocalis corripietur
Vocibus in noſtris : ut gloria, filius, ac dic
Vnius unius, uel ſic cognata reponas
Alterius tantum uel alius dicere debes.
Conſona præcedens es quintæ, res tibi demonſtrat,
Tradit e correptum genitiuo ſiue datiuo.
Namq; rei format fideq; fides generabit.
At ſi præcedet uocalis : longa ſit e tunc.
Oſtendit facies faciei ſiue diei.
Aulai pro Aulæ recte producere debes.
Dic choream, plateamúe, choream, ſiue plateam.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Sic maleam dices,maleam nomina græca.
Corripiunt partim,partim producta uidebis.
Oceanus,Simois,docet id, ſpondeus oreas.

Vocali ante alteram cognoſcitur media ſyllaba, nam illa in latinis dictionibus corripitur,ut: dubius,tenuis,gloria,filius. Excipiuntur genitiui in ius,qui habent penultimam communem,ut: ſolius, unius,illius. Alterius tamen penultimam corripit: Alius uero ſemper producit: Nomina item quintæ declinationis in ies terminata, penultimam genitiui & datiui producunt, ut: ſpeciei,diei. Sic aulai,terrai,pictai,pro aulæ, terræ, pictæ,penultimam longam habent. In græcis nominibus uocalis ante uocalem, modo producitur, ut ſpondeus oreas,modo corripitur,ut: oceanus Simois,modo eſt communis, ut: chorea,platea,malea.

De ultima Syllaba.

Vltima noſcetur triplici ratione Latinis.
Diphthongo,ut: muſæ,poſitu quoq;, ſicut amarent.
Regula prædictis quamplurima iungitur apte.

Vltima ſyllaba tribus modis cognoſcitur,diphthongo,ut: muſæ,ut heu, poſitione, ut: ſapiens, pars, ſors, & regula. Præterea cognoſcitur exemplo,ut: uer producitur, dicente Ouidio.

Ver erat æternum, placidiſq; tepentibus auris.

In

In A.

Omnia lector in a debes producere,ſicut
Intereà,contra,tolles, ita,uel quia,tantum,
Vltrà,uel fruſtra,uerum communia legi.
Ima uehunt cœli luxit dum fruſtra frequenter, Ruffinus.
Curaq́; nil prodeſt,nec ducitur ultrà cicatrix. Sere.
Caſus in a breuis eſt,præterquam, ſextus,ut aula.
Quintus item græcus, quem rectus in as generabit,
O Palla,Aenea,Diana,Bitia,Peliaq́;,
In rectoq́; etiam muliebria ſæpe Pelaſgum
Produxere,uelut Tegea,Nemeaq́;,Rheauè,
In ginta inuenio communia,corripe genta.
Quadraginta,docet,uel quinquaginta, Michael,
Quinquaginta uiros, prologo dixere ſecundo. In The.
Quadraginta dedit gracchus ſeſtertia dotem. In Sat. 2.
Mutua quod nobis ter quinquaginta dediſti, Martial.
Sexaginta teras cum limina mane ſenator.

Dictiones in a deſinentes producuntur, ut: contra, interea,ama. Excipiuntur ita & quia, quæ corripiuntur. Vltra & fruſtra habent ultimam communem. Omnes etiam caſus in a corripiuntur, præter ablatiuum & uocatiuum nominis græci in as terminata, ut: Palla, Aenea, Borea. Quædam etiam græca nominatiui caſus fœminini generis a producunt,ut: Tegea,Nemea,Rhea. Nomi- na item in ginta, habent ultimam commu- nem,ut: triginta, quadraginta, quinquagin-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ta,ſed quæ in genta finiuntur, ſemper corripiunt.

In E.

Producuntur in e monoſyllaba,me,ſeu,te,ſe.
Ipſaq; pro &,breuiat,quæ longa eſt ſemper ubiq;,
Rite,ne,pro an,breuis eſt,probibẽs, ne lõga manebit
Ne quoq; pro certe,uel pro ut non,longa docetur.
Væ populo dicens,producas, corripe pro uel.
Fœmineum nomen Græcorum ſit tibi longum.
Penelope,Libye,Nerine, pandit abunde.
Quintæ ablatiuum produc,ternæ breuiabis.
Excipiturq; fame, tabe communis habetur.
Diphthongo primæ genitiui, ſiue datiui,
Recti,uel quinti plurales, ſunt bene longi.
Exemplum muſæ demonſtrat,ſiue Poetæ.
Quippe uocatiuus primæ ſextuſue Pelaſgum
Producunt ſemper : docet Anchiſe uel Achate.
A dandi caſu deducta aduerbia produc
E ſumunt quoties,mutato o : pandere poſſunt :
Doctè, uel ſtultè, breuia malè uel bene ſemper.
Illa ferè fermè quarè & producere debes.
Induperatiui longi quoq; ſunto ſecundæ.
Dic uale ſiue uale, quoniam reperitur utrunq;
Idq; quod ignoti faciunt uale dicere ſaltem.
Triſt. 1. Tu tepe,communem lector,cale, uel lique ponas.
Catullus. Alta tepefaciet permixta ſanguine cæde,
Ouid. 7. Tura liquefaciunt peligni ſeptimus inquit,

Omne

Omne aliud iam iam poliſyllabon eſt breuiandum.
Scribere, demonſtrat, prope, gauſape, cepe, cubile.

De dictionibus in e terminatis, octo dantur regulæ. Prima, Monoſyllaba in e producuntur, ut: me, te, ſe, de, præ, e. Excipiuntur, q́; ne, & ue, coniunctiones.

Secunda: Omne græcum nomen in e, fœminini generis ultimam habet longam, ut: Penelope, libye, nerine.

Tertia: Ablatiui quintæ declinationis in e, producuntur: tertiæ uero corripiuntur. Excipitur fame, quod ultimã habet longam, & tabe quod habet ultimam indifferenter.

Quarta regula, Genitiui & datiui ſingulares, ac nominatiui & uocatiui plurales, primæ declinationis, ultimam ratione diphthongi producunt, ut: muſæ, poetæ.

Quinta regula, Vocatiui & ablatiui græcorum nominum in e producuntur, ut: Anchiſe, Achate.

Sexta, Aduerbia in e deducta a datiuo in o nominis adiectiui, producuntur, ut: docte, pulchre, tute, clare, ſtulte. Sed male & bene, ſemper corripiuntur. Fere etiam, ferme, hodie, & quare producuntur.

Septima, Verba imperatiui modi, ſecundæ coniugationis, e producunt, ut doce, tene. Vale tamen ultima breui, inuenitur: Caue & uide nonnunquã corripiuntur, quod olim tertiæ coniugationis erant cauere & uidere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

uidere. In uerbis quoq; compoſitis, tepefacio, calefacio, liquefacio e communis eſt.

Octaua regula, Omnia alia poliſyllaba in e corripiuntur, ut: amare, docere, ſcribere, audire, uelle, domine, tempore.

In I.

I finita uelut ſtudui producito cuncta.
Græcorum quintus, ceu Thebai, corripietur.
Sicq; datiuus aget, d iuncto: id Phillidi monſtrat.
Lib. 3. *Tyndaridi uerum, Paridiq;, Propertius inquit:*
Statius, ac Thetidi, quare ſic plurima cernes,
Præcipue quoties, is, nomina græca tenebunt.
Aſt ubi, ſiue mihi, tibi, uel ſibi, lector ibiue,
Communes legi, niſi uel quaſi corripiuntur,
Sæpe, quaſi, Ruffus uertens producit Aratum,

Dictiones in i producunt, ut: magiſtri, ſtudui. Excipitur uocatiuus græci nominis, ut: Thebai, Amarylli, Alexi. Et datiuus a græco nomine in di, ut: Palladi, Phyllidi. Ponuntur tamen huiuſmodi datiui interdum ultima longa. Vbi, mihi, tibi, ſibi, ibi, ultimam communem habent. Additur cui, quando eſt diſſyllabum. Niſi & quaſi corripiuntur frequentius, quandoq; tamen producitur quaſi.

Lucre. lib. 2.

Et deuicta quaſi cogatur ferre patiq;.

Ruff. in ara.

Vt nec curua quaſi declinat cornua.

Melius tamen corripitur, quaſi cæſuræ licentia

licentia uideri poteſt, ut apud Sidonium in Epita. Polemij.

Sint tamen, penituſq; niſi nihil eſſe probentur.

In O.

Omnia (ceu do, ſto)monoſyllaba longa feruntur.
Producunt,breuiantq́; ſimul poliſyllaba uerba,
Nomina item, ueluti curro,currendo,Catouè.
Ablatiuus enim producitur atq́; datiuus,
A domino monſtrat. Duo,ſemper corripietur.
Sæpe,ego, communem ſacri poſuere Poetæ.
Frater ego tibi ſim filius unus ego. Prope. 2.
Græcula,ceu Dido,uel Sappho,longa tenebis.
Tanto uel quanto, ſic cuncta aduerbia produc.
Illico,corripies,modo mutuo,uel cito ſemper.
Commune eſt,ergo,crebro, ſero atq́; profecto.

Omnia in o monoſyllaba producuntur, ut: do,ſto,pro,ſio. Poliſyllaba uerba,& gerundia habent ultimam communem,ut: curro,lego,currendo, legendo. Nomina etiam habent ultimam communem, ut: homo,uirgo,formido, latro. Excipiuntur datiui & ablatiui, ut: magiſtro, domino. Duo ſemper habet ultimam breuem. Græca enim in o produci ſolent,ut: Dido,Sappho,Erato,Clio. Aduerbia præterea in o producenda ſunt,ut: tanto,quanto,uero, falſo. Excipiuntur illico, modo,muto,& cito, quæ ſemper corripiun-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tur. Ergo, crebro, ſero, & profecto, ultimam communem habent.

In V.

V longam pones, ueluti cornu, uel amatu.

In C.

In c producas, ceu, fac, dic, duc, ſimul halec.
Excipitur donec, lac, nec, quia corripiuntur,
Hic pronomen, erit commune, alias bene longum.

Fac iuniores nonnulli produxerunt, Et Ouid. 1. de remed. am.

Durius incedit: fac ambulet, omne papillæ.

Item pri. de arte aman.

Hos hac Armenios, hæc eſt Danęia Perſis.

Sed & idem Ouidius alibi corripuit, cum inquit:

Mille fac eſſe iocos, turpe eſt neſcire puellam.

Et, Phylli fac expectes Demophoonta tuum.

Martial. etiam corripuit in lib. 5. Epigram.

Signa rarius aut ſemel fac illud. Analogia id etiam oſtendet, nam dic, duc, fac, pro dice, duce, face, dicimus, per apocopen, abiecta autem e litera, uocalem quæ ante c eſt, naturalem quantitatem ſeruare æquum eſt. Vnde dic, duc, producenda, fac uero corripiendum eſt. Sulpitius tamen Verulanus putat, fac natura produci, & ubi corripitur, more ueterum face legendum cenſet, ſed eius opinioni Neſtor Nouarienſis non ſubſcribit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

B,d,corripitur,ſic m,t,ni poſitus ſit:
Vel ſit diphthongus: uel ſyncopa facta Poetis.
Sub,uel ob oſtendunt,ad,ſed,caput,occiput,umq́;.
Inſignita forent tum millia militum octo, Ennius.
Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni. Iu. Sat. 6.
Quis neſcit,aut quis non uidit uulnera Pali?

In H.

Ach, uach producunt.

In h ſunt longa,ſicut monoſyllaba, & indeclinabilia, in a, ut: ach & uach, pro aha & uaha.

In L.

L breuis ſemper: ceu ſal,ſemel, Annibal, & mel,
Sol, nil, produces,Gabriel,Pol,ſiue Michael.

In L corripiuntur,niſi exeant in ol,ut:ſol, pol, quæ producuntur,& nil, ſed nihil,corripitur. Producuntur etiam in l facienti elis, penultima longa,ut: Michael,Gabriel.

In N.

N producatur,ceu titan,quin,Helicon,ſplen,
Excipe tu forſan,uel forſitan,attamen,exin,
In,uel an,atq́; uiden: ſic creſcens per genitiuum,
(Vt nomen)producit: hymen,Syren quoq́; ſemper.
An ullas proferre preces,Balbus tamen inquit.
Rectus in in,delphin demonſtrat,longus habetur.
Ilion ac Pelion breuies, ſic plura Pelaſgum.
Quartus in in breuis eſt:ceu Tigrin,Thirſin,et,Iſin

Quartus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Quartus in an primæ, uel in en producitur uſq;,
Indicat Aenean, Anchiſen, Penelopenue,
Fœminei quartus dans, an breuiatur ubiq; :
Maian & Aeginan, ſed Naſo in triſtibus inquit:
I.tri. *Qui legis Electran, & egentem mentis Oreſtem.*

Dictiones in n producuntur, ut: pean, titan, ſplen, quin, helicon. Excipiuntur, forſan, forſitan, tamen, attamen, exin, in n, & apocopata, ut, uiden.

Nomina item in en, quæ inis habent in genitiuo, ut: nomen, lumen. Nonnulla etiam græca in on, ut: Ilion, pelion. Et accuſatiui in in deſinentes, ut: delphin, alexin, & accuſatiui in an fœminini generis, ut: Maian, Aeginan.

In R.

Omnia lector in r correpta, ut: Cæſar & imber.
Producas aër, craterq; ſtaterq;, character,
Sic & iber, æther, cur, fur, panther, quoq; lar, far,
Ver, nar, par, diſpar, uel compar, compoſitiua.
Cor commune leges, amor, atq; dolor, pauor atq;.
Plurima ſic etiam, ni forte figura notetur.

Dictiones in r finitæ, habent ultimam breuem, ut: Cæſar, mater, martyr, lector, murmur. Excipiuntur aer, crater, ſtater, character, iber, æther, cur, fur, panther, lar, far, uer, nar, par, & eius compoſita quę producuntur. Cor, amor, dolor, pauor, communia leguntur, ſed amor, dolor & pauor rectius corripiuntur, quod autem longa, & plura eis ſimilia inueniuntur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

niuntur, figurate a Poetis factum eſt.

In As.

As finita (uelut pietas) producito cuncta.
Corripe græca tamen, ſi dis, genitiuus habebit.
Palladis ut Pallas. Plurales corripe quartos.
Græcorum ternæ, uelut Arcadas ac elephantas.

In as producuntur, ut pietas, & accuſatiuus primæ. Excipiuntur græca in as, quæ faciunt adis uel ados in genitiuo, ut: pallas, dis, uel dos. Omnis etiam accuſatiuus tertiæ corripitur, ut: arcadas, elephantas, priamidas, a priamis &c. Nec omnia græca in as corripiuntur, quia pallas pallantos, & ſimilia producuntur.

In Es.

Es retinens produc, ſpecies oſtendit, & hæres.
Corripe multa tamen, penes, inquies, es quoq; uerbū
Compoſitiua ſimul. Breuis & penultima creſcens.
In quibus eſt breuia, teres & miles, ſimul hoſpes.
Hic tamen excipimus paries, abies, pes,
Resq;, ceres, & ſpes, iungantur compoſitiua.
Plurales caſus græcorum corripe ſemper.
Lampades accipiam, uel Troades aut Garamantes.

Dictiones in es producuntur, ut ſpecies, hæres, doces, leges, audies. Multa excipiuntur, ut: penes, inquies, es uerbum, & compoſita, ut: addes abes, potes. Nomina item quorum genitiuus creſcens, penultimam corripit, ut: teres teretis, miles militis. Hinc excipiuntur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

tur aries, paries, abies, pes, res, ceres, & ſpes, cum compoſitis, ut: expes, bipes, tripes, quæ ultimam longam habent. Græca nomina in in es pluralis numeri corripiuntur, ut: rhetores, lampades, garamantes, troades.

In Is.

Is correpta manet, tum Græcis tumq́; Latinis.
Vt Paris, ac ignis, produc Simois, Pyroisq́;.
Thetyos & Thety, Thetis ac Thetidis breuianda.
Colum. *Sic micat aut rutilis Pyroeis aut ore coruſco.*
Et formidantem patrios Pyroenta dolores.
Priſcian. *Balbus ait quinto, recto ei diphthongus habetur.*
Delphis Delphinis, ſic Aris, ſic & Eleuſis.
Vel Delphin, Arin, & Eleuſin longa manebunt.
Producti recti, quibus a penultima, creſcens
Longa datur patrio: Samnis Samnitis id offert.
Caſus in is numeri longus pluralis habetur,
Vt quis uel nobis, dominis. Vis ſis quoq́; longæ.
Sic nolis, quamuis, adſis, & compoſitiua.
Is uero, quis, bis, mis, tis, ſunt corripienda.
Verborum quartæ (uelut audis) ultima longa.
Neſcis uel dormis, communia legimus eſſe,
Producunt fueris, dederis, legerisq́; Poetæ,
Longa uelis, mauis, is uerbum & compoſitiua.
Vt tranſis, uel adis, uel obis: ſic cætera cuncta.

Græca & Latinis in is, corripiuntur, ut: paris, alexis, lapis, ignis. Excipiuntur Si-

mois,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

mois, & Pyrois, Tethys Thethios ultimam cum prima producit. Vergi.in 1. Georg.

Teq; ſibi generum Tethys emat omnibus undis.

Sed thetis thetidis, habet ultimam cum prima breuem.

Statius.

Iam dudum tacito luſtrat Thetis omnia uiſu.

Delphis item, aris, et eleuſis ultimã producunt, quæ indifferenter in is uel in in terminantur. Nomioatiui etiam producentes penultimam creſcentis genitiui, habent ultimam longam, ut dis, lis, ſamnis. Plurales item caſus in is producuntur,ut dominis, nobis. Quis datiui & ablatiui caſus producitur, quis nominatiui caſus corripitur. Vis & ſis cum compoſitis producuntur,ut mauis, adſis,præſis. Similiter uelis & nolis habent ultimam longam. Verba quartæ coniugationis, ſecundam perſonam ſingularis numeri producunt,ut: uenis,audis,abis,ibis, redis,& cætera id genus.

Is pronomen nominatiui caſus corripitur.

In Os.

Os longum fiet,uelut os oriſue,ſacerdos.
Os tamen oſsis habens,breuiandũ compos,& impos,
Corripe græca,uelut chaos,ilios: ac genitiuos,
Tethios, iliados: longa heros,tros quoq; minos,
Androgeos,& athos,uel rhinoceros,phileroſue.

In os producuntur,ut,os oris, corripitur

autem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

autem os oſſis. Item compos,& græca nominatiui aut genitiui caſus, quæ non habent omega,ut: logos,iliados,producuntur autem quæ mutant os in oos, aut otos, penultima longa,ut: tros,minos,heros,rhinoceros. Item androgeos,& athos.

In Vs.

Vs breue:ceu Marius,monoſyllaba longa,uelut thus,
Sic etiam tellus, quibus & penultima creſcit
Longa quidem ſemper:palus eſt communis habenda,
Quarta autẽ patrium producit treis quoq; plures.
Longi græcorum patrij: diduſue,calipſus. (pus.
Longa manet,Hydrus,Panthus,Amatuſue, Melam-
Pus retinens breue fit,quoties iunxere ſecundæ.
Oedipus oſtendit,græce œdipos atq; melampos.

Dictiones in us finitæ corripiuntur, ut: candidus,albus,tempus. Excipiuntur monoſyllaba,ut: thus,ius,plus,rus. Et ea nomina quæ u longam habent in penultima creſcentis genitiui,ut: uirtus,ſalus,tellus,palus,quod Horatius corripuit. Genitiuus item ſingularis & nominatiuus,accuſatiuus ac uocatiuus plurales quartæ declinationis in us producunt, ut: fructus,manus. Præterea genitiui a græcis in o, ut: ſapphus, didus, clius,calipſus. Multa præterea græca producuntur, ut: hydrus,panthus, amathus, melampus,œdipus. Sed ſi in pus exeat, & ſit ſecundæ declinationis,corripitur,ut: œdipus,œdipi.

De

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

De carmine elegiaco.

Elegiacum metrum, binis uerſibus conſtat, hexametro heroico, ſubiuncto quinario.

Carmen ſapphicum hendecaſyllabum.

– ∪ – – – ∪ ∪ – ∪ – ∪

– ∪ ∪ – –

Condere conſtituam ſapphus à nomine carmen:
Ante trocheus erit, ſpondeus dactylus inde.
Primus item binus, tribus autem uerſibus actis,
Verſiculum herous, ſpondeus & ,ædere debent.

Ad Michaelem Augurem.

Te Deus ſummo titulo decoret,
Tradat & mundi regimen ſuperbi.
Regiam poſthac teneas olympi
Chare Michael.

Sapphicus uerſus, a Sappho inuentrice nomen habet. Pentameter dicitur a numero pedum. Hendecaſyllabus, quod eſt undecim ſyllabārum. Conſtat primo trochæo, ſecundo ſpondeo, tertio, dactylo, quarto & quinto trochæo. Solet autem tribus ſapphicis uerſibus uerſiculus, qui adonius dicitur, adiungi, ex dactylo & ſpondeo conſtans. Sapphicus uero ſic ſcanditur.

Te de,us ſum,mo titu,lo de, coret.

Metrum dactylicum aſclepiadeum.

– – – ∪ ∪ – – ∪ ∪ – ∪ ∪

Metro aſclepiadis ſpondeus dactylus inſit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Hinc cæſura datur, duplex ſit dactylus inde.

Ad Hieronymum Mauſerium For-
liuienſem.

Iam tempus redeas dulcior omnibus
O mi diuitijs culte Hieronyme.
Magnam cui tribuit Iuppiter optimus
Rerum notitiam, cui loca ſiderum,
Cui cœli ratio cunctaq; climata,
Noſcuntur penitus, carmine dulcior
Nato Calliopes, cultus in omnibus,
Quare iam repetas atria principum.

Metrum Aſclepiadeum, ab inuentore Aſclepiade nominatum, conſtat ſpondeo, dactylo, cæſura, & duobus dactylis, ut: Iam tem, pus rede as, dulcior omnibus. Alij etiam ſic ſcandunt, Diomede teſte, Iam tem, pus redeas, dulcior omnibus. Eſt enim ſpondeus, choriambi duo, inde Pyrrhichius.

Auctarium.

Nato Calliopes, id eſt, qui natus eſt ex Eagro fluuio, & Calliope Muſa, quam Calliopeiam in Buco. Maro uocat dicens:

Orphi Calliopeia.

Metrum Phalecium Hendecaſyllabũ.

– –   – ∪ ∪   – ∪   – ∪   – ∪

Quinq; pedes uerſus capit hendecaſyllabus apte
Spondeum heroum capiet, treis inde trochæos,

Ad Lectorem.

Paruo

Paruo percipies labore noſtris
Artem carminibus, benigne Lector.
Non paruo mihi conſtitit docere:
Nam legi uarios diu libellos,
Quo poſſet mea tutior uagari
Clio: iam ualeas amice fœlix.

Phalecius uerſus, a Phaleco inuentore dictus eſt, ut ſcribit Perottus, uel ut alij dicunt phaleucius a Phaleuco. Georgius Valla in lib. de Poetica ſemper phalecinum, nunquam phalecium uocat. Conſtat autem primo ſpondeo, ſecundo dactylo, deinde tribus trocheis, ut: Paruo, percipi, es la, bore, noſtris.

PEroratio. Vale tyruncule, & his paucis præceptis ad maiora te confer. Hos equidem commentariolos breues eſſe uolui, neq; ſtudium fuit ex alienis libris quæcunq; potuiſſem, conquiſita congerere.

De pedibus metrorum ſecundum Fabium & Diomedem.

SSpondæun faciet diſſyllaba dictio longa. Vt: musæ. - -
Contra eſt pyrrhichius, periambus tribrachus atq;. ∪∪
Longa breuisq; dabuntuè choreū ſiue trocheū. dixit -∪
Prima breuis, tū lōga ſequēs, formabit iambū. Amāt ∪-
Ipſe choreus erit tribrachuſuè trocheus habendus.
Quod nono Fabius meminit Romane Michael.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Auctarium ex Deſpauterio.

Spondeus dicitur a ſponde, id eſt, libamentum & ſacrificium, quia ſacrificantes eo frequenter utebantur, ideo etiam pontificius dicitur, & pes ſtabilis, quia cum magna grauitate pronunciatur. Pyrrichius a Pyrrhica ſaltatione, quam Pyrrhus primus in Creta inſtituit, ut libro 7. ſcribit Strabo. Ideo ſaltationi eſt aptiſſimus. Alij a concitatione quadam ignea, qua mouetur, hunc pedem dictum uolunt. De pyrrhica ſaltatione, quæ pyrrhiche dicitur, Sueton. in Cæſare, Pyrrhichen ſaltauerunt, Aſiæ Bythiniæq; principum ludis, dicitur etiam periambus.

Trochęus a trechin, id eſt, a currendo, uel a trocho, id eſt, rota, quia in uerſu rotatim ac uolubiliter fluit, dicitur etiam rutulus & Choecus.

Iambus & iambizin, id eſt, a maledicendo. Eſt enim pes, uerſibus maledicis aptiſſimus. Alij a Iambe puella deducunt. Appellatur quoq; daunius, & gradarius.

Octo triſyllabi.

–uu *Dactylus e longa fiet, breuibuſq; duabus, ut: Martius*
Dactylus herous quoq; dicitur, ut Fabius uult.
uu– *Binis e breuibus longa ſimul, eſt anapeſtus. Species*
Hic etiam fertur græce antidactylus idem.
uuu *Treſq; breues tribrachiũ faciũt, refert bene mõſtrat,*
––– *Treis lõgaſq; moloſſus habet cõtrarius illi Cantabant*

Iunge

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

2057.

Iu͂ge duas longas,mediāte breui, amphymacrus fit:
Pes tamen à Fabio uocitatur creticus idem. (*Cha* -u-
Inter longas breues amphibrachus eſt, ut amantur. u-u
Eq́; breui baccheius erit longisq́; duabus. Egeſtas. u--
Si binis longis correpta eſt ſyllaba iuncta
Antibacchiuſuè palimbacchius habetur. *Natura* --u

Pedes triſyllabi.

Dactylus a dactylis, id eſt, digitis, uel a Dactylis Cretæ populis, qui hoc pede plurimum uſu dicuntur. Dicitur etiam politicus uel heroicus.

Anapeſtus ab anapin, id eſt, repercutiendo,qui ſono reciproco recurrendo, dactylum repercutit,ob eam rem antidactylus appellatus.

Tribrachus a tris,id eſt, tres, brachys, id eſt breuis,quaſi ex tribus breuibus.

Moloſſus cuius modulatione ad bellum procedentes Moloſſi Epirotæ dicuntur uſi. Hinc moloſſum appellare grammatici aſſerunt.

Hippus dicitur, quia equeſtri pugnæ conueniebat. Hippos enim equus eſt. Vocatur quoq́; , ut Franciſcus Niger ait, uertumnus,& extenſipes, & Canius.

Amphimacer uel amphimacrus utrunq́; recte dicitur,teſte Neſtore: Ab amphi,id eſt, circum & macros,id eſt longus,quia breuem circa longas habet. Dicitur etiam creticus, quia Cretes ſaltando eius rithmica compoſitione utebantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Amphibrachus ab amphi, id eſt, circum, & brachys, id eſt, breuis, quia circum breues eſt longa. Dicitur etiam ſcholius, quia ſcholio, quæ erat citharæ ſpecies, conueniebat.

Bacchius ſic dictus, quia in Bacchi laudibus, eo utebantur. Producit autem hoc nomen penultimam.

Ruffinus.

At finis bacchius erit, breuis ultima claudet.

Appellatur quoq; œnotrius, tripudius & ſaltans.

Antibacchius ſiue palimbacchius eſt pes, bacchio contrarius, ab anti, id eſt, contra, & palin, id eſt, rurſus, uel contra, diciturq; Latius, Saturnius, propompicus & Theſeleus.

Sedecim tetraſyllabi.

uuuu *Et proceleumatico correptæ quatuor inſunt. Ariete.*

---- *Eſt diſpondeus ſemper contrarius illi. Oratores.*

-u-u *Longa breuis, dehinc lõga breuis, iungantur in unũ,*
Ditrochæus erit, uel dichoræus habendus. Vindicator.

u-u- *Eſt breuis & longa, breuis & longa dijambus. Amœnitas.*

-uu- *Longa duæq; breues, & longa ſimul choriambus. Verſificans.*

Anape-

Anapeſtus erit breuis,& bis longa,breuisq́;. ∪--∪
Videretur.
Tuq́; duas longas, breuibus præpone duabus: --∪∪
Deponite.
Ionicus maior,minor eſt contrarius illi. Diomedes. --∪∪
Primus erit peon, longam breuibus tribus adde. -∪∪∪
Lætitia.
Longa ſecunda,breues aliæ tres,ſitq́; ſecundus. ∪-∪∪
Amabilis.
Tertia longa,breues aliæ tres,tertius extat. Alienus. ∪∪-∪
Quartaq́; longa, breues aliæ tres,quartus habetur. ∪∪∪-
Celeritas.
Prima breuis,longæ tres, primum dant epitritum. ∪---
Sacerdotes.
Sitq́; ſecunda breuis,longæ tres,ſitq́; ſecundus. -∪--
Conditores.
Tertia ſitq́; breuis, tres longæ, tertius eſto. Hæ- --∪-
reditas.
Syllaba quarta breuis, longæ tres, quartus habetur. ---∪
Oratores.
Hippius hic etiam fertur pes à Diomede.

Diſpondæus,quaſi ex ſpondęis duobus, ut mœcenates.

Proceleumaticus ex duobus Pyrrhichijs, ut ariete, a proceleuin dicitur, Id eſt, exhortari & ſuadere, quia ij qui ſe ad aliquod opus faciendum, ad molem impellendam uel attollendam hortantur, frequenter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ob nimiam celeritatem hoc pede utuntur, hinc celeuſma eſt nauticus clamor, quo proreta, id eſt, cuſtos & gubernator in nauis prora remiges hortatur. Martialis.

Lentos tingitis ad celeuſma remos.

Hierony. ad Helio. Quoniam e ſcopulis enauigauit oratio, iam epilogi celeuſma cantandum eſt. Dichoreus ex duobus choreis, id eſt, trocheis, ut cantilena.

Trochęus autem uocatur choreus, quia choreis aptiſſimus eſt.

Choriambus ex choreo & iambo, ut: nobilitas.

Huic contrarius eſt anapeſtus, ut: legebamus.

Pæon ſyllabis quatuor conſtat, quarum unica ſemper longa eſt, uel prima, & pæon primus dicitur, ut: multiuolus, uel ſecunda, & pæon ſecundus appellatur, ut: Colonia, uel tertia, & pæon tertius uocatur, ut ueniatis, uel quarta, & pæon quartus dicitur, ut: celeritas. Dicitur Pæon a Pæone inuentore, aut quia laudes Apollinis hoc pede cantabantur, qui pæon dicitur.

Epitritus ſimiliter quadrupliciter eſt, hic ſemper unicam habet breuem, uel primam, & epitritus primus dicitur, ut: amauerunt, uel ſecundam, & epitritus ſecundus eſt, ut: Cantilenæ, uel tertiam, & epitritus tertius eſt, ut: diſcordiæ, uel quartam, & epitritus quartus dicitur, ueluti audiuiſtis. Dicitur (ut Sulpitius

ait)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

ait)ab epi, id eſt,ſupra,& tris, ſemper enim in ijs pedibus una tribus alijs diſcrepat. Dicitur etiam Hippius primus &c.

Ionicus a maiori ex ſpondeo & pyrrhichio, ut prӕconium. Ionicus a minori ex pyrrhichio, & ſpondeo, ut Diomedes, peruerſe habetur in multis libris contrario modo. Dicti ſunt Ionici, quia Iones populi in carminibus eo pede utebantur.

Communium ſyllabarum teſtimonia.

Atqui condiderat poſtquam non repperit aurum.	Auſonius.
Aptauit collo quem reperit laqueum.	
Reppulit à Libycis immenſum Syrtibus æquor.	Luc. 1.
Quæq; feros repulit doctis medicantibus igneis.	Met. Oui.
Retulit & ferro Rheſumq́; dolonaq́; cæſos.	Pen. Oui.
Si reditum retuliſſet is aut in tempore longo.	Catul.
Gradiuus quantas populus ſpoliauerit urbes.	Theb.4.
Gradiuumq́; patrem, Geticis qui præſidet aruis.	Verg.
Inclyta Amazonidum magnoq́; exorta Gradiuo.	Balb. 4
Et genus à magno ducentem fortè Gradiuo.	Meth.5
Pelion Aemoniæ mons eſt obuerſus in auſtros.	Faſt.5.
Oſſaq́; dum Pelio cumq́; Hæmo ceſſerit Othrys.	Sillius 5
Haud timeam magni dixiſſe palatia cœli.	Meth.1.
Quam tanti fuerit cadere ut palatia cernas.	Sillius 1
At noua contemptis ſurgant palatia flammis.	Sta. 1.ſil
Exercet Diana choros quam mille ſecutæ.	Verg.1.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Verg.4.	Ter geminamq; Hecaten tria uirginis ora Dianæ.
Catullus.	Hymen ô Hymnæe hymen ades ò Hymenæe.
Ouidius.	Affuit & ſertis tempora uinctus hymen.
Iuue.6.	Viuat Fidenis & agello cedo paterno.
Verg. 6.	Hic tibi Nomentum & Gabios urbemq; Fidenam.
Vergilius	Exeſa inuenies ſcabra rubigine pila.
Marti. 2.	Vteris ore aliter,nimiaq; rubigine captus.
Lucr.1.	Pondus uti ſaxis calor ignis liquor aquarum.
Idem 1.	Fiet uti cibus omnis & aridus & liquor ipſe.
Verg. 3.	Præſtat Trinacrij metas luſtrare Pachini.
Ouid.6.	Dextra ſed Auſonio manus eſt ſubiecta Peloro
	Læua Pachinne tibi.
Meta.12.	E quibus imbriferos uerſus Pachinus & auſtros.
1.Aeneid.	Huic coniux Sichæus erat,ditiſsimus agri.
Verg. 4.	Anna fatebor enim miſeri poſt fata Sichæi.
Seren.	Natura interno cum uiſcere timea ſerpens.
Meta.6.	Agreſtes timeæ res obſeruata colonis.
Marti. 3.	Condantur parco fuſa phalerna uitro.
Mart.4.	Condita ſic puro numerantur lilia uitro.
Luca.4.	Craſſaq; conueniunt liquidis, & liquida craſsis.
Aeneid.5.	Fida reor fraterna Ericis portuſq; Sicanos.
Aeneid.3.	Sicano prætenta ſinu iacet inſula contra
	Sicanio prætenta legunt aliqui tamen illud.
	Sicanium dedituſq; fretum Balbus canit ipſe.
Verg.1.	Et penitus toto diuiſos orbe Britannos.
Lucre.6.	Nam quid Britannis cœlum differre putamus.
Aeneid.8.	Hinc Auguſtus agens Italos in prælia Cæſar.
Aeneid.9.	Coniecta ſternit iaculo uolat Itala cornus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Verſilogus.

Bithynio Phrygioúe ſatum,ſed quem ſua noto. Balb. 3.
Quanquam et Cappadoces faciũt equitesq; Bithyni. Iuuen. 8.
Hæc quoq; profecto ludebat Iaſone Varro. Propert.
Arcades his oris, genus à Pallante profectum: Aeneid.8.
Hunc ego te coniunx ad debita regna profectum: Stat. 12.
Has poſtquam mœſto profudit pectore uoces. Catullus.
Impia dementis uulgi & uix tota profudit. Silui. 10.
Cacus Auentinæ timor atq; infamia ſyluæ. Faſt. 1.
Cacus & Alcides ſic ait ite boues. Prope. 4.
His Cacus horrendum Tiberino gurgite monſtrum. Meth.9.
Hiſcere tanq̃ habeas tria nomina quando propinat. Iuuen. 5.
Cœnat,propinat,poſcit,negat,innuit unà. Martia.1.
Riſit & his,inquit,facito mea tela procures. Faſt. 3.
Procurate uiri,& pugnam ſperate parati. Aenei. 9.
Quum ſubito aſſurgens fluctu nymboſus Orion, Aenei. 1.
Noctibus hybernis & ſidera terret Orion. Stat.1.
Enſifer Orion æquore merſus erit. Faſt.4.
Non meus Orion aut ſæuus pleiade taurus. Vale. 1.
Fertilis eſt Melitæ ſterili uicina Coſyre, Faſt.3.
Et bellare Tabas docilis Coſyraq; parua. Sil. 14.
Atq; hinuli pellis totos operibit amanteis. Prope. 3.
Vitas hinnuleo me ſimilis Cloe. (thisq;. Hora.24.
Huc Lycus, huc Sagaris, Peneusq;, Hipanisq; Cra=
Crathis & hinc Sybaris ueſtris conterminus oris. Meth.15.
Silenum pueri ſomno uidere iacentem. Vergilius
Quantum omnis mundus gaudet cantante Sileno. In Buco.
Vt critici dicunt leuiter curare uidetur. Horat. 2.
Aequalis liber eſt critice qui malus eſt. Marti. 7.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

1.de pon. Tam graue magnanimi robur mirare Rutili.
Faſt. 6. Hanc tibi præpoſito memorant dixiſſe Rutili.
Mart. 5. Famæ Rutilium ſuæ relinquas.
Verg. 7. Vincla recuſantum & ſera nocte rudentum.
Per. 3. Findor, ut Arcadiæ pecuaria rudere credas:
Verg. 10. Inde Lycam ferit exectum iam matre perempta.
Ibidem. Protinus Anthæũ & Lycam prima agmina Turni.
Tib. 1. Non ſine me eſt tibi partus honos tua bella Pyrenæ.
Sil. 13. Pyrenæ miſit populus qui nomen ab amne.
12. Aene. Antiqui proles bello præclara Dolonis.
Penel. Retulit & ferro Rheſumq; Dolonaq; cæſos.
Lucan. 4. Illic bellaci confiſus gente Curetum.
Metha. 3. Celme Ioui, largoq; ſatus Curetes ab imbri,

Mediæ communes.

Ennius. Viroſq; ualentes contudit crudelis hyems.
Horat. 2. Speratum meritis diram qui contudit hydram.
Iuue. 6. Tolle tuum precor Annibalem uictumq; Syphacem.
Clau. 3. Compulimus dirum Syphacem fractumq; Metello.
Catull. Pharſaliam coeunt Pharſalia tecta frequentant.
Luc. 1. Vangiones Batauiq; truces quos ære recuruo.
Iuuen. 8. Hic petit Eufratem iuuenis domitiq; Bataui.
Meth. 5. Inter Sicilidas Cyane celeberrima Nymphas.
Meth. 9. Cognita Cyane præſtanti corpore Nympha.
Lecythus, de hoc uide græcum uocabularium.
Vergil. 1. Connubio iungam ſtabili, propriamq; dicabo.
Vergil. 4. Experiar Numidumq; petam connubia ſupplex.
Verg. 11. Occurrit comitum Nymphæ quas arma Cybelle.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Verſilogus.

Vel tu quæ tardo mouiſti fune Cybellen.	Propert.
Hinc uiduæ Cybeles, illinc ſacraria Veſtæ.	Mart. 7.
Bebrycis & Scytici procul inclementia ſacri.	Balb. 2
Poſſeſſus Baccho ſæua Bebrycis in aula.	Sill. in 4.
Enſiferi nimium fulget latus Orionis.	Luca. 1.
Aut helicen iubeo, ſtrictumq́; Orionis enſem.	Meth. 8.
Atq́; auro rude fulmen habens Orionis alti.	Theſ. 7.
Aegæona ſuis immania terga lacertis.	Metha. 2.
Hæc centum gemini ſtrictos Aegæonis enſes.	Clau. 3.
Nec non tarquinium eiectum Porſenna iubebat.	Verg. 8.
Hanc ſpectare manum Porſena non potuit.	Mart. 1.
Cætera quæ patulo lucet ficedula lumbo.	Mart. 11.
Mergere ficedulas didicit nebulone parente.	Iuue. 14.
Fida reor paterna Ericis portusq́; Sicanos.	Vergi. 5.
Sicana nunc tellus, nunc littora Ibera cruore.	Sil. 16
Ionioq́; mari maleæq; ſequacibus undis.	Vergi.
Deſtinet, & raucæ circunſonat ira maleæ.	Sta. 7.

F I N I S.

Manci

2057.
Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Mancinellus Auentino Pitio,
S. D. P.

EA quidem omni pertinaci opera curaq; intenta & diligenti quæſita mihi fuere, ut noſti inclite adoleſcens. Tardi nanq; ingenij eſt (quod & Cicero meminit) riuulos conſectari, fontes rerum non uidere, itaq; locis ſuis autorum nomina, librorumq; certos numeros appoſui. Vale noſtri memor ex urbe, Nouembris Idibus 1488.

IMPRESSVM VVITEBERGAE in officina hæredum Georgij Rhau, 1558. Impenſis Nicolai Förd, Ciuis & Bibliopolæ Haffnienſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

2057.

ntino Pitio,
P.

nni pertinaci o-
intenta & dili-
i fuere, ut noſti
. Tardi nanq;
l & Cicero me-
nſectari, fontes
e, itaq; locis ſuis
a, librorumq;
appoſui. Vale
or ex urbe,
ris Idibus
8 8.

VITEBERGAE
Georgij Rhau, 1558.
Förd, Ciuis &
e Haff-
s.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)

2057.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 2057 8° (LN 676 8° copy 2)